Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

25.6.13.
13 - 8 . c . 58

Dn. LUDOLPHI SCHRADERI

IVRISCONSVLTI CLARISSIMI

COMMENTARIVS.

In quo selectissimæ ac maximè practicabiles quæstiones de legibus, consuetudine, statutis, defensione legitima, jure personarum, nuptijs, tutelis, cognatisq; materijs mirifica dexteritate elucidantur, ferè ad rationem libri primi Jnstitutionum Jmperialium.

Omnibus tàm in scholis quàm foro versantibus apprimè vtilis, & nunc primum in lucem editus,

Operâ & studio

Dn. JOANNIS BRANDIS JC.

Hildesheim. & collegij Saxonici in Academia Erphurdiana patroni.

M. D. C. V I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SOCIETAS BIBL. SEG. COLON.

CVM PRIVILEGIO S. CAES. MAIEST.

Sumtibus IOHANNIS GROSII, *Bibliop. Lipsi.*

Hoc Legatus Illustriss: Foscarini.

Ex Libris Clarissimi Viri

Benevolo Lectori

IOHAN BRANDIS I. V. D. Salutem.

EN bone Lector, dum clarissimi viri Dn. LVDOLPHI SCHRADERI iam dudum exoptata, non quidem omnia, sed quæ absque partium iactura publicari possunt CONSILIA sub prelo sunt, prodit velut interusurium, Eiusdem in Lib. I. Instit. justin. COMMENTARIVS, prout & TRACTATVS eiusdem è Rubr. ff. de rer. diuis. & qual: ex consilio quorundam primæ eruditionis, magnæque auctoritatis hominum.

Ac licet tibi hos commentarios commendare multis possem : Obstat tamen affinitas, quâ fui autori proximè iunctus, atq; singularis peneq; filialis erga eundē affectio, & dici quod solet, prædicationem laudis nostrorum perinde ac propriæ exosam, vanam & suspectam esse.

Neque etiam Tibicine indiget, cum ipsum opus artificem sat laudet. Et sanè quid reipsa præstitum sit, iudicabit Is, quem pauculas ho-

ras legendo lorare non pigebit: Practicabilem materiam Molendinorum prudens prætereo. vnum dico quod mihi quæso donetur, vix reperiri Institutistam, qui Consuetudinum, Statutorum,& Legitimæ defensionis materias,nobiles & in foro maximè vtiles plenius,exactius & perfectius tractârit.

Cæterum & hoc sciendum, SCHRADERI commentarium super Instit: desinere in tit: 16. de capit. diminut. & vt exhiberetur absolutior me pro ingenij mei modulo compleuisse reliqua: atque sic in vino esse,aquæ particulam aliquam, quod fateor ingenué: sed quid tum postea, vinum generosum propterea non desinet esse vinum.

Candidus Lector omnia boni consulet, quem diutius hîc non detineo,ne prologus sit longior quam Comoedia, & concludendo dico, tu his fruere, viue & vale.

Dabantur Hildeshemij Cal. Septemb. Anno 1605.

INDEX MATERIARVM.

1. De Iustitia & jure.
2. De jure naturali, Gentium & Ciuili.
3. De jure Personarum.
4. De Ingenuis.
5. De Libertinis.
6. Quibus ex causis manumittere non licet.
7. De Lege Fusia Caninia tollenda.
8. De his qui sunt sui vel alieni iuris.
9. De patriâ potestate.
10. De Nuptijs.
11. De Adoptionibus.
12. Quibus modis jus patriæ potestatis soluitur.
13. De Tutelis.
14. Qui Testamento Tutores dari possunt.
15. De Legitima Agnatorum Tutela.
16. De Capitis Diminutione.
17. De Legitima patronorum tutela.
18. De Legitima Parentum tutela.
19. De Fiduciaria Tutela.
20. De Attiliano Tutore.
21. De Autoritate Tutorum.
22. Quibus modis Tutela finiatur.
23. De Curatoribus.
24. De satisdatione tutorum vel Curatorum.
25. De excusationibus Tutorum vel Curatorum.
26. De suspectis Tutoribus vel Curatoribus.

In Effigiem Cl. viri.

Dn. LVDOLPHI SCHRADERI I. V. Doctoris.

FOntem cernere si cupis perennem,
Ex quo docta leuat sitim iuuentus,
Quæ legum venerabiles recessus,
Et sacri penetrat vireta Iuris:
Huc figas oculos, amice lector.
Nam fons regibus ille præbet idem,
Consultantibus, ac labore fessis,
(Dum quærunt fugiens, latensq; verum)
Inconsumptus atq; as salubriores.
Extensis quoq; rivulis per omnem
Gentis Teutonicæ, benignus, oram,
Cunctis perspicuas ministrat vndas,
Qui vel militiæ student forenſi,
Vt pugnas obeant seueriores:
Vel qui Iustitiæ vias recludunt,
Nauantes operam piam docendo.
Ergò illum Charites, novemq; Musæ,

Et

Et vatum Chorus eloquens tuetur:
Nec non floribus ac virente lauro,
Ambit Dædala protegitq́ tellus.

Iohan. Schosserus Æmilian.

Ad vtrumque Autorem.

QVantus honos rerum dubias expendere cauſſas;
Quantus & implicitas pandere iure tricas,
Hoc SCHRADERE facis, facis hoc Gener inclute, vterq;,
Par germanorum nobile laude pari.
Quid mirum ergo putes, ambo ſi cognita ſecũ
Vos Aſtræa pari collocet ipſa gradu.
Macti ambo, ingenii macti felicibus auſis,
Hoc nos ad Themidos mænia ducit iter.
Incluta SCHRADERI quem non Aſtræa Ludolphi
Delicit arcadiis pruriat ille ſonis.

Iohan. Lauterbeccius. Francus.

SCHRADERI effigiem pictura dat æmula, PALLAS
Ingenium, PEITHO labra, animumq; THEMIS.

Ioan. Lauterbeccius. Francus.

Dn. LUDOLPHI SCHRADERI JURISCONSULTI &c.

In primum Institutionum Justiniani librum

Commentarius.

IN AUCTORIS PROOEMIUM.

SUMMARIA.

1. *Quàm utilis hominibus thesaurus sint Leges scriptæ: quamq; periculosum sit, imperia administranda, & causas decidendas non Legibus committere. & n. seq.*

2. *Lex secund. Demosth. donum & inventum Deorum.*

3. *Secundum Chrysipp. rerum omnium tàm divinarum quàm humanarum regina.*

4. *Hominem qui præficit, beluam præficit, qui Legem DEVM, secund. Plat.*

5. *Leges benè positæ omnia determinare debent secund. Aristot.*

6. *Theodosij Lex omnia etiam ipsum principatum Legibus submittit.*

7. *DEVS ipse optimam Reipubl. formam in populo Israëlitico eligens, Legibus illam astrinxit.*

8. Romanæ Leges, omnium humanarum Legum æquissimæ sunt & justissimæ.

9. Disciplinæ quomodo facilius percipiantur: &, Auctoris in hujus libri materia proponenda methodus & modus.

1 NULLUM MORTALIBUS THESAURUM UTILIOREM ESSE Legibus certis atque scriptis manifestum est. Namque si non legibus, sed magistratibus imperia administranda, atque causæ decidendæ committantur, necesse est, multa non secundum justitiæ normam, sed pro libitu atque affectibus illorum, qui præsunt, contra naturalem æquitatem admitti, & vel insontes gravari vel sontibus impunitatem concedi: Cùm nullus hominum unquam extiterit adeò integri atque incorrupti animi, qui ita in omnibus secundum rectæ rationis judicium vixerit, quin interdum iræ, odio, amori, cæterisque affectibus cesserit. Ut interim taceam, quòd hisce corruptis moribus major pars hominum, tàm eorum, qui privatim vivunt, quàm eorum, qui imperiis præsunt, adeò impotentes sint animi, ut affectu potiùs quàm ratione ducatur, adeò, ut difficile sit etiam in politiis legibus constitutis, illorum qui præsunt affectus legibus & justitia refrenare. Huc accedit, quòd in hac miserrima atque corrupta hominum natura, judicium rationis adeò debile atque infirmum sit, ut etiam optimi quique & incorruptissimi, non dolo aut ex proposito, sed errore lapsi, sæpè iniquum æquo præferunt.

2 Ideoque sapienter Demosthenes inquit: Legem esse inventum atque donum Deorum: Legibus scriptis verè divina dona mortalibus impartiuntur, cùm eorum beneficio id assequamur, ut magistratuum sint judicia incorrupta,

corrupta, nullisque vitiosis affectibus obnoxia, quod divinæ mentis proprium est. Et Chrysippus summus 3
stoicæ sapientiæ Philosophus, teste Martiano ICto, optimè scriptum reliquit, Legem esse omnium divinarum & humanarum rerum reginam: Eoque magis convenire, ut non solùm rebus honestis turpibusque præsideat, sed etiam principatum & ducatum teneat, & per hoc regulam præscribat justis simul & injustis, utpote, quæ animantibus natura ad colendam civitatem idoneis facienda jubeat, prohibeatque non facienda. Huc 4
accedit, quod Plato inquit, Qui hominem præficit, beluam præficit, qui legem præficit, DEUM præficit. Igitur rectè & Aristoteles Philosophorum facilè princeps 5
docet, Leges benè positas omnia determinare oportere, ut quàm pauciſſima judicibus committantur. In hanc 6
eandem sententiam extat præclariſſimum Theodosij Imperatoris dictum, ubi rescribit, quod digna vox sit majestate regnantis Legibus alligatum se Principem profiteri, adeo de auctoritate Juris nostra pendet auctoritas, & revera majùs imperio est submittere legibus principatum. Quo optimus ille Imperator indicare voluit, illos demum Imperatores & feliciter imperiis præesse, qui se subjectos legibus fatentur, atque ita demum benè de Imperijs agi, si illi, quibus gubernacula imperii commissa sunt legibus, sint astricti. Quam ob causam 7
& divina majestas politiam sibi peculiarem in populo Israëlitico eligens, quâ absque dubio nulla Respublica meliùs constituta unquam fuit, ei certas leges præscripsit, & simul severè Magistratibus atque Principibus præcepit, ab ipsis in judicando & administrando non discedere. Ideoque dubium non est, nullam Reipublicæ administrationem felicem esse, nisi illa Respublica

legibus certis & ſcriptis munita ſit, quibus veluti nervis
8 contineatur. Porrò nullæ unquam extiterunt humanæ leges ex omni parte æquiores aut juſtiores Romanis legibus. Namque ſive quis leges Lycurgi, ſive Solonis, ſive aliarum gentium cum hiſce legibus conferat, fateri cogitur, Romanas leges, illas & æquitate & juſtitiâ vincere. Quinimò experientia teſtatur, aliarum gentium leges eò æquiores & juſtiores eſſe, quò magis cum jure civili conveniunt, eò verò illas iniquiores eſſe, quò longiùs à jure civili recedunt. Atque ex omni parte, & Imperatorum Conſtitutiones, & Jurisconſultorum reſponſa, ex quibus jus noſtrum compoſitum eſt, optimis atque evidentiſſimis orationibus nituntur, ut rectè cum Ulpian. JCto quis hanc ſcientiam, Philoſophiam veram & non ſimulatam nominare poſſit. Ideoque nos DEO Optimo Maximo gratias maximas agere decet, quòd præſtantiſſimum hunc theſaurum noſtris Rebuspublicis largitus eſt, atq; ſummis viribus anniti, ut & ſtudio noſtro & diligentiâ gratum animum erga ipſum declaremus, atque hunc theſaurum, quantum in nobis eſt, &
9 retineamus & ad poſteros transmittamus. Cæterùm cùm omnes diſciplinæ & artes meliùs atque faciliùs percipiantur, ſi iis, qui has artes ſive diſciplinas diſcere cupiunt, initio quædam quaſi elementa ſive principia artium tradantur, ex quibus illi quandam generalem cognitionem iſtius artis percipiant, iisque quaſi aditus ad illam artem patefiat: Juſtinianus optimo conſilio ductus illis, qui ſacroſancti juris ſcientia imbui cupiunt, Inſtitutiones diſcendas propoſuit, in quibus totius ferè juris principia optimo ordine atque juſtâ ac dialecticâ quadam methodo ita complexus eſt, ut ſi quis illas docto præceptore duce cum intentione didicerit, ex iis ipſi aperia-

aperiatur ad posteriores materias juris cognoscendas via. Nos igitur Justiniani propositum sequentes textum atque materiam hujus libri ita interpretabimur, quantum fieri potest ordine atque dialecticâ methodo, ut ex his vobis ad potiores materias juris nostri aditus facilis pateat, utque nobis possibile sit, postea in omnibus juris materiis absque difficultate versari.

IN PROOEM. INSTIT.

Summaria.

1. *Summa & argumentum hujus proœmij.*
2. *Auctor cur quæstiones varias hic à gloss. & Dd. agitatas, hoc loco omittat.*

IN hoc proœmio narrat Imperator Justinianus, quo consilio ipse Institutiones fieri curaverit, quique sit harum fructus aut commoditas. Cæterùm cùm hoc proœmium per se sit facile, nullamque materiam juridicam contineat, ego in ejus explicatione tempus terere supervacuum duxi. 1

Et licet non sim nescius, Dd. nostros & glossam, multas quæstiones atque materias in hoc proœmio tractasse, iisque etiam multò plures facilimè adjici posse; 2

Cùm tamen istæ materiæ omnes atque quæstiones per occasionem tantùm & confusè tractentur, atque eo modo discentium ingenia confundantur, & studia remorentur: Ego satius atque vobis utilius esse duxi, prætermisso hoc modo docendi, unamquamque materiam conjunctim, & in locis atque sedibus propriis quantum fieri potest methodicè tradere, ut ipsi

isto modo & juris scientiam eò faciliùs percipiatis, atque simul discatis, ad quam partem juris quamque materiam & quæstionem referre debeatis.

Titulus I.

DE JUSTITIA ET JURE.

In princip.

SUMMARIA.

1. Iustitia quanta virtus, & ejus denominatio, juriq; nomen unde desumendat?

2. Iustitiæ definitio ex Vlpian. ejusq; confirmatio & n. seq.

3. Ius sæpè mutatur & variatur, ratio nunquam.

4. Leges correctas vel abrogatas sub pœna falsi ad causas decidendas allegare prohibitum est.

5. Quod in ratione correctæ & abrogatæ Legis secus est.

6. Ratio naturalis ad decidendas causas perinde ut Lex scripta allegari potest.

7. Si tamen Legi scriptæ non refragetur.

8. Dictum Bald. de judice, quid is facere debeat.

9. Verbum IVSTITIA simpliciter prolatum, de qua intelligatur.

10. Magistratus si mandet, ut in aliqua causa justitia fiat, quid mandasse intelligatur & n. seqq.

11. Arbiter in decidenda causa quid sequi debeat.

12. Papa Regi Neapolitano rescribens de nobili sanguine justitiam fieri posse, præcepit eo ipso Cunradinum Conradi Imperatoris filium decapitari.

1 VM Justitia, quæ quasi juris status dicitur, *c. Fo-rus. extra de verb. signific.* sit una omnium virtutum perfectissima, atq; reliquæ omnes virtutes nisi justitia temperatæ sint, nec nomen, nec officium suum

suum tueri possint, *Auth. ut omn. obed. iud. provinc. in princ.* meritò Ulpian. juris nomen à justitia tanquam à matre descendere tradit, *l. 1. in princ. ff. de iustit. & iur.* Ideoque 2
Imperator noster Justinianus optimo consilio antequam ad tradenda juris principia tyronibus Legum accederet, definitionem justitiæ præmisit ex sententia Ulpiani *in l. 10. h. t.* inquiens: Justitia est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuens. Quæ definitio ab effectu sive officio justitiæ, quod est suum cuique tribuere, desumpta, verissima est. Namque certum est, justitiam esse constantem & perpetuam voluntatem habitum scilicet animi, volentis & incitati ad suum cuique tribuendum certo animi judicio, hoc est, certis, perpetuis & immotis notitiis naturalibus divinitùs menti hominum insitis. Et licet jus, quod à justitia 3
tanquam matre descendere dicitur, sepè pro temporum & negotiorum qualitate & mutetur & varietur *c. Erit. Dist. 3. c. non debet. extra de consang. & affin.* Ipsa tamen ratio naturalis quæ est perpetua & immota regula, mentibus nostris divinitùs inscripta, quæ legum latorem ad promulgandam Legem movit, immutabilis est. *Abb. d. c. non debet. arg. l. Eas. ff. de capit. dimin.* Ideoque tradunt 4
Dd. licet Leges correctas vel abrogatas sub pœna falsi ad decidendas causas allegare prohibeamur, *l. 1. § hunc igitur, & ibi Bald. C. de Iustin. Codic. confirm. Bart. l. fin. ff. de fals. Decis. c. 1. n. 11. extra de Constit.* Rationem tamen 5
Legis etiam correctæ vel abrogatæ ad decidendas causas allegari posse. *gloss. verb. Quicunq. c. novit & ibi Abb. extra de iudic. Decis. d. c. 1. n. 11. extra de Constit. Card. Paris. Cons. 51. n. 38. lib. 4.* Sicut etiam permittitur rationem 6
naturalem ex notitiis nempe divinitùs mentibus hominum insitis, desumptam, ad decidendas causas allegare,

perinde

perinde ut Legem ſcriptam. *l. ſcire oportet. §. Sufficit. & ibi Bald. ff. de excuſat. tutor. l. 2. §. item Varus, ff. de aq. pluv. arcend. l. cùm ratio in princ. ff. de bon. damnat. Andr. de Iſern. in prælud. feudor. col. fin. Tiraq. in tract. Ceſſant. cauſ. part. 2. Limitat. 1. ubi uſq; ad n. 82.* Quod tamen ita demum
7 verum eſt, quando hæc ratio naturalis Legi ſcriptæ non refragatur, *gloſſ. c. ex eo, verb. rationis de Elect. lib. 6. gloſſ. c. conſuetudo, verb. ratio. Diſtinct. 1. Iaſ. l. Illam, n. 10. C. de collat.* Secus autem eſt, quando hæc ratio naturalis Legi ſcriptæ refragatur, tunc enim ea ad decidendas cauſſas allegari non poteſt, ſed Lex ſcripta, ad quam ferendam abſque dubio legislator optimâ ratione motus fuit, ei præfertur. *Matth. de Afflict. in prælud. feudor. n. 294. arg. l. bona fides. ff. Depoſ. c. fin. extra de transact. facit quod docet*
8 *Iaſ. in l. placuit. C. de iudic.* Unde præclarè inquit Bald. *in l. hac lege. C. de ſent. ex brevic. recitand.* Quod Judex debeat facere id quod Medicus: Quia omnia debet facere ſecundum regulam artis, id eſt, ſecundum Leges & Conſtitutiones, aliàs ipſe punitur, nec excuſat ipſum majus conſcientia, id eſt, prætenſa; nam injuriam facit Legibus, qui ſe vult meliorem videre Legibus, §. *oportet. Auth.*
9 *de iudic.* Ex quo ſequitur, quòd verbum Juſtitia, ſimpliciter prolatum, intelligatur de juſtitia Legibus civilibus informata, ſive quæ Legibus civilibus convenit.
10 Ideoque receptum eſt, ſi Papa vel Imperator, vel etiam Dux, Comes, vel alius Magiſtratus, mandet, ut in aliqua cauſſa fiat juſtitia, ipſum intelligi mandaſſe, ut in iſta cauſſa ſecundum diſpoſitionem juris civilis procedatur, eaque ſecundum præcepta legitima decidatur, *Bald. l. nemo. C. de ſentent. & interl. omn. iudic. Bald. l. cùm veniſſent, col. fin. extra de teſtib. Ang. §. Exheredatos. Auth. de heredit. & Falcid. Gemin, c. quoniam arg. ill. text. de immun. eccleſ.*

eccles. lib. 6. Petr. de Anchor. & Imol. Clem. 1. de rescript. Petr. de Anchor. c. in præsentia ult. not ab. extra de probat. arg. l. si quando, in princ. C. de inoff. testam. Similiter & arbiter in quem partes compromiserunt, de justitia, jure & veritate in decidenda causa, juris civilis præcepta sequi tenetur, *Bald. & Ias. d. l. iustitia. Ang. hic.* Et hoc usque adeò verum est, ut Imperator ad supplicationem partis in tali causa, in qua sententia lata in rem judicatam transivit, rescribens, talis & justitiam faciat, non intelligatur viribus sententiæ, quæ jam in rem judicatam transivit, derogasse, *Ias. d. l. Iustitia.* Circa hoc annotandum Dd. tradere, Papam, qui consultus à Rege Neapolitano, quid ipse de Cunradino Conradi Imperatoris filio & Friderici nepote fieri vellet, eò ipso quod rescripsit, De nobili sanguine justitiam fieri posse, non nego, præcepisse eum decapitari. *Ias. in l. si duo patroni. §. Marcellus. n. 3. ff. de iureiurando.* 11 12

In §.

Jurisprudentia.

SUMMARIUM.

Summa §. & quapropter Iustin. in definitione Iurisprudentiæ dicat, eam esse rerum divinarum & humanarum scientiam.

QUIA Jurisprudentia est scientia, quam Jurisconsulti justitiæ exequendæ gratia profitentur: ideò Imperator hìc definitionem jurisprudentiæ subnectit. Porrò Imperator in definitione dicit jurisprudentiam esse rerum divinarum cognitionem propter jus publicum, quod de rebus divinis scilicet sacris, sacerdotibus

& magistratibus agit, humanarum autem rerum scientiam dicit propter jus privatum.

In §.

His igitur.

In hoc §. Imperator præscribit Tyronibus juris modum atq; ordinem discendi jura.

In §.

Juris præcepta.

1. Summa §. & quid quodvis præceptum juris respiciat?

2. Honestè vivere quis dicatur?

De hoc præcepto remissivè ibid.

3. Hoc præcepto quantoperè obligemur?

4. Ad hoc præceptum quæ pertineant: ubi septem notabilia.

5. De honestis jus omne bonum præsumit, de pravis pravum. n. 12.

6. Honestissimæ vitæ homines, à judice etiam post renunciationem testium à partibus factam ad testimonium admitti possunt.

7. In caussa suorumq; judice, esse queunt, & testes, nec ut suspecti repelli.

8. Item à satisdando relevantur.

9. Nec tàm facilè propter indicia torturæ subduntur ut alij.

10. In judicio succumbentes in expensas litis nunquam condemnantur.

Plura de integritate & honestate vitæ ibid. remissivè.

11. Casus quo honestas & integritas vitæ, alicui non patrocinatur.

12. Car galosi, & qui quotidie ad taxillos ludunt, à testimonio perhibendo repellantur.

13. Secundum præceptum juris quod, & ejus intellectus, & n. 17.

Quibus casibus nec judex nec privatus adversus hoc præceptum delinquat, etiamsi alium occidat. Ibid.

14. Statutum vel consuetudo non valet, ut quis innocens pro alio puniatur corporaliter.

15. Nec

15. Nec pactum, ut quis occidatur, vel aliâ atroci corporali iniuriâ afficiatur.

16. Statutum offenso permittens ut se propriâ auctoritate vindicare possit, quomodo intelligendum.

17. Qualiter & quando se ipsum interficere conans puniatur, etiamsi scelus non perfecerit.

Et quid si perfecerit? Ibid.

18. Tertium præceptum juris quod, & quomodo à reliquis duobus separetur.

IN hoc §. Imperator docet, tria esse juris præcepta, videlicet, Honestè vivere, alterum non lædere, & suum cuique tribuere. Quorum primum mores, secundum corpus & vitam alterius, tertium verò res & facultates respicit, ex quibus præceptis omnes Leges, omniaque jura tanquam ex fonte scaturiunt. Et honestè quidem vivere dicitur, qui eas actiones in vita tota exercet, quæ Lege divinâ vel naturali improbatæ non sunt, & in civilibus secundum mores illius populi, inter quos degit, vivit. *c. Quisquis. Dist. 41. Bald. c. 1. in princ. n. 7. De nov. form. fidelit. facit. l. Quis sit fugitivus. §. apud Labeonem. & ibi Bart. ff. De ædil. edict. l. pignus. C. de pignor. act. gloss. & Abb. c. cum venerabilis. extra de Consuetud. Iaf. l. De quibus. ff. De legib. Ang. hic.* Cæterùm si mores populi, inter quos quis degit, juri naturali vel divino refragentur, licet quis secundum illos viveret, honestè tamen vixisse dici non potest. *c. flagitia 32. q. 7. Ad hoc præceptum* Honestè vivere, *vide quæ tradit Aym. Cravett. in tract. De antiquit. tempor. part. 4. §. videamus modò, n. 39. usq. ad n. 43.* Adeò autem hoc præcepto juris *honestè vivere*, obligamur, ut nec Imperatori quidem ex absoluta potestate quicquam inhonesti facere permittatur. *Card. Paris. Cons. 9. n. 76. & Cons. 12. n. 290.*

1

2

3

lib. 2. atque in omnibus actibus atque contractibus id, quod honestum est, inspiciatur, *l. semper. ff. De rit. nupt. l. semper in contractibus. & ibi Dec. ff. De regul. iur. l. cùm in plures. §. Cùm tutor. ff. De admin. tutor. Card. Paris. Cons. 88. n. 39. lib. 1.* & ab omni obligatione jus honestatis exceptum intelligatur, *Bald. l. Quod ex liberâ. arg. ill. text. C. De oper. libert.* ac ut ne pacto quidem expresso, quis se ad id, quod inhonestum est, obligare possit, *l. pactæ, quæ contra. & ibi Bald. Alex. Ias. & Dec. C. De pact. Andr. de Isern. Alvarot. Prapos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. Quid sit invest.* Deinde etiam id, quod honestum est, omni commodo pecuniario præferendum est, *l. Iulianus. ff. si quis omiss. causs. testam. l. miles. §. Socer. ff. Ad leg. Iul. de adult. l. reprehendenda. & ibi Ias. & Dec. C. De instit. &*
4 *subst. Oldrad. Cons. 93.* Ad hoc præceptum pertinet, si mulier inhonestæ vitæ velit vel emere vel conducere domum in aliquo loco, ibique habitare, quod vicinis permittatur eam repellere, *Paul. de Castr. l. nullus. C. De sum. trinit. & fid. Cathol. Ias. l. Iustitia, col. fin. ff. De just. & jur. Dec. d. l. semper in contractibus.* Secundò ad hoc præceptum refertur, quòd locatori permittatur, conductorem, qui in domo vel habitatione conductâ inhonestè vivit, etiam nondum finito tempore conductionis expellere. *l. ade. & ibi Bald. C. De locat. conduct. c. propter sterilitatem. & ibi Abb. extra De locat.* Tertiò ad hoc præceptum pertinent jura prohibentia ebrietatem, atque certam pœnam statuentia in eos, qui in conviviis se ad æquales potus obligant, *c. à crapula. & ibi Abb. extra De vit. & honest. clericor.* Quartò ad hoc præceptum pertinet, quòd marito concubinam habere non liceat, *l. Ex parte. §. 1. ff. De verb. oblig.* Quòdque uxori permittatur petere, ut maritus concubinam suam dimittat, *Paulus de Castr.*

Castr. & Iaf. d. l. Iustitia. Quinimò si maritus concubinam alat, uxor potest agere ad separationem thori, quod si fecerit, ipsa etiam donationem propter nuptias lucratur, *Dec. d. l. pacta quæ contra. Dec. d. l. semper in contractib.* Et si eo tempore, quo maritus tenet concubinam, uxor adulterium perpetraverit, ipsa dotem non perdit, *Dec. d. l. pacta quæ contra, Dec. d. l. semper in contractibus. August. Arimin. in Addit. ad Angel. in tract. De malefic. ver. Che Chai adulterato. n. 30.* Quintò ad hoc præceptum pertinet, quòd illæ, quæ corpore quæstum faciunt, cogi possint portare signum, per quod discernantur ab honestis matronis. *Bald. l. minimè. C. De Episcop. audient. arg. ill. text.* Sextò ad hoc præceptum pertinet, quòd mali mores, pœnis legitimis coërcentur, *l. 1. & ibi Bald. & Dec. C. De secund. nupt.* Circa quod tamen annotandum, pœnas ob mores malos exactas, fisco regulariter non applicari. *d. l. 1. & ibi Bald. & Dec. C. De secund. nupt.* Septimò ad hoc præceptum pertinet, quòd majoris fidei reputantur hi, qui sunt honestæ vitæ, quàm qui facultatibus abundant. *l. Scire oportet. §. cum reliquis. ff. De tutor. & curat. dat. ab his. facit. §. fin. Instit. De suspect. tut.* Præterea de illis, qui sunt honestæ atque integræ vitæ, 5
jura omnia bona præsumunt. *Bald. l. 1. C. Locat. arg. l. non omnes. §. à barbaris. ff. De re milit. c. cùm in juventute. extra De præsumpt.* Ideoque receptum est, eum, qui est 6
integerrimæ atque honestissimæ vitæ, & à Judice etiam post renunciationem testium à partibus factum, ad testimonium admitti posse. *Specul. §. fin. vers. sed quid si debitor, De Instr. edit.* Et, in caussa sua vel suorum Judi- 7
cem esse posse. *Spec. §. superest. vers. Quid si non est consanguineus. De judic. deleg. Alex. l. Qui jurisdictioni. ff. De jurisd. omn. judic.* Et eum in caussis illorum, quibus vel

sanguine vel amicitiâ conjunctus est, tanquam suspectum, neque à judicando, *Anton. de Butr. c. postremo extra De appellat.* neque à testimonium perhibendo repelli posse, *Ioan. de Immol. c. cum. R. Canonicus, extra De Election. Iaſ. in repetit. l. admonendi. n. 167. ff. De iureiur.* Præterea & is, qui est integerrimæ atque honestissimæ vitæ, 8 à satisdando relevatur, sive istâ satisdatio à statuto sive à jure civili requiratur, *Bald. c. 2. extra De iudic. Bald. Rubr. extra De eo, qui mitt. in possess. rei serv. cauſſ. arg. gloſſ. l. 1. §. his autem. ff. De rip. municnd. Felin. c. ad hæc. ult. notab. extra De Simon. Felin. c. cùm contingat. col. 2. extra De reſcript. Nicol. Boër. Decis. 217. n. 9. & 10.* Ideoque, ipse sive agat in judicio, licet immobilia non possideat, *Paul. de Caſtr. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. §. ſin ff. De verb. oblig.* sive tutor legitimus creatus fuerit. *Bald. l. legitimos. 2. & 3. notab. De legit. tutor.* sive ipse fuerit condemnatus, & statutum requirat, ut condemnatus satisdet, nunquam satisdationem exponere cogitur, sed juratoriæ cautioni permittitur. *Bald. l. abſtinendum. C. Quorum* 9 *appell. non recip.* His adde, quòd vir integerrimæ atque honestissimæ vitæ, non tàm facilè propter indicia torturæ subdi possit, sicut alium torquere permittitur, *Bald. l. 1. C Locat. Bald. l. 2. C. De furt. Gandin. in tract. De malefic. Rubr. De præſumpt. & indic. indub. ex quib. proced. ad tortur. n. 15.* Et si ipse vel agens vel conventus in judi- 10 cio succumbat, nunquam in expensas litis condemnatur, quia calumniari non præsumitur, *Hoſt. Petr. de Anch. & Ant. de Butr. c. finem litibus. extra De dol. & contum. Alex. l. properandum. §. Sin autem alterutra. C. De iudic. Iaſ. in repet. d. l. admonendi. n. 169, Iaſ. Auth. iubemus. C. De iudic. Plura de integritate & honeſtate vitæ, videte apud Hippol. de Marſil. in pract. criminal. §. 1. ſive potiùs in princ. Franciſ.*

Francis. Balb. in repetit. l. Celsus in princ. n. 45. & 46. ff. De usucap. Non tamen honestas & integritas vitæ alicui in hoc patrocinatur, ut ipso non probante intentionem suam, is qui ab eo in judicio conventus est, licet sit deterrimæ conditionis, condemnari possit. *Ias. l. Qui accusare. n. 5. C. De accusat.* E' converso autem jura de eo, qui inhonestam & pravam vitam agit, omnia mala præsumunt, *l. Cassius. & ibi Bart. ff. De senator. l. 2. C. De dignitat. lib. 11. d. §. à barbaris. c. scribam. & ibi gloss. & Abb. extra De præsumpt. c. Qui semel malus. De regul. iur. lib. 6.* Ideoque receptum est, gulosos quotidiè in tabernis degentes, item & illos, qui quotidiè ad taxillos ludunt, tanquam infames infamiâ factâ, ratione inhonestæ vitæ à testimonio perhibendo repelli. *Lanfranc. c. Quoniam contra vers. testium depositiones. n. 124. extra De probat. Alex. Conf. 152. n. 8. lib. 5. Dec. Conf. 163. n. 11. Aym. Cravett. Conf. 159. n. 5. Conf. 9. n. 14.* Secundum juris præceptum est, Alterum non lædere: Quod præceptum ita intelligendum est, ut intelligatur, esse prohibitum alterum lædere illegitimo scilicet modo & in casibus à jure prohibitis. Ideoque Judex, qui fontes processu legitimo servato, justo supplicio afficit, contra hoc præceptum non delinquit, *c. non est iniquitatis. c. frustra. c. regum. c. non est crudelis. c. qui malos percutit. c. non est innocentiæ. c. Qui vitiis. 23. q. 5.* sed delinqueret contra hoc præceptum, si ipse fontes impunitos cum publico detrimento dimitteret vel misericordiâ vel gratiâ motus. *arg. l. servos. C. Ad leg. Iul. de vi publ.* Similiter & privati, qui vel aggressores, qui vias publicas obsident, vel nocturnos depopulatores agrorum occidunt. *l. 1. C. Quand. lic. absq. iudic. auct. se vendic.* vel in aliis casibus à jure permissis alios lædunt, qui casus ex parte recensentur

11

12

13

à Bart.

à Bart. *in l. generali. C. De decur. lib. 10. Matth. de Afflict. c. 1. in princ. De pac. iuram. firmand.* contra hoc præceptum non delinquunt. *arg. l. Gracchus. C. Ad leg. Iul. de adult.* Extra hos autem casus in Legibus expressos, nemini licet alium lædere vel occidere, licet is maleficium morte dignum perpetraverit. *l. fin. C. De malefic. & mathem.* 14 Nec statuto vel consuetudine introduci potest, ut quis innocens etiam pro alio puniatur corporaliter, *Felin. & Dec. c. 2. extra De Constit. Iaſ. l. ſi quis in ſuo. §. fin.* 15 *C. De inoffic. teſtam.* Et cùm nemo sit dominus membrorum suorum. *l. liber homo. ff Ad leg. Aquil.* nemo paciſci potest, ut, vel occidatur, *gloſſ. c. cùm homo. 23. q. 5. Iaſ. l. non eſt impoßibile. ff. De pact.* vel vulnerari, vel alio modo atroci corporali injuriâ affici. *Bart. l. 1. §. uſq. adeò. ff. De iniur. Iaſ. l. Cum donationis. C. De transact.* vel propriâ auctoritate privati, capi. *Dyn. & Bart. l. alia. §. eleganter. ff. Solut. matrim.* vel in carceribus etiam publicis detineri, *Ioan. de Immol. l. Titio centum. §. 2. ff. De condict. & demonſt. Alex. d. §. Eleganter*, vel in casu à Legibus non permisso, puta, ut etiam in causis criminalibus absque indiciis sufficientibus torqueri possit. *Dec. l.* 16 *nemo videtur fraudare. ff. De reg. iur.* Et si statutum offenso permittat, ut se propriâ auctoritate vindicare possit, hoc statutum ita interpretandum, ut tunc demum procedat, si quis principaliter per se, non autem per mediam personam filiorũ suorum aut alterius læsus fuerit. *Bald. l. ut vim. ff. De iuſtit. & iur. Iaſ. l. Qui liberis. §. hæc verba arg. ill. text. ff. De vulg. & pupill. ſubſtit.* & is, cui hæc facultas concessa est, eam alteri cedere nequit. *Iaſ.* 17 *l. 1. §. fin. ff. De oper. nov. nunciat.* Neque verò tantum alium, sed etiam nosmetipsos lædere hoc præcepto prohibemur, *Iaſ. l. 1. n. 5. C. De ſerv. fugit.* Quinimò &, si

quis

quis sit talis conditionis, ut ab alio impunè lædi vel occidi possit, se tamen lædere vel occidere non potest. *Bald. Salic. Fulgos. Paul. de Castr. & Iaſ. l. 1. C. De ſerv. fugit. Dec. c. cùm omnis. extra De Conſtit.* Et ſiquidem quis seipsum interficere conatus fuerit, licet scelus non perfecerit, si absque causſa aliqua, capitali ſupplicio plectitur. *l. ſi quis aliquid. §. fin. ff. De pœn. l. omne delictum. §. qui ſe vulneraverit. ff. De re milit.* Sin autem conſcientia delicti perpetrati, perinde punitur, atque si ipse de hoc delicto convictus fuerit, *l. fin. §. Sic autem. De his, qui mort. ſibi conſciv.* Sin autem quis se interfecerit, si quidem vel furoris rabie, vel doloris alicujus impatientiâ, vel pudore æris alieni, vel tædio vitæ vel jactatione, ipse regulariter non punitur in bonis, vel in hoc, ut ultima ſua elogia irrita fiant, *l. ſi quis filio exheredato. §. proinde. ff. De inuſt. rupt. irrit. fact. teſt. l. fin. §. videri autem. ff. De his qui mort. ſibi conſciv. l. in fraudem. §. levis. ff. De iur. fiſc. l. 2. & ibi Bald. Alex. Iaſ. & Dec. C. De his qui teſt. fac. poſſ.* Quamvis ſepultum Christiana in Eccleſia vel cœmiterio Eccleſiæ indistinctè illis, qui mortem ſibi conſciverunt, denegetur, *c. placuit. & ibi gloſſ. 23. q. 5.* Sin autem quis conſcientiâ ſceleris ſe interfecerit, perinde, quo ad hoc, ut teſtamentum illius irritetur, atque bona publicentur, punitur, atque si hujus ſceleris condemnatus fuiſſet. *l. fin. ff. De bon. eor. qui mort. ſibi conſciv.* Similiter & is, qui absque causſa aliqua se interfecit, puniri debet, *l fin. §. Sic autem. ff. De bon. eor qui mort. ſibi conſciv.* nunquam tamen is, qui mortem ſibi conſcivit, etiam ſceleris conſcientiâ mortuus vel ſuſpendi vel decapitari vel alio ſupplicio corporali plecti potest. *Alex. Iaſ. & Dec. l. 2. C. De his qui teſtam. fac. poſſ. Dec. l. pupillum, §. In heredes. ff. De regul. iur. arg. l. defuncto. ff. De*

publ. iudic. l. In Senatus. §. si propter mortem. ff. Ad SC. Turp. l. ex indiciorum. C. De accusat. l. universi. circ. fin. C. Vbi causs. fiscal. l. 1. & l. 2. C. Si reus vel accus. mort. fuer. Et hodie bona illorum, qui mortem sibi conscíverunt, non publicantur, sed vel filiis vel agnatis usque ad certum gradum relinquuntur. *Bart. l. fin. §. fin. ff. De bon. eor. qui mort. sibi consciv. arg. Auth. Bona damnatorum, C. De bon. damnat.* Quinimò, si statutum disponat, ut bona homicidæ publicentur, hoc statutum tantùm habet locum in eo, qui alium interficit, nec ad eum, qui seipsum interfecit, extenditur. *Corn. Cons. 195. lib. 2. Dec. l. 2. C.*

18 *De his qui testam. facer. pos.* Tertium præceptum juris est, *Suum cuig. tribuere.* Circa quod annotandum, Quòd licet verba *Suum cuig. tribuere*, in definitione justitiæ posita, latam significationem habeant, ut etiam honestè vivere, & alterum non lædere comprehendant: hîc tamen hæc verba strictiùs accipi, ut à duobus præcedentibus juris præceptis, Honestè scilicet vivere, & alterum non lædere, separentur, utque justitiam particularem tantùm comprehendant, quæ justitia particularis duas species habet, distributivam & commutativam, quarum prior pertinet ad præmia atque pœnas distribuendas, pro ratione & varietate meritorum, altera versatur circa contractus & æqualium rerum permutationes paresque compensationes.

In §. fin.

SUMMARIA.

1. *Argument. §.*
2. *Verum jus publicum privato, & publica utilitas privatæ sit præferenda? remiss.*

Jus

Jus duplex esse Justinianus hic tradit, Publicum, 1
quod ad statum rei Romanæ spectat, quodque in sacris, Sacerdotibus atque magistratibus consistit, *l. 1. §. huius studii. ff. De iustit. & iur.* Et privatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet. Porrò privatum jus Imperator dicit collectum ex præceptis naturalibus, gentium & civilibus. Utrum autem jus publicum privato, 2
& publica utilitas privatæ sit præferenda, tradit *Bart. & Alex. & Ias. l. 1. ff. Solut. matrim.*

Titulus II.

DE JURE NATURALI, GENTIUM ET CIVILI.

In princip.

SUMMARIA.

1. *Continuatio & argumentum tituli.*
2. *Imperator cur rectè juris interpretationem à jure naturali ordiatur.*
3. *Argum. principii hujus, & n. 6.*
Quantum lumen definitio doctrinis addat. Ibid.
4. *Ius naturale à jure gentium quomodo differat?*
5. *Exempla regulam non restringunt, nec alterant, sed declarant.*
6. *Quot exempla juris naturalis hic ponat Imperator: & cujuslibet exempli declaratio n. seq. usq; ad fin.*
7. *Matrimonium qualiter juris divini?*
8. *Quatenus juris naturalis, & gentium?*
9. *Civilis.*
10. *Canonici.*
11. *Contractus dotis, qui accessorius ad matrimonium est, cujus juris sit: item & contractus arrharum, & sponsalitia largitas.*

12. *Virum statuta Laicorum prohibentia matrimonium sub pœna contrahi cum certis personis: vel, requirentia certam solennitatem in matrimonio, sint rata. remissivè.*

13. *Alterum exemplum juris naturalis liberos procreare, & quæ huc referantur, ibid. & n. 21.*

Pœna eorum, qui fœminas steriles efficiunt, ibid.

14. *Pœna fœtum abigentium.*

15. *De præmiis & honoribus ob liberorum procreationem.*

16. *Fœminarum præcipua virtus concipere & tueri conceptum.*

Fœminæ steriles infames reputantur, ibid.

17. *Matrimonium contractum sub ea conditione, ut mulier generationem evitet, nullum est.*

18. *Ob impotentiam à sponsalibus contractis disceditur, & divortium conceditur.*

19. *Privilegia mulieris gravidæ; &, Pœna judicis torquentis gravidam, ut abortum faciat, ibid.*

20. *Caussa partus: item. Leges de sobolis procreatione latæ quàm favorabiles.*

21. *Pœna ejus, quæ non malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, decessit.*

22. *Pater liberos alere officio judicis cogitur.*

23. *Etiam emancipatos.*

Et uxorem, ejusq. liberos.

Et liberos naturales.

24. *Item. liberos ex damnato complexu natos, etiam in foro civili secund. commun.*

25. *Et adoptivos.*

Et spirituales si necesse sit, ibid.

26. *Et liberos seorsim habitantes ex justa caussa.*

27. *Quid verò si filii legitimam à patre ipsis assignatam dolo vel culpâ perdiderint? Contra Bald. & Alex.*

28. *Quid sit in extraneo herede patris.*

Item fisco cui damnati patris bona sunt applicata, ibid.

29. *Item. domino feudi.*

30. *Filia etiam dotata, à patris successione per statutum excluſa, à parente ejusq. heredibus ali debet.*

31. *Pater*

31. Pater denegans alimenta filio, cum quodammodo necare intelligitur.

32. Alimentis ne cum juramento quidem renunciari potest.

33. Statutum non valet, ne pater filios alat: contra Dec. Nec consuetudo. Ibid.

34 An filius ad uberiorem fortunam provectus, patrem ob olim denegata alimenta exheredare possit? Contra Corn.

35. Quibus casibus pater filium alere non teneatur?

36. Mater qualiter filium alere debeat?

37. Et utrum sumptus præstitorum alimentorum, ad quæ non obligata fuit, repetat.

38. Filii utriusq; sexus qualiter parentes vicissim alere teneantur?

39. Et quibus casibus non teneantur,

Vbi plura de alimentorum materia remissivè.

QUUM omne jus nostrum, quo utimur, conflatum sit ex præceptis naturalibus gentium & civilibus, Imperator Justinianus optimo consilio ductus, in hoc titulo explicat naturam atque proprietatem uniuscujusque juris, naturalis nempe, gentium & civilis, ut fontibus Legum cognitis, postea faciliùs de illis censuram facere possimus. 1 Et cùm jus naturale 2 sit origine vetustius jure gentium atque civili, ut puta, quod in prima creatione animalibus brutis inditum est, quæ bruta animalia ante hominem, cum quo jus gentium & civile incepit, creata sunt. *Genes. 1.* Imperator Justinianus rectè à jure naturali, juris interpretationem orditum, cùm vetustiora regulariter priùs explicanda sint. *l. 1. §. Quibus. C. De nov. Cod. fac.* Præterea 3 cùm definitio magnum lumen omnibus doctrinis addat, & impossibile sit, rem aliquam cognoscere, nisi definitione ejus cognitâ, Imperator hîc definit, jus naturale esse, quod natura docuit omnia animantia, id est, quod solo instinctu constat, & inclinatione naturali tàm

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

hominibus, quàm cæteris animantibus commune. Quæ definitio ex Ulpian. desumpta est. *l.* 1. §. *Ius naturale. ff. De iustit. & iur.* Et licet sæpè vocabula confundantur, ut jus naturale pro jure gentium accipiatur, §. *singulorum. Infra De rer. divis. gloss. 1. hic.* tamen jus naturale in hoc à jure gentium differt, quòd hoc homini soli conveniat, illud autem cæteris animantibus commune sit. *l. 1. §. ius naturale. & §. ius gentium. ff. De iustit. & iur.* Ideoque si juris naturalis mentio fiat in tali materia, quæ homini cum reliquis animalibus communis non est: certum est juris naturalis appellationem ad jus gentium restringi. *arg. l. si uno, in princ. ff. De locat. & conduct. l. Imperator. ff. De in diem addict.* Porrò licet exempla regulam neq; restringant. *l. regula. §. fin. & ibi Bart. ff. De iur. & fact. ignor. l. damni infecti stipulatio la. 2. ff. De damn. infect. l. 1. §. Quod vulgo. ff. De vi & vi armat. Card. Paris. Cons. 33. n. 8. lib. 2. Cons. 67. n. 7 lib. 3. Cons. 55. n. 32. lib. 4. neq; alterent, Card. Paris. Cons. 66. n. 13. lib. 1.* Cùm tamen exempla regulam declarent, atq; doceant, quomodo intelligenda sit, *l. fin. §. cùm dulc. ff. De trit. vin. & el. leg. Clem. non potest. De procur. Card. Paris. Cons. 110. n. 62. lib 1. & Cons. 158. n. 15. lib. 4.* Imperator Justinianus hîc ponit tria exempla juris naturalis, videlicet maris atque fœminæ conjunctionem, quam nos matrimonium appellamus, liberorum procreationem & educationem. Cæterùm quò ad primum exemplum, matrimonium nempe, annotandum est, Matrimonium esse juris divini, quò ad institutionem. *Genes. 2. c. inter corporalia. extra De. translat. prælat. c. gaudemus. extra De divort. Ang. hic. Bald. d. §. ius naturale.* Juris naturalis, quò ad corporum conjunctionem, *ut hic & ibi Ang. §. ius naturale, & ibi Bald.* Juris gentium quatenus consensu contrahitur, *Bald. d. §. ius nat-*

naturale. Ang. hic. arg. l. Ex hoc iure. ff. De iustit. & iur. Juris verò civilis quatenus ei certum modum sive formam præscripsit. §. *si quis sanè. & § liceat. Auth. Quib. mod. nat. effic sui.* Quod videlicet in matrimonio contrahendo, requiratur consensus patris, in cujus potestate contrahens constitutus est, *infr. de nupt. in prin. l. nuptias. la. 1. & 2. ff. De rit. nupt. l. Paulus. ff. De stat. hom. l. si uxor. §. si quis uxorem. ff. Ad leg. Iul. de adult. l. si ut proponis la 2. C. De nupt.* Item quòd in quibusdam matrimoniis instrumenta dotalia requiruntur. §. *fin. infra De nupt. §. Illud. Auth. Quib. mod. nat. efficiant, legit.* Similiter & juris canonici censetur matrimonium, quatenus requiritur, ut matrimonium non clandestinè, sed publicè, edictis duobus vel tribus in Ecclesia propositis præcedentibus, & benedictione Sacerdotis interveniente contrahatur. *c. consanguineorum. 3. q. 4. c. 1. c. 2. c. 3. & 4. cum omnib. seqq. 30. q. 5. c. 1. 2. & 3. extra De desponsi. clandest.* Præterea contractus dotis, qui est accessorius ad matrimonium. *l. 3 ff. De iur. dot. l. fin. in princ. C. De donat. ant. nupt.* non juris civilis, sed jurisgentium reputatur, *arg. l. Zasi. C. de capit. dimin.* Quamvis contractus arrharum. *Ang. hic. Bald. d. §. ius naturale. arg. l. fin. C. De sponsalib.* & sponsalitia largitas juris civilis sit. *gloss. l. Ex hoc iure. ff. De iustit. & iur. arg. Auth. De sponsal. largit. in princ.* Utrum autem statuta laicorum prohibentia matrimonium sub pœna contrahi cum certis personis: vel requirentia certam solennitatem in contrahendo matrimonio, sint rata, videte *Abbat. c. 1. & ibi latissimè Felin. extra De sponsal. Bart. l. Edicimus. C. De murileg. lib. 11. Bald. d. §. Ius naturale. & ibi Iaf. Ang. hic. Dec. l. nuptias. ff. De reg. iur. Felin. & Dec. c. Ecclesia. S. Mariæ. extra De Constit.* Secundum exemplum juris naturalis est liberos procreare, ex hoc jure ortæ sunt

Leges

Leges homicidii pœnâ plectentes eos, qui medicamenta fœminis dant, ut steriles fiant, atque sobolem procreare nequeant. *c. si aliquis. & ibi gloss. Abb. & Felin. extra De homicia.* Similiter ex hoc jure originem trahunt jura punientes illos, qui fœtum abigunt, atque causſam abor-
14 tionis dant. Circa quod annotandum, eos, qui scienter abigunt fœtum jam vivum vel animatum, pœnâ capitis atque ultimo supplicio plecti. *c. Moises. 32. q. 2. c. sicut Cl. 2. & ibi Abb. & Felin. extra De homicid. gloss. & Bart. l. Divus. ff. De var. & extraord. cognit. gloss. l. pen. C. Ad leg. Cornel. de Sicar. Ang. vers. ex intervallo, n. 10. in tract. De malefic. facit l. si servus. §. si mulier. ff. Ad leg. Aquil. Covar. variar. Resolut. lib. 2. cap. 20. n. 10.* Sin autem quis fœtum nondum animatum medicamentis vel alio modo abegerit, is quidem homicidii pœnâ non punitur, *c. quod verò 32. q. 2. d. c. sicut.* sed extraordinariè arbitrio Judicis plectitur, vel pœnâ metalli, si sit humilis, vel relegationis adempta bonorum parte, si sit ex honestioribus. *d. l. Divus. & ibi Bart. l. si mulierem. ff. Ad leg. Corn. de Sic. l. si quis aliquid. §. Qui abortionis. ff. De pœn.* nisi vel pecuniâ acceptâ quis partum abegerit, *l. Cicero. ff. De pœn.* vel ex hausſtu poculi abortionis, mulier quæ cùm hausſit, perierit: hisce enim casibus licet fœtus animatus non sit, is qui abortionis causſam dedit, homicidii pœnâ plectitur, *d. §. Qui abortionis.* Et hoc quidem procedit, quoad pœnas juris communis, cæterum pœna statuti punientis homicidas, nunquam punitur is, qui fœtum nondum natum interficit, *Bald. & Alex. l. Quod dicitur. ff. De liber. & posth. Bald. l. cùm inter veteres. arg. ill. text. C. De fideicom. libert. Ang. d. vers. Et ex intervallo.*
15 *n. 10* Deinde etiam ex hoc jure descendunt Leges concedentes & mulieribus dotis privilegia propter sobolis procrea-

procreationem, *l. 1. & ibi Dd. ff. sol. matrim.* & illis, qui multos liberos genuerunt, vacationem à muneribus civilibus, *infra De exc. tutor. in princ. l. 2. ff. De vacat. muner.* atque etiam in honoribus adipiscendis præferentes illos, qui liberos habent, illis qui liberis carent, *l. in illo, & ibi Bart. C. De decurion. lib. 10. Iaſ. l. 1. n. 13. ff. ſolut. matrim.* Huc accedit, quòd præcipua virtus fœminarum reputatur concipere & tueri conceptum, *l. quæritur in princ. ff. De adil. edict.* Et quòd fœminæ ſteriles infames reputantur, *gloſſ. c. recurrat, verb. maledicta 32. q. 4.* 16

Et quòd matrimonium contractum ſub ea conditione, ut mulier prolis generationem evitet, nullum ſit. *c. fin. extra De condit. appoſ. c. ſolet. 32. q. 2.* 17

Similiter ad hoc caput refertur, quòd ſi poſt ſponſalia contracta ad ſponſæ notitiam pervenerit, ſponſum liberos generare non poſſe, ſponſæ impunè permittatur etiam invito ſponſo à ſponſalibus diſcedere, *l. fin. C. De ſponſal.* Et quòd uxor divortium petere poſſit, ſi maritus ad coëundum atque liberos procreandos naturaliter ſit impotens, & etiam è converſo maritus, ſi uxor ſit talis, cum qua nullus rem habere poſſit, *c. 1. c. 2. & 3. extra De frigid. & malefic.* 18

Deinde etiam ex hoc capite deſcendit edictum Prætoris, quo cavetur, ut mulier gravida in mariti ſui defuncti bonorum poſſeſſionem mittatur, atque ex bonis mariti defuncti alatur, donec pariat, *l 1 & omnib. ll ill. tit. ff. De ventr. in poſſeſſ. mitt.* item & edictum de ventre inſpiciendo cuſtodiendoque, ne partus ſubjiciatur, *l. 1. cum omnib. leg. ſeq. ill. text. ff. De ventr. inſpic.* Item, quòd mulier prægnans neque torqueri, neque pœnâ corpori illius infligenda puniri poſſit, antequam partum edat, *l. Imperator, & ibi Bart. & Bald. ff. De ſtat. homin l. prægnantis. & ibi Bart. ff. De pœn.* etiamſi fœtus ſit vel adulte- 19

rinus vel in carcere conceptus, *arg. l. in servorum. ff. De pœn.* vel etiam nondum animam habeat, *Bald. d. l. Imperator.* Et si Judex mulierem prægnantem torserit, eaque abortum inde fecerit, ipse tanquam homicida punitur. *Bald. d. l. Imperator.* Et confessio mulieris prægnantis in tormentis facta non valet. *Bald. d. l. Imperator. arg. l. ma-*
20 *ritus. ff. De Quæst.* Et annotandum, quòd favorabilior reputetur causa partus quàm pueri, quòdque partus non tantùm parenti, cujus esse dicitur, sed etiam Reipublicæ nascatur, *l. 1. §. & generaliter. ff. De ventr. in poss. mittend. Bald. l. matres. C. Ad SC. Tertull.* His addes, quòd Leges sobolis procreandæ causa latæ, tanquam Reipublicæ utiles & favorabiles extendendæ sint, *l. hoc*
21 *modo. ff. De cond. & demon.* Ad hoc etiam caput pertinet, quòd pœna relegationis ea puniatur, quæ non malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, decessit. *l. 3.*
22 *§. adiectio. ff. Ad leg. Corn. de Sicar.* Tertium exemplum juris naturalis est *Liberorum educatio.* Ex hoc descendit, quòd parentes liberos suos alere officio Judicis secundum legum civilium dispositionem coguntur. *l. si quis à liberis. ff. De liber. agnosc. l. pen. & fin. C. de alend. liber.*
23 Quæ conclusio extenditur, ut pater non tantùm filios in potestate constitutos, sed etiam emancipatos alere cogatur, *d. l. si quis à liberis, in princ.* Secundò, ut pater non tantùm filium suum, sed & uxorem & liberos ejus alere teneatur. *l. si filio. §. 1. ff. famil. herciscr. Bart. in tract. De aliment. Corn. Cons. 129. n. 12. lib. 1. facit. l. si quis à liberis. §. non tantùm. ff. De liber. agnosc. l. 2. §. non solùm. ff. De excusat. tutor.* Tertiò, ut etiam filiis naturalibus alimenta præstare cogatur, *Auth. licet. C. De natur. liber.*
24 Quartò, hoc procedit etiam in filiis ex complexu damna-

damnato natos, quos pater ſecundum diſpoſitionem juris canonici alere cogitur, *c. cùm haberet. & ibi Alex. extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll. Bart. d. l. ſi quis à liberis. §. utrum.* Quæ diſpoſitio juris canonici correctà Lege contrarium diſponente, *Auth. Ex complexu. C. De inceſt. nupt.* etiam in foro civili, & in terris non ſubjectis Papæ, ſecundum communem Dd. ſententiam locum habet. *Abb. d. c. cùm haberet. Abb. Conſ. 50. & Conſ. 95. lib. 2. Ang. hic. Alex. Conſ. 88. n. 4. lib. 7. Dec. c. Eccleſia S. Maria. n. 30. extra De Conſtit. Dec. c. Clerici. n. 2. extra De judic. Idemq; Dec. c. in præſentia. extra De probat.* Quintò hoc procedit etiam in filiis adoptivis, *Bald. l.* 25
cùm in adoptivis, in princ. n. 5. C. De adopt. Sextò hoc procedit etiam in filiis ſpiritualibus, ſi ipſi aliundè non habeant, unde ſe alant, *Bald. Auth. Niſi rogati. n. 19. C. Ad SC. Trebell.* Septimò hoc procedit, etiamſi filii ex juſta 26
cauſſa ſeorſim à patre habitent, *Ang. §. Illud. Auth. Vt lic. matr. & au.* Octavò, etiamſi filii legitimam ſuam ipſis 27
à patre aſſignatam dolo vel culpà perdiderint. *Bald. Auth. Si captivi. n. 9. C. De Epiſc. & Cleric. Bald. l. Sancimus. in princ. n. 11. & ibi Iaſ. n. 6. C. De inoffic. teſtam. Iaſ. Auth. Quod locum. n. 7. & 8. C. De collat.* Quamvis contrarium, quod filio, qui partem ſibi loco legitimæ aſſignatam dolo perdidit, pater alimenta denegare poſſit, ſed malè teneat Bald. *Auth. Contra rogatus. C. Ad SC. Trebell. Alex. l. ſi cùm dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſolut. matrim.* Nonò hæc concluſio extenditur, ut etiam extranei he- 28
redes patris filio, qui non habet aliundè unde vivat, alimenta præſtare cogantur, *arg. d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum.* Decimò, ut etiam fiſcus, eo caſu, quo patris condemnati bona fiſco applicantur, alimenta filiis præſtare cogatur. *l. Quisquis, C. Ad leg. Iul. Maieſt. Socin.*

29 *Conſ. 30. n. 3. lib. 1.* Undecimò, ut etiam Dominus feudi, eo caſu, quo mortuo vaſallo feudum abſque delicto ad Dominum revertitur, filiis vaſalli, qui aliundè ſe ſuſtentare nequeunt, ex feudo, ſi illud magnum ſit, alimenta præſtare cogatur. *c. 1. §. mutus. & ibi Dd. Epiſcop. vel*
30 *Abbat.* Duodecimò, ut etiam filia dotata, per ſtatutum à patris ſucceſſione excluſa, à parente & heredibus illius
31 ali debeat. *Corn. Conſ. 85. n. 24. lib. 3.* Decimotertiò, ut pater denegans alimenta filio, quodammodo filium necare intelligatur, atque ſi filium eam ob cauſſam mortuus fuerit, quòd pater ipſi alimenta ſubtraxit, pater puniri poſſit. *l. necare. & ibi gloſſ. & Bart. ff. De lib. exhib. Bart. in tract. De aliment. Abb. c. 2. extra De converſion. in-*
32 *fed. Corn. Conſ. 316. n. 22. lib. 1.* Decimoquartò hoc uſque adeò verum eſt, ut nec tacitè nec expreſsè etiam cum jurejurando alimentis renunciari poſſit, *Bald. l. pactum. quæſt. ult. C. De collat. Spec. §. 1. ver. ſed pone, quidam emancipavit. Qui fil. ſint legit. arg. l. Ius agnationis. & ibi gloſſ. &*
33 *Iaſ. ff. De pact. l. abdicatio. C. De patr. poteſt.* Decimoquintò hæc concluſio extenditur, ut non valeat ſtatutum diſponens, ne pater filios educare vel alere teneatur. *Alber. de Roſat. 1. part. ſtatutor. Quæſt. 40. verſ. Item Quæro. Idem. Alber. de Roſ. l. 1. §. ius naturale. ff. De iuſtit. & iur. arg. l. iura ſanguinis. & ibi Dec. ff. eod. Et hæc ſententia verior eſt, quamvis contrarium, ſed malè teneat Dec. in d. l. Iura ſanguinis.* Similiter nec hoc introduci poteſt conſuetudine. *Panor. c. fin. n. 22. & ibi Roch. Curt. in repetit. n. 436.*
34 *extra De conſuetud.* Decimoſextò hæc concluſio extenditur, ut filius, ſi pater ipſi alimenta denegaverit, ipſeq; poſtea ad uberiorem fortunam pervenerit, patrem propter hanc cauſſam exheredare poſſit. *Bart. in tract. De aliment. arg. §. Et hæc quidem de parentum. Auth. ut cum de*

appell.

appell. cognoſ. iunct. d. l. necare. Et hæc ſententia verior eſt, quamvis contrarium ſed malè, de jure reſponderit *Corn. Conſ. 120. n. 5. lib. 1.* Decimoſeptimò hæc concluſio extenditur, ut etiam pater hæreticus vel Judæus filios alere cogatur, *l. cognovimus. C. De hæret.*

Hæc concluſio fallit primò, ſi filius patrem accuſa- 35
verit vel detulerit, vel aliam cauſſam ingratitudinis commiſerit, quam ipſe juſtè exheredari poteſt: tunc enim pater ipſum alere non cogitur, *d. l. ſi quis à liberis. §. idem judex. & ibi gloſſ. l. fin. C. De alend. lib. gloſſ. & Abb. d. l. cùm haberet, Bart. in tract. De aliment. Iaſ. in l. ius civile. n. 25. ff. De iuſtit. & iur. Dec. d. l. iura ſanguinis.* Quinimò filius, qui committit erga patrem talem ingratitudinem, propter quam exheredari poteſt, non tantùm jus alimentorum, ſed etiam omne jus filiationis amittit: ideoque ſi pater ipſum interfecerit, ipſe non Lege Pompejâ, ſed Lege Cornelià tantùm tenetur. *Bart. l. Divus. ff. Ad leg. Pomp. de parricid.* Hoc tamen ita demum verum eſt, niſi filius, qui commiſit talem ingratitudinem, propter quam ipſe exheredari poteſt, pœnitentiam egerit hujus ingratitudinis commiſſæ nomine: tunc enim ipſe jus filij recipit, neque à patre vel exheredari poteſt, vel ei alimenta denegari poſſunt. *Alex. l. 1. n. 33. ff. ſolut. matrim. Iaſ. d. l. ius civile. n. 29. ff. De iuſtit. & iur. Idem Iaſ. l. in arenam. n. 6. C. De inoff. teſtam. Spec. §. pen. ver. Quid ſi pœnitentiam. Qui fil. ſint legit. Abb. c. Quintavallis. extra De iureiur. arg. l. incorporalis. & ibi Bart. & Bald. C. de nupt. c. ferrum. & ibi gloſſ. Diſt. 50.* Secundò hæc concluſio limitatur, ut pater non cogatur alere filium, qui habet aliundè tantum, quo ſe exhibere poſſit. *d. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. & ibi Bart. Idem Bart. l. 1. C. De valid. mendic. lib. 11. Alex. l. 1. ff. Solut. matrim. Iaſ. Auth.*

Res quæ.n. 11. C. Commun. de legat. Dec. d. l. iura sanguinis. Tertiò hæc concluſio fallit, ſi filius ſciat artificium aliquod, quo ſe alere poſſit, *d. §. Sed ſi filius. & ibi Bart. Abb. d. c. cùm haberet, facit quod docet Socin. Conſ. 121. n. 48. lib. 4.* Quod tamen ita demum verum eſt, ſi filius hoc artificium honeſtè exercere poſſit, alioquin verò ſecus, *Bart. d. §. ſed ſi filius. Bart. in tract. De aliment. Abb. d. c. cùm haberet. arg. l. filius. ff. De cond. inſtit. l. nepos Proculo. ff. De verb. ſignific.* Quartò hoc fallit, ſi pater ipſe egeat, & non habeat plus, quàm quo ſe alere poteſt: tunc enim ipſe filium alere non cogitur. *Abb. d. c. cùm haberet. arg. ill. text. Corn. Conſ. 128. n. 9. lib. 3. arg. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. & §. alimenta. l. ſi præſes. C. De ſervit. & aq. facit quod docet Corn. Conſ. 212. n. 1. lib. 3.* Et quamvis in hoc contrarium teneat *Bald. l. ubi adhuc. n. 25.* tamen ego ſententiam Baldi tantùm procedere judico, eo caſu, quo filii omninò victum ſibi quærere nequeunt, ut puta, quia ipſi ſunt infantes: tunc enim credo patrem cogi omninò illos alere, etiamſi ipſe non habeat, unde ſe commodè alat. Quintò hoc procedit, ſi alimenta petantur à patre, alioquin verò ſecus, *arg. d. l. ſi quis à liberis, in princ. & l. alimenta in princ. ff. De lib. agnoſc. Corn. Conſ. 120. n. 6. lib. 3.* Quod procedere judico, ſi filii ſint ejus ætatis, ut ipſi alimenta petere poſſint: ſin autem filii non ſint ejus ætatis: tunc credo patrem etiam non requiſitum, filiis alimenta præſtare cogi. *d. l. necare.* Sextò pater non tenetur alere filium, ſi ipſe curaverit eum recipi in hoſpitali, ſi ipſe ſit ejus conditionis, ut non inhoneſtè in hoſpitali vivere poſſit. *l. 1. §. ſed ſcimus. & ibi Bald. C. De latin. libert. toll. Alex. d. l. alimenta. n. 7.*

Et hoc

Et hoc quidem procedit quoad patrem : Mater 36
verò filium minorem triennio alere cogitur lacte atque puberibus propriis, *gloss. l. alimenta. & ibi Bart. Bald. & Alex. C. De negot. gest. gloss. & Bald. l. nec filium. C. De patr. potest. gloss. & Abb. c. 2. extra De convers. infed. Bart. d. l. 1. si quis à liberis. §. si mater. ff. De lib. agnosc. Corn. Cons. 129. n. 14. lib. 1.* Et si mater recusaverit nulla justa de causa lactare filium intra triennium, ipsa propriis sumptibus cogitur efficere, ut partus suus ab alio lactetur, *Abb. d. c. cum haberet*, nisi mater vel infirmitate aut alio modo impediatur lactare filium, *Abb. d. c. cùm haberet*, vel sit Principissa, Comitissa aut alia magna Domina, cui dedecus esset lactare filium. *Bart. in tract. De aliment. n. 13. Bald. d. l. nec filium. C. De patr. potest. Abb. c. 2. fin. extra De convers. infed. idemq. Abb. d. c. cùm haberet, arg. l. filius. ff. De condit. instit. l. nepos Proculo. ff. De verb. signific.* vel egestate laboraret, ut ipsa se exhibere nequeat: hisce enim casibus etiam filius minor triennio patris sumptibus ali debet. *Bart. d. l. si quis à liberis. §. si mater. Bald. d. l. alimenta.* Majorem autem filium triennio mater vel ascendentes per lineam maternam alere non coguntur, nisi pater vel ascendentes per lineam paternam inopiâ laboraret, *l. pen. ff. De liber. agnosc. gloss. Bart. Bald. & Alex. d. l. alimenta. gloss. d. §. si mater.* vel nisi culpa matris sit factum divortium: tunc enim sumptibus matris, liberi etiam majores triennio, ali debent. *Auth. Si pater. & ibi gloss. C. Divort. fact. apud quem lib. morar. vel educ. deb. gloss. Bart. Bald. & Alex. d. l. alimenta.* vel, nisi filii sint spurii, tunc enim filii majores triennio non solius patris, sed communibus patris, & matris sumptibus ali debent. *d. c. cùm haberet. & ibi Abb.*

Utrum

37 Utrum autem mater, quæ præstitit alimenta filiis eo casu, quo illa præstare obligata non fuit, sumptus hos alimentorum repetere possit, *videte d. §. si mater. & ibi Bart. d. l. alimenta. & ibi gloss. Bart. & Alex. l. Nesennius. ibidemq. Bart. ff. De negot. gest.*

38 Econverso vero & filii parentes suos utriusque sexus, si egestate laborent, alere coguntur, *d. l. si quis à liberis, in princ. & ibi Bart. l. 1. & l. 2. C. De alend. lib. l. fin. §. ipsum autem. C. De bon. quæ lib. l. filia. C. De patr. potest. Corn. Cons. 199. n. 4. lib 3.* Quod procedit, etiamsi parentes sint infideles. *gloss. c. 1. Dist. 30.* Quamvis in hoc contrarium, sed malè teneat *Alex. l. 1. n. 21. ff. Solut. matrim.* Secundò hoc procedit, etiamsi parentes propter scelera sua sint relegati, deportati, vel bonis suis mulctati. *arg. l. mutuus. §. manente. ff. De iur. dot. §. si verò & ibi gloss. Auth. De incest nup. l. Imperator. ff. Ad SC. Trebell.* Tertio hoc procedit, ut filius denegans alimenta patri, propter hanc causam à patre & exheredari, *Bart. in tract. De aliment. n. 10.* & si ipse emancipatus fuerit, in patriam potestatem emancipatione rescisâ, redigi possit. *arg. l. 1. C. De ingrat. lib.* Deinde etiam hæc conclusio recipit multas ampliationes ex iis, quas retulimus circa illam conclusionem, quòd parentes liberos alere co-
39 gantur. Hæc conclusio fallit primò, si pater sit rebellis aut proditor patriæ, *arg. l. minimè. ff. De relig. & sumpt. funer.* Secundò, si pater commiserit crimen fractæ pacis. *c. 1. §. Si quis homines. & ibi Bald. & Dd. De pac. tenend.* Tertio, si pater habeat patrem & filium divites: tunc enim ipse non à filio, sed à patre ali debet. *Bart. l pen. ff. De lib. agnosc.* Quartò, licet pater à filiis ali debeat: tamen patri à filiis non jure naturali, sed civili alimenta debentur, *Bart. & Bald. l. §. ius naturale. ff. De iustit. & iur.*

& iur. Bart. d. l. si quis à liberis. §. parens. & l. pen. ff. De liber. agnoscend. Quintò hæc conclusio recipit omnes illas limitationes, quas retulimus circa illam conclusionem, Quòd pater filios alere teneatur. *Reliqua ad materiam alimentorum spectantia, videte apud Bart. in tract. De aliment. Specul. §. pen. Qui fil. sint legit.*

In §.

Jus autem civile.

SUMMARIA.

1. *Summa §.*
2. *Statutum quis condere possit: & nn. sequentib.*
3. *Et qualiter populus etiam iurisdictione carens.*
4. *Item singula collegia in civitatibus.*
5. *Singulæ familiæ.*
6. *Pars civitatis.*
7. *Statutum ut ratum sit, quibus solennitatibus servatis condi debeat?*
8. *Et super quibus rebus?*
9. *Statuta laicorum cur & qualiter non valeant super rebus spiritualibus condita?*
10. *Statutum iuri divino contrarium qualiter valeat vel non valeat?*
11. *Et qualiter iuri naturali vel gentium contrarium?*
12. *Et qualiter civili contrarium?*
13. *Item & statuto vetustiori?*
14. *Bonis moribus contrarium?*
15. *Ad delinquendum homines invitans?*
16. *Iuri superioris derogans?*
17. *Singularis personæ odium respiciens?*
18. *Et contra libertatem ecclesiasticam conditum.*
19. *Statuta quas personas obligent? usq; ad n. 41.*

Vtrum ſtatutis laicorum ligentur Clerici. Ibid.

20. Vtrum ex diſpoſitione ſtatuti obligentur furioſi mente capti, infantes, minores.

21. Vtrum Scholares in loco aliquo ſtudiorum gratia degentes obligentur ſtatutis vel conſuetudinibus loci in quo degunt. contra gloſſ.

22. Vtrum Forenſes ligentur ſtatutis loci alicujus. Deciditur ibid. & n. 23.

Vbi eo caſu, quo ſtatutum non reſpicit incolas vel ſubditos tantùm, quinq; caſus attendendos auctor judicat.

24. Primò quid ſit in contractibus, latè & doctè, & n. ſeqq. uſq; ad n. 31.

Vbi quid in delictis?

Quid verò quoad ultimas voluntates. n. 32.

Et quid quoad ſucceſſiones ab inteſtato, contra multos. n. 33.

Vltimò, quid quoad jura realia. n. 34.

25. Quid juris in contractu dotis.

26. Itemq; in contractu feudi.

27. Quidq; in iis, quæ oriuntur poſt contractum ex negligentia vel mora partis.

28. Et in iis, quæ proceſſum judicii reſpiciunt.

29. Et executionem.

30. Forenſes contra diſpoſitionem ſtatuti loci, in quo contraxerunt, ex capite juſtæ ignorantiæ reſtitutionem in integrum habent.

35. Statutum Forenſes expreſsè reſpiciens, ratione rerum, quas ipſi in territorio ſtatuentium poſſident, etiam in perſonam conceptum valet.

Inde infertur contra Corn. Ibid.

36. Vtrum Iudæi in aliquo loco degentes vel habitantes ſtatutis & conſuetudinibus loci obligentur & fruantur.

37. Vtrum ſtatuta porrigant effectum ſuum extra territorium?

Deciditur ibid. & n. 38.

Vbi quò ad illos, qui ſtatuentibus aliqua ratione ſubjecti ſunt, diſtinguitur tripliciter.

39. Et quid ſit in ſtatuto prohibitivo

reſpectiu

respectu { Solennitatis. Rei. Personæ.

40. Et quid quoad statuta tàm ratione solennitatis vel personæ, quàm aliâ ratione permissivâ, prolixè cum aliquot illationib. notabilib.

41. Quid verò quoad statuta punitiva vel pœnalia?

Et ex quo tempore statuta ligare incipiant. Ibid.

42. Virum statuta extendantur ad casus præteritos vel futuros. remissivè.

43. Virum recipiant interpretationem correctoriam, restrictivam, declarativam, item & extensivam. remiss.

44. Virum in statuto habeat locum, argumentum à contrario sensu.

45. Statuta quomodo in judicium deducantur.

46. De naturâ dictionis relativi Quis vel Qui, ejusq; significatione. itidem remiss.

IN hoc §. Imperator tradit differentiam inter jus civile & jus gentium, & docet jus civile esse, quòd quisque populus sibi constituit, Jus verò gentium esse id, quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit. 1
Ex hoc §. sequitur, quemlibet populum atque civitatem quamlibet, statuta atque leges condere posse, *ut hîc. l. omnes populi. & ibi Bart. Bald. & Iaſ. ff. De iuſtit. & iur. l. Antiochenſium. ff. De privileg. cred. l. prohibere. §. planè. Quod vi aut clam. l. fin. ff. De decret. ab ord. faciend l. ſi ſervi nomine. C. De noxal. act. facit. c. 1. De Conſtit. lib. 6. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. Comm. præd. l. An in totum. C. De ædific. privat.* Quod procedit non tantùm in populo jurisdictionem habente, sed etiam in populo jurisdictione carente, qualis est villa vel pagus. Namque cùm Lex generaliter disponat, quemque populum Leges condere posse, *d. l. omnes populi*, placuit Dd. nostris communiter omnem populum, sive is jurisdictionem habeat, sive non, statuta condere posse. *Bald. & Iaſ. d. l. omnes* 2 3

populi. Bald. l. 2. Notab. 3. arg. ill. text. C. De Constit. pecun. Bald. l. 1. in princ. C. Quæ sit long. consuet. Abb. c. Quod clericis. n. 45. extra De for. compet. Alex. l. 1. ff. De iurisd. omn. iud. facit. l. fin. & ibi Alex. C. De testam. Dummodò tamen in hoc statuto pœnam transgredientibus statutum, non irrogent: namque hoc illis, qui jurisdictione carent, facere non licet. *Innoc. c. cùm omnes. & ibi Felin. n. 14. extra De Constit. Alex. l. 1. in princ. Si quis ius dic. non obtemp.* nisi huic populo vel universitati esset concessa facultas condendi Leges vel Statuta, ab eo, qui jurisdictionem habet, *Bart. l. Ambitiosa. ff. De decret. ab ord. fac. Bald. l. 1. in fin. C. De rect. provin.* vel, nisi ex consuetudine hoc illi liceret. *Alex. l. 1. in princ. ff. Si quis ius dic. non obtemp. arg. l. viros. C. De diverf. offic. lib. 12.* vel, nisi condentes statuta se invicem sub pœna obligarent ad servanda statuta *gloss. c. cum aliquibus verb. firmitate. De rescript. lib. 6.* Secundò hoc procedit, etiamsi statuta populi vel universitatis sint contra vel præter juris communis dispositionem. *Abb. d. c. Quod clericis. Iaf. in repetit. d. l. Omnes populi. n. 10. arg. ill. text. l. Antiochensium. ff. De privil. credit. l. Lucius. §. fin. ff. Ad municip. d. §. Si constat. l. si non speciali. C. De testam.* Tertiò hoc extenditur, ut etiam superioris auctoritate vel licentiâ non accedente populus statuta condere possit. *Bald. l. receptitia. C. De Constit. pecun. Felin. d. c. cùm omnes. n. 14. Iaf. d. l. omnes*
4 *populi. in lect. n. 26. & in repetit. n. 38.* Quartò hoc extenditur, ut etiam singula collegia in civitatibus, qualia sunt collegia mercatorum, sartorum, sutorum & similia statuta condere possint, *d. l. receptitia. & ibi Bald. §. pen. Auth. De fideiuss.* Dummodò tamen ipsi faciant statuta de illis, quæ ad ipsorum professionem sive artem pertinent,

nent. *Bart. d. l. Omnes populi. n. 6. & ibi Iaſ. in repetit. n. 37. Bart. l. fin. n. 20. ff. De colleg. illic. Felin. d. c. cùm omnes. n. 14.* Et hæc ſtatuta non reſpiciant aliorum præjudicium, *Bart. & Bald. l. fin. C. De iurisd. omn. iudic. Bald. & gloſſ. l. 1. arg. ill. text. C. De Monopol.* Quintò hoc extenditur, ut 5 etiam ſingulæ familiæ inter ſe ſtatuta condere poſſint de ſucceſſionibus aliisque rebus ad eas ſpectantibus. *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. Compendiosè, verſ. ſed numquid dicemus, in addit. Incip. Interpoſuit. Vbertas De Inſtr. edit. Ang. Imol. & Cuman l. 3. ff. De teſtam. Iaſ. in repetit. d. l. Omnes populi. n. 42. Iaſ. l. ſi quis à filio. §. fin. n. 4. ff. De legat. 1. Curt. in tract. ſuo feud. 1. part. 3. part. princ. n. 10. Ioan. Leur. in tract. De primogenit. lib. 1. Quæſt. 22. n. 6. Zaſ. in tract. feud. 8. part. n. 42. Card. Pariſ. Conſ. 72. n. 11. lib. 4. Hieron. Schurf. Conſ. 92. lib. 2. Tiraquel. in tract. De primogenit. cap. 16. n. 4. facit quod docet Iaſ. l. ſtipulatio hoc modo. n. 11. ff. De verb. oblig. Et idem tenui in tract. meo feud. 7. part. in Mater. ſucceſſ. fœminar. in feud. limitat. 4.* Sextò 6 hoc extenditur, ut etiam una pars civitatis, abſque conſenſu alterius partis, non quidem in alterius non conſentientis, *Bart. d. l. omnes populi. n. 7.* ſed in proprium præjudicium ſtatuta condere poſſit, *Bart. d. l. omnes populi. n. 17. & ibi Iaſ. in repetit. n. 41. Bart. l. De quibus n. 15. ff. De legib. Bart. d. l. ſi quis à filio. §. fin. Bald. l. 2. §. deinde cùm eſſent. arg. ill. text. ff. De orig. iur. Bald. l. teſtatrix. §. pluves, arg. ill. text. ff. Si ſervit. vindic.* Hoc tamen quod dictum fuit civitatem, univerſitatem, collegium vel familiam ſtatuta condere poſſe, ita demum verum eſt, niſi illa civitas, univerſitas, collegium vel familia ſint interdicta, excommunicata, vel banno Imperiali ſubjecta: tunc enim ſtatuta condere nequeunt, *Bart. l. Omnes*

populi. n. 13. ff. De iuſtit. & iur. arg. c. 1. & c. adverſus. §. quia. extra de immun. Eccleſ. c. 1. §. De ſtatut. contr. libert. Eccleſiaſt.

7 Porrò ſtatutum ab univerſitate vel populo conditum, ita demum ratum eſt, ſi in condendo ſtatutum, illa ſolennitas intervenerit, quæ in aliis actibus univerſitatis neceſſaria eſt. *Ang. hîc.* Ideoque receptum eſt, ſtatuta hac ſolennitate ſervata condi. Primò, ut is, qui univerſitati ſive populo præeſt, populum ſive univerſitatem convocet vel ſono tubæ vel pulſatâ campanâ, vel voce præconis. *Bart. l. omnes populi. n. 16. ff. De iuſtit. & iur. gloſſ. l. 2. C. De decurion. gloſſ. l. aliud. §. refertur. ff. De reg. iur.* ad curiam vel alium locum publicum & conſuetum. *d. l. 2. C. De decurion. lib. 10. l. ſi quod extraordinarium. C. De legat. lib. 11.* utque duabus partibus totius univerſitatis vel populi præſentibus. *arg. l. nominationum. C. De decurion. lib. 10. gloſſ. l. nulli. ff. Quod cuiusq; univerſ. nom.* vel aliquibus ex illis abſentibus per contumaciam, *arg. l. in cauſſa la 1. §. cauſſa cognita. ff. De minorib. Abb. & Felin. c. cùm omnes. extra De Conſtit. generaliter. arg. l. 2. ff. Ad SC. Vellei.* vel ſpecialiter proponatur à Rectore vel Magiſtratu illius univerſitatis vel populi, quid de re certa ſtatui placeat, *§. lex. & §. plebiſcitum. infra h. t. l. item veniunt. §. pridie. ff. De petit. hered. l. 1. in princ. & ibi Alex. ff. Ad leg. Aquil. Bart. & Iaſ. l. 1. ff. De legib.* utque major pars illorum, qui ibidem præſunt, conſentiant, quid in quæſtione propoſita ſtatui oporteat. *arg. l. quòd maior, & ibi Bart. ff Ad municip. d. l. nominationum. d. § refertur,* non quidem ſeparatim, ſed ſimul, *Bart. l. omnes populi. n. 18. ff. De iuſt. & iur. arg. c. in Geneſi. extra De Elect.* atque hoc quod ſtatutum fuit, & ſcriptis comprehendatur & publicetur. *arg. §. Conſtat. infra h. t. l. huma-*

l. humanum. & l. leges. C. De legib. c. lex. Dist. 1. c. legem. Dist. 11. l. imò. ff. De ll. c. 1. extra De postul. prælat. Si tamen statutum conditum fuerit, præsentibus duabus partibus populi vel universitatis, atque consentiente majori parte statutum valet, licet populus vel universitas convocata non fuerit ab eo, qui jus convocandi habet, *Ias. l. universis. C. De precib. imper. offer.* neque ad curiam vel locum consuetum *arg. eius quod docet Bart. in l. ius pluribus. ff. De iustit. & iur.* neque propositio aliqua à rectore populi vel universitatis, vel ab alio in consilio facta fuerit, *Bart. l. 2. C. De decurion. lib. 10. Bart. & Ias. d. l. universis. & in l. 1. n. 26. ff. De ll. Ang. §. constat. infra h. tit. arg. l. de quibus. ff. De legib.* neque etiam id, quod statutum est publicatum, *gloss. Clem. 2. De hæret.* vel scriptis comprehensum fuerit. *Ang. d. §. Constat. Felin. & Dec. Rubr. extra De constit. arg. c. 1. De renunc. lib. 6. l. 1. ff De Constit. princ. c. 1. de iureiur. lib. 6. c. si quis. vers. vel non scriptum 1. quæst. 5.*

Super quibus autem rebus vel negotiis statuta condi possint, dubitari solet. In quo dubio ego concludo 8
secundum communem Dd. sententiam, statuta indistinctè condi posse super illis, de quibus statuta condentes liberam statuendi potestatem habent, quæque juri divino, naturali, gentium vel civili, aut etiam bonis moribus non repugnant, quæque superioris vel singularis personæ præjudicium, odium aut damnum non respiciunt, neque ecclesiasticam libertatem infringunt. De illis autem, de quibus statuentes disponendi potestatem non habent, statuta condita non valent. *Dec. c. quæ in ecclesiarum n. 17. extra De Constit. arg. l. fin. & ibi Ias. ff. De iurisd. omn. iudic.* Ideoque statuta laicorum super ma- 9
trimo-

trimonio, usuris, juramento, reliquisque spiritualibus condita, quia hæc ipsorum voluntati vel potestati subjecta non sunt, non valent, *c. Ecclesia S. Mariæ. & ibi Abb. Felin. & Dec. extra De Constit. c. Benè quidem. Dist. 96. Bart. d. l. omnes populi. 9. n. 22. Abb. & Felin. c. 1. extra De sponsalib. Dec. l. nuptias. ff. De regul. iur.* Hoc tamen intelligite & declarate, prout hoc declarant Dd. in locis prælle-
10 gatis. Similiter statuta juri divino contraria indistinctè non valent, quando aliquod præceptum juris divini per statutum penitùs tollitur; ut puta, si statutum indistinctè permittat homicidium vel furtum, vel pro omni homicidio non capitalem sed pecuniariam pœnam irroget, *gloss. l. 1. ff. De Constit. princip. arg. l. nam & magistra. ff. De Arbitr. Felin. c. Quæ in ecclesiarum. n. 19. extra De Constit. arg. Dist. 5. & 6. per omnia capit. gloss. c. à nobis. extra De decim.* Statutum autem contrarium juri divino valet, si illud statutum præceptum aliquod juris divini non penitùs tollat, sed tantùm distinguat, & id, super quo statutum conditur, in aliquo casu à jure divino permissum est, ut patet in quinto Præcepto; Quod licet prohibeat homicidium: tamen in aliquibus casibus homicidium jure divino permissum reperitur. Ideoque statutum permittens homicidium, etiam in casibus in jure divino non expressis, ratum est, *arg. l. 1. & l. 2. C. Quand. lic. sin. iudic. sese vindic. l. 3. C. Ad leg. Cornel. de Sicar.* Dummodò hoc statutum ex justa atque probabili caussa conditum fuerit, *Bart. d. l. omnes populi. n. 22. Dec. d. c. Quæ in ecclesiarum. n. 14.* Namque absque caussa rationabili & justâ, statuto jus divinum nec quidem distingui, nec in casu aliquo ei derogari potest. *Dec. d. c. Quæ in ecclesiarum. n. 17.* Sin autem præceptum juris divini,

contra

contra quod ſtatutum conditur in nullo caſu à jure divino limitatum reperiatur, ſtatutum diſtinguens jus divinum ſimili modo valet, ſi cauſſa ſtatuti peccatum excludat; *Bart. d.l. omnes populi n. 22.* Exempli gratia, Jure divino cautum eſt, ut in ore duorum vel trium ſtet omne verbum, *c. in omni negotio, & c. licet univerſis. extra De teſtib.* Quod præceptum licet nullo caſu in jure divino limitatum reperitur: tamen valet Lex civilis, quæ derogans in hoc juri divino ſtatuit, ut in teſtamentis condendis non ſufficiant duo vel tres teſtes, ſed requirantur ſeptem, quia per hoc excluditur peccatum, falſitatis nempe præſumptio. *l. hac conſultiſſima. C. Qui teſtam. facer. poſſ. l. iubemus. C. De teſtam. l. fin. C. De fideicom.* Sin autem cauſſa ſtatuti peccatum non excludat, ſtatutum contra jus divinum generaliter & indiſtinctè promulgatum condi non poteſt. *Bart. d. l. omnes p puli. n. 22. Felin. & Dec. d. c. Quæ in eccleſiarum. extra De Conſtit. arg. gloſſ. c. lucras, verb. non poteſt. extra De reſtit ſpoliat.* Ideoque receptum eſt, non valere leges vel ſtatuta, quæ permittunt vel non ſervare juramentum in aliquo caſu, in quo illud abſque periculo animæ & ſalutis æternæ ſervari poteſt; *c. ſi verò. & c. cùm contingat. extra De iureiur. c. 2. eod. tit. lib. 6.* vel malæ fidei poſſeſſorem, vel jus alterius præſcriptione aliquâ ſibi adquirere. *c. fin. & ibi Abb. & Felin. extra De præſcript.* vel quæ diſponunt aliquid contra mandata ſexti præcepti, *Bald. l. fin. C. Si cont. ius vel utilit. public. Bald. c. lator. extra De ſentent. & reiud. Felin. & Dec. d. c. Quæ in eccleſiarum.* Quia hiſce caſibus nunquam cauſſa ſtatutip eccatum excludit, cùm & juramentum abſque peccato perjurii nunquam transgredi, & res aliena ab eo, qui hanc rem alienam eſſe novit,

nunquam absque peccato adquiri, & ea, quæ sexto præcepto refragantur, nunquam absque scelere perpetrari
11 possint. Et hoc quo ad jus divinum: Contra jus verò naturale vel gentium statutum conditum non valet, si statutum penitùs jus naturale vel gentium tollere vellet, quale est statutum defensionem prohibens. *Ang. hic. Felin. d. c. Quæ in ecclesiarum. n. 26. arg. §. Sed naturalia, & ibi Ang. infra h. t. Dist. 5. in fum.* Idem est, si statutum jus naturale non tollat penitùs, sed absque justa & legitima causa distinguat. *Abb. Felin. & Dec. d. c. quæ in ecclesiarum. arg. Clem. Pastoralis, De sentent. & re indic. gloss. & Iaf. l. Barbarius. ff. De offic. prator.* Causâ autem rationabili & justâ existente per statutum jus naturale vel gentium distingui potest, *Abb. Felin. & Dec. d. c. Quæ in ecclesiarum. Ang. hic. & Ang. d. §. sed naturalia. arg. l. ius civile. ff. De iustit. & iur. l. venditor. §. si constat. ff. Comm. prædior. l. item verboratum. §. 1. ff. De rei vendic. Bart. l. Antiochensium. ff. De privil. credit. Bart. l. toties. ff. De pollicitat.*
12 Contra ea autem, quæ jure civili disposita sunt, statuta indistinctè condi possunt. *arg. t. de quibus. ff. De ll. d. §. sed naturalia. l. paciſci. & l. non est impossibile. ff. De pact.* nisi vel hæc sint de reservatis Principi. *Ang. hic. n. 7. Bart. l. omnes populi. n. 26.* vel nisi jus civile expressè statutum contrarium condi prohibeat: tunc enim is populus, qui superiorem recognoscit, non nisi ex causa justa de novo emergenti. *arg. l. si hominem, & ibi Bart. ff. Mand. Iaf. repetit. l. omnes populi. n. 11. ff. De iustit. & iur. Iaf. l. 1. C. De precib. Imper. offer.* contra jus civile statutum condere nequit. *arg. l. Eos. C. De usur. Auth. Navigia. C. De furt.*
13 *Auth. Omnes peregrini. C. Commun. de succeſſ.* Similiter & statutum valet à populo vel civitate conditum, per quid aliud

aliud ſtatutum vetuſtius ejusdem populi vel civitatis abrogatur, *§. ſed naturalia. infra h. t; noſt.* niſi ſtatutum tranſiverit in contractum vel quaſi, ut puta, ſi ſtatuto caveatur, ut omnes illi, qui civitati vel populo auxilium in bello certo præſtabunt, concedatur facultas & habitandi in illa civitate vel territorio illius civitatis,&, ut ipſi habeant immunitatem ab omnibus muneribus & oneribus: tunc enim hoc ſtatutum in præjudicium illorum, cum quibus hic contractus celebratus eſt, qui videlicet eam præſtiterunt, ratione hujus ſtatuti, civitati auxilium revocari indiſtinctè non poteſt. *Bart. l. Quod ſemel arg. ill. text. ff. De decret ab ord. fac. Felin. c. novit. n. 8. 9. & 10. extra De iudic. Felin. c. 1. extra De probat. Iaſ. l. ſi pecuniam. in princ. ff. De condict. ob cauſſ. arg. l. item eorum. §. Ex iisdem. ff. Quod cuiusq; univerſ. nom. l. de contractu. C. De reſcind. vendit. c. 1. & ibi Bald. & Matth. de Afflict. De natur. feud. Iaſ. l. 1. ff De Conſtit. princip. Idemq; Iaſ. in l. 1. ff. De pact.* vel, niſi ſtatutum vetuſtius habeat clauſulam derogatoriam, vel fuerit juramento firmatum: tunc enim illud ſtatutum, non aliter per ſtatutum ſequens revocari poteſt, niſi in ſtatuto ſequenti expreſsè & ſpecialiter præcedens ſtatutum revocetur. *Bart. d. l. omnes populi. n. 31. arg. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. De legat. 1. l. ſi quis in principio. & ibi Bart. ff. De legat. 3. facit quod docet. Iaſ. in. l. Sancimus. C. De teſtament.* vel, niſi in ſtatuto interveneriſ ſuperioris auctoritas pro forma ipſius ſtatuti: tunc enim illud non, niſi accedente ſuperioris auctoritate, per aliud ſtatutum retractari poteſt. *Bart. d. l. omnes populi. n. 33. arg. l. Quemadmodum. & ibi Iaſ. ff. De adquir. poſſeſſ. l. prout quisq. ff. De ſolut. Auth. Econtra ſi filii. C. De repud. §. fin. infra Quib. mod. oblig.*

toll. l. nihil tàm naturale. & ibi Dec. ff. De regul. iur. gloss. l.

14 *Cùm proponeretur. ff. De legat. 2.* Contra bonos mores verò statutum conditum nullum est, *Bart. d. l. omnes populi. n. 26. Alex. & Ias. l. pactum quod dotali. C. De pact. Alex. l. pactum. n. 4. C. De collat. idemq; Alex. Rubr. n. 35. ff. solut. matrim. itemq; in l. stipulatio hoc modo. ff. De verb. oblig. arg. c. erit Dist. 4. l. leges sacratissimæ. C. De ll. l. iustitia. ff. De iust. & iur.* Quod ita demum verum est, si statutum condatur contra bonos mores juris divini, naturalis, gentium vel canonici: secus autem est, quando statutum conditur contra bonos mores juris civilis: tunc enim statutum valet, *Dec. l. pacta quæ contra. C. De pact. Dec. d. l. pactum quod dotali. arg. c. 1. §. filii. Si de feud. def. content. Abb. c. cùm contingat. n. 7. extra De iureiurand. Ias. d. l. pacta quæ contra. facit. l. prospexit. ff. Qui & à quib.*

15 Similiter & statuta, per quæ homines ad delinquendum invitantur, qualia sunt statuta, quæ disponunt, ut spurii ad successionem parentum suorum admittantur, vel ut pro homicidio vel alio scelere capitali non capitalis, sed pecuniaria pœna irrogetur, rata non sunt. *Felin. c. fin. n. 13. extra De Constit. Dec. c. 2. n. 2. extra eod. tit. Bart. & Bald. l. 3. ff. De test. facit. l. convenire. ff. De pact. dotal.*

16 Præterea non valent statuta, quæ juri superioris derogant. *arg. l. nam & magistratus. ff. De Arbitr. c. cùm inferior. extra De maiorit. & obed.* Ideoque receptum est, non valere statutum, quo illi, qui superiorem recognoscunt, vel disponunt, ne ab illorum sententiis ad superiorem appellari possit, *c. venientes. & ibi Bald. & Abb. extra De iureiur. Bart. d. l. omnes populi. n. 27. Bart. l. pen. ff. De aq. pluv. arcend.* vel pœnam certam appellantibus irrogant, *Bald. d. l. venientes. arg. l. Scius & Angerius. & ibi Bart. &*

Bart. & Alex. ff. Ad Leg. Falcid. nisi omnes cives illius civitatis, quæ hoc statutum condit, jurent servare omnia statuta civitatis prout jacent, & renuncient, vel simpliciter, vel sub pœna omnibus appellationibus interpositis & interponendis: tunc enim hoc statutum valet. *Bald. d. c. venientes. Capoll. in tract. Cautel. Caut. 37. arg. l. fin. §. fin. C. De tempor. appellat.* Deinde etiam statu- 17
tum quod singularis personæ præjudicium vel odium respicit, nisi illud ex causa justa & probabili promulgatum fuerit, *Bald. & Ias. l. 1. ff. De Legib. Ang. §. Constat. infra eod. Alexand. Cons. 119. lib. 3. Dec. c. consuluit. Cl. 3. extra De appell. arg. l. damnato. C. De hæretic. gloss. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. De capit. diminut. non valet. arg. l. 1. & ibi gloss. ff. De except. dol. mal.* non quidem ipso jure. *Felin. & Dec. c. cùm omnes. extra De Constit. Dec. d. c. consuluit. Alex. Ias. & Dec. l. 2. arg. ill. text. ff. eod. tit.* sed ita demum si ab eo appellatum vel illi reclamatum fuerit, *Bart. d. l. Omnes populi. n. 53. Alex. Cons. 179. lib. 2. arg. l. 1. §. solent. ff. Quand appell. sit. l. Qui gravatos. C. De censib.* Et si quidem quis mediante appellatione petat rescindi statutum conditum in ipsius præjudicium, hoc non nisi intra tempora ad appellandum præscripta facere permittitur, *arg. d. l. 1. §. Solent. ff. Quand. appell. sit. l. 1. C. De tempor. appell.* Sin autem quis privatum interesse prætendens jure actionis vel reclamationis, statutum in ipsius præjudicium conditum rescindi postulet, hoc non nisi intra annum facere potest. *Bart. l. ambitiosa. n. 31. ff. De decret. ab ord. faciend. Dec. l. 1. in princ. ff. Quòd quisq. jur. Dec. d. c. cùm omnes. Dec. d. c. consuluit. Ioan. Bapt. de S. Severin. in repetit. d. l. omnes populi. col. 68. vers. oritur. Francisc. Balb. in tract. De præscript. 4. part. 4. part. princ.*

18 *Quæst. 30. n. 6. arg. d. l. Qui gravatos.* Ultimò, Leges vel ſtatuta condita contra libertatem eccleſiaſticam nulla ſunt ipſo jure, *Auth. Caſſa & irrita. & ibi Bart. Bald. & Dec. C. De SS. Eccleſ. d. c. Eccleſia S. Mariæ. & ibi Abb. Felin. & Dec. extra De Conſtit.* Extra hoc autem caſus, ſtatutum etiam iniquum, *Alex. Iaſ. & Dec. l. 1. in princ. ff. Quod quisq. iur. Dec. d. c. cùm omnes. arg. l. proſpexit. ff. Qui & à quib.* vel dolo promulgatum, non eſt ipſo jure nullum. *Alex. Iaſ. & Dec. l. 2. arg. illius text. ff. Quod quisq. iur. Dec. d. c. cùm omnes. & d. c. conſuluit.*

19 Porrò declarare neceſſe eſt, quas perſonas ſtatuta civitatum vel populi obligent. Et primò, utrum ſtatutis laicorum ligentur Clerici, *videte Bart. in. l. 1. n. 28. C. De ſum. trinit. & fid Cathol. Abb. Felin. & Dec. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. extra De Conſtit. Abb. c. Quod Clericis. extra*

20 *De for. compet.* Secundò quæritur, utrum ex diſpoſitione ſtatuti obligentur furioſi, mente capti, infantes & minores? Et reſpondeo quòd ſic: *gloſſ. l. 2. & ibi Bart. n. 37. C. Quæ ſit long. conſuet. Bald. l. ſi mater. C. Ne de ſtat. defunct. Alex. Conſ. 49. n. 7. lib. 1. Socin. Conſ. 124. n. 5. lib. 3. arg. l. ſi ſine. §. Lucius. & ibi Bart. ff. De minor. facit. l. Divus. ff. De offic. præſtit. l. pen. §. fin. ff. Ad leg. Pompei. de parricid.* licet, ſi ipſi læſi fuerint, occaſione hujus ſtatuti, accedente facto contractu vel negligentia ipſorum, ipſis in integrum reſtitutio concedatur, *Bart. & Bald. l. 1. C. In quib. cauſſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. Bart. l. Etiam. ff. De minor. Bald. l. 1. C. Si adverſ. dot. Alex. Conſ. 254. n. 10. lib. 6. arg. c. conſtitutus. & ibi Abb. extra De reſtit. in integr.*

21 Tertiò quæro, utrum Scholares in loco aliquo ſtudiorum gratia degentes, obligentur ſtatutis vel conſuetudinibus illius loci, in quo degunt? Et reſpondeo Scholares

lares in illis casibus, in quibus ipsi non habent peculiaria statuta contraria, perinde & ligari & frui statutis & consuetudinibus illius loci, in quo studiorum gratia degunt, prout extranei sive forenses illius loci statutis & utuntur & obligantur. *Domin. c. Quæ contra. Dist. 8. Cardin. Clem. Dignum. De celebrat. Missar. Felin. c. Quod Clericis. extra De for. competent. facit quod docet Bart. l. heres. §. proinde si merces. n. 6. ff. De iudic. Quamvis in hoc contrarium sed male doceat gloss. d. c. quæ contra.* Quartò quæro, 22
utrum Forenses sive extranei vel non subditi ligentur statutis alicujus loci vel civitatis? In qua quæstione ego concludo, Quòd statutum habilitans personam alioquin inhabilem ad aliquem actum, quale est statutum concedens filiofamiliâs testamenti condendi facultatem: item & statutum, quod personam alioquin habilem, inhabilem ad aliquem actum reddit, Quale est statutum, quo cavetur, ne minor 25. annis testamentum facere possit, ad extraneos sive forenses vel non subditos, statuentibus non extendatur, *Bald. l. 1. n. 13. & ibi Bart. n. 25. & Iaf. in lect. 1. n. 19. Caccialup. in repetit. n. 89. Iaf. in lect. 2. n. 86. C. De summ. trinitat. & fid. cathol. Card. Paris. Cons. 12. n. 11. lib. 3. Corn. Cons. 162. n. 6 lib. 3. Socin. Cons. 131. n. 2. lib. 4.* Ex quo sequitur dispositionem juris Saxonici, quæ vult, minorem statim atque is 21. annum ætatis excessit, jure majoris censeri, *art. 24.* **Landrecht.** *lib. 1.* non extendi ad forenses sive non subditos in terris Saxonicis contrahentes vel alios actus celebrantes, *arg. l. Etiam. ff. De tutel. l. 1. ff. De tutor. & curat. dat. ab his.* Sin autem statutum non habiliret personam alioquin inhabilem, neque inhabilitet personam alioquin habilem, sed disponat circa ea, quæ formam vel

solen-

solennitatem alicujus actus respiciunt, & statutum simili modo non extenditur ad forenses vel extraneos sive non subditos, si statutum tantùm respiciat personas civium vel subditorum, *Bart. l. 1. n. 24. C. De summ. trinit. & fid. cathol. & ibi Bald. Salic. & Caccialup. Bart. l. fin. C. De testam. Card. Paris. Cons. 12. n. 10. lib. 3. arg. l. fin. C. De testam. iunct. l. conficiuntur. §. 1. ff. De Codicil.* Si tamen tempore actus celebrati quis fuerit incola illius loci, in quo tale statutum viget, licet ipse postea domicilium mutaverit, ipse perinde quoad hunc actum & obligatur, & utitur statutis illius loci, atque si ipse nunquam domicilium suum mutasset, *arg. eius quod docet Abb. c. Quod Clericis, extra De for. compet. Felin. & Dec. c. Ecclesiæ S. Mariæ, extra De Constit. text. c. constitutus. extra De restit. in integr. & c. cùm venissent. extra De eo, qui mitt. in possess.*

23 *causs. reservand.* Sin verò statutum non respiciat incolas sive subditos tantùm, sed vel etiam respiciat Forenses, vel generaliter & indefinitè sit conceptum, utrum statuta ad forenses sive non subditos extendantur, ego quinque casus considerandos judico; Aut enim loquimur in contractibus, aut in delictis, aut in ultimis voluntatibus, aut successionibus ab intestato, aut in his, quæ neque sunt contractus, neque delicta, neque ultimæ

24 voluntates neque successiones ab intestato. Primo casu, concludo, quòd in his, quæ respiciunt formam sive solennitatem contractus, inspiciatur locus contractus celebrati, sive subditi, sive non subditi istum contractum celebraverunt, *Bart. Bald. & Jas. l. 1. C. De summ. trinit. & fid cathol. Card. Paris. Cons. 99. n. 54. lib. 1. Corn. Cons. 64. lib. 3. Cons. 94. n. 8. lib. 2. Cons. 232. n. 5. lib. 4. arg. l. si fundus. ff. De Evict. l. 2. C. Quemad. testam. aper.*

Quod

Quod procedit, etiamsi contrahentes per talem contractum forum in loco contractus non sortiantur, quale est, si contrahentes solutionem sive præstationem ejus quod ex contractu debetur, in alium locum contulerint, vel, si ipsi tanquam in itinere existentes in illo loco contraxerint, *Abb. c. fin. n. 30. extra De for. compet.* item, etiamsi ipsi contrahentes in loco contractus celebrati præsentes non fuerint, sed absentes, per nuncium & epistolam in loco aliquo contraxerint, *Bald. consultum. C. Si quis alter. vel sib. Felin. c. 1. n. 23. extra De sponsal.* Item etiamsi res cujus contemplatione contractus initus fuit, in alio loco sita sit. *Socin. Cons. 276. lib. 2.* Ideoque receptum est, statutum quod disponit, ut de quolibet contractu fisco, sive Reipublicæ solvatur certum vectigal, habet locum etiam in exteris, forensibus sive non subditis in loco aliquo contrahentibus, licet & solutio in alium locum collata sit, & res, cujus contemplatione contractus celebratus est, in alio loco sita sit, *Bald. l. 1. Quæst. 5. C. De contrah. empt. Bald. l. 1. C. ubi convcn. qui cert. loc. Anton. de Butr. & Abb. c. fin. & ibi Felin. n. 18. extra De for. compet. Ias. l. 1. in lect. 1. n. 18. &, in lect. 2. n. 56. C De summ. Trinit.* Ex quo infertur veram non esse doctrinam Abbatis, dum vult statutum pro validitate sive vigore contractus aliquid requirens, non ipso contractu, sed post contractum celebratum ad non subditos statuentibus non extendi, *Abb. d. c. Quod Clericis n. 31.* Neque tantùm in his, quæ respiciunt formam sive solennitatem contractus, sed etiam in his, quæ respiciunt probationem illius contractus, ut puta, si statuto caveatur, vel scripturam privatam plenam probationem facere, vel contractum aliquem non testibus sed instru-

mentis tantùm probari posse, inspicimus statuta vel consuetudines non illius loci, in quo contrahentes domicilium habent, aut illius, in quem solutio collata est, aut illius, in quo quis ex contractu convenitur, sed illius, in quo contractus celebratus fuit. *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. nunc dicendum. ver. in privatorum. De instrum. edit. Bald. l. 1. n. 21. & ibi Iaſ. n. 23. C. De ſumm. trinit. & fid. cathol. Bald. l. receptitia. C. De Conſtit. pecun. Bald. l. exempla. C. [illegible] probat. Bald. l. ſi non ſpecialis. C. De teſtamen. Card. Pariſ. Conſ. 83. n. 10. & Conſ. 120. n. 7. lib. 1.* Similiter & in omnibus, quæ ad deciſionem cauſſæ, ſive ad meritum cauſſæ pertinent, ſi ipſa oriantur ex ipſo contractu, inſpicimus locum celebrati contractus, nullâ habitâ conſideratione, quo in loco contrahentes domicilium habeant, vel quo in loco ex iſto contractu actio inſtituatur, vel in quem locum ſolutio collata ſit, *Bart. Bald. & Iaſ. l. 1. C. De ſumm. trinit. & fid. cathol. Abb. c. fin. n. 30. extra De for. compet. Socin. Conſ. 79. n. 16. & Conſ. 303. n. 18. lib. 4. Socin. Conſ. 284. n. 7. lib. 2. Conſ. 230. n. 3. lib. 2. Conſ. 271. n. 7. lib. 2.* Ideoque ad hoc utrum & in quantum vendens de evictione teneatur, *l. ſi fundus. ff. De evict.* item, utrum ex contractu venditionis re traditâ, habitâ fide de pretio, antequam precium integrè ſolutum fuerit, dominium in emptorem transferatur an verò non, *Socin. Conſ. 276. lib. 2. & Conſ. 103. lib. 4.* Utrum aliud pro alio ſolvi poſſit, *Alex. Conſ. 37. lib. 2.* item, de qua menſura, pondere vel pecunia contrahentes ſenſiſſe intelligantur. *Bart. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. De regul. iur. Alex. Conſ. 21. lib. 2. arg. l. Imperatores. ff. De contrah. empt.* Denique in omnibus aliis, quæ vel verba vel effectum contractus reſpiciunt, inſpicimus conſuetudinem loci contractus cele-

celebrati, *Bart. l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. De oper. libert. Bart. l. contraxisse. ff. De act. & oblig.* Neque verò tantùm in iis, quæ ad robur sive confirmationem contractus pertinent, sed etiam in iis, quæ ad impugnandum contractum vel detrahendum contractui spectant, utrum videlicet & quæ exceptiones contra contractum opponi possint, inspicimus statuta & consuetudines contractus celebrati, *Bald. l. 1. C. Nō fil. pro patr. Ias. l. 1. n. 22. lect. 1. & n. 59. lect. 2. C. De summ trinit. & fid. cathol.* Quinimò & in iis, quæ ad rescindendum contractum vel propter dolum vel propter metum vel propter læsionem vel aliquam aliam causam spectant, si illa causa insit ipsi contractui vel ex contractu oriatur, inspicimus statuta atq; consuetudines illius loci, in quo contractus celebratus est, *Bald. l. 1. & ibi Bart. n. 20. C. De summ. trinit. & fid. cathol. Bart. Bald. & Ias. l. 2 in princ. ff. De eo quod cert. loc.* Quod procedit non tantùm quando quis per se contrahit, sed etiam si quis non per se, sed per nuncium vel procuratorem contrahat. *Corn. Cons. 185. n. 10. & Cons. 241. n. 4. lib. 2. Felin. c. 1. extra De sponsal.* item, etiamsi contrahentes per contractum in loco contractus forum sortiti non fuerint, ut puta, si vel solutio aut præstatio rei debitæ ex contractu in alium locum collata fuerit, vel ipsi viatores sive in transitu in loco aliquo contraxerint, *Bart. d. l. contraxisse. Bald d. l. 1. & ibi Bart. n. 16. C. De summ. trinit. & fid. cathol. Abb. c. fin. extra De for. compet.* Hæc tamen conclusio fallit primò in contractu dotis, in quo ad effectum considerantur statuta, sive consuetudines non illius loci, in quo contractus celebratus est, sed illius loci, in quo maritus domicilium habet, *l. exigere. ff. De iudic. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 226.* 25

Bart. d. l. 1. C. De ſumm. trinit. Hoc tamen intelligendum, limitandum & declarandum eſt, prout hoc intelligit, limitat & declarat *Abb. & Felin. c. 1. extra De ſponſal.*

26 *Iaſ. in d. l. 1. C. De ſumm. trinit.* Secundò hoc fallit in contractu feudi: hic enim quoad effectum ſuum, nempe quoad ea, ad quæ vaſallus domino obligatur, item quoad ea, ex quibus feudum amittitur, intelligitur non ſecundum conſuetudines illius loci, in quo contractus celebratus eſt, ſed ſecundum ſtatuta & conſuetudines illius loci, in quo res in feudum conceſſa ſita eſt, ſi illa ſtatuta vel conſuetudines contradicant ſtatutis & conſuetudinibus illius loci, in quo contractus feudalis celebratus fuit, *Bald. c. 1. §. ſi quæ controverſia, arg. ill. text. De pac. conſtant. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 226. n. 5. Card. Pariſ. Conſ. 13. n. 18. & Conſ. 21. n. 14. lib. 1. Chaſſan. in Conſuet. Burgund. Tit De feud. §. 7. gloſſ. 2. col. 1. Carol. Molin. in Conſuet. Pariſienſ. Tit. 1. §. 7. n. 34. Roch. Curt. in tract. De conſuetud. n. 777. Et hanc ſententiam ſecuti ſumus*

27 *in tract. noſt. feud. in 5. part.* Tertiò hoc fallit in illis, quæ non oriuntur ex contractu, ſed quæ oriuntur poſt contractum ex negligentia vel mora partis: namque in illis non locum contractus, ſed locum, in quo mora vel negligentia contractu eſt, inſpicimus, *arg. l. vinum. ff. Si cert. petat. l. in hac. & l. fin. ff. De tritic. cond. l. 1. ff. De uſur.* Ideoque receptum eſt in pœna committenda ex mora, *Bart. l. 1. ff. De uſur. Socin. Conſ. 99. n. 2. lib. 1* in præſcriptione ex negligentia vel mora non petentis orta, *Bart. l. 1. C. De ſumm. trinit. Corn. Conſ. 205. n. 9. lib. 3.* in reſtitutione in integrum petenda adverſus læſionem ex mora ſive negligentia deſcendentem, non locum contractus celebrati, ſed moræ ſive negligentiæ contractæ inſpici,

Bart.

Bart. Bald. & Iaſ. l. 2. in princ. ff. De eo quod certo loco. Bart. l. 1. C. De ſumm. trinit. & fid. cathol. Deinde ſciendum 28
eſt, quod in his, quæ proceſſum, inſtantiam ſive ordinationem judicii reſpiciunt, inſpiciamus indiſtincte non locum contractus celebrati, ſed locum judicii, *Bart. Bald. & Iaſ. l. 1. C. De ſumm. trinit.* Ideoque receptum eſt in Libellis, *Abb. c. Quod Clericis. extra De for. compet. Spec. §. fin. n. 1. De Libell. concept. Ang. & Iaſ. l. 1. ff. De offic. adſeſſ. Iaſ. l. de quibus. n. 52. ff. De ll. Dec. l. Edita. n 2. C. De edend. Dec. c. dilecti. 1. extra De iudic.* Satisdationibus, *§. fin. Inſtit. De Satisd.* litis conteſtatione, *Iaſ. l. A divo Pio. §. ſententiam. ff. De re iudic.* teſtibus producendis, *l. 3. §. fin. ff. De teſtib.* in ordine vel ritu probationum, *Bald. l. 1. n. 21. C. De ſumm. trinit. & fid. cathol.* feriis atque dilationibus concedendis, *Innoc. Bald. & Abb. c. 1. extra De fer.* appellationibus admittendis vel non, reliquisque pertinentibus ad proceſſum ſive ordinem judicii, inſpici ſtatuta atque conſuetudines, non illius loci, in quo contractus celebratus eſt, ſed illius, in quo judicium agitatur. *Anton. de Butr. d. c. Quod Clericis. Alex. Conſ. 167. lib. 2. Iaſ. l. 1. lect. 1. n 21. C. De ſumm. trinit. & fid. cathol.* etiamſi in loco cauſſa ventiletur, vel ex jurisdictione judicis prorogata, *Abb. c. quod Clericis. n. 14. extra De for. compet.* vel ex reconventione, *gloſſ. c deniq. Diſt. 96.* Hoc tamen, quod dicitur, In iis, quæ proceſſum ſive modum procedendi reſpiciunt, etiam quoad Forenſes inſpici ſtatuta atque conſuetudines illius loci, in quo judicium agitur, limitat *Socin. Conſ. 120. n. 13. lib. 1.* Idem eſt in forma atque ſolennitate pronunciandi ſententiam, *Socin. Conſ. 71. n. 8. lib. 4.* Similiter & ſtatutum diſponens, ut cauſſæ compromittantur, ſive bonis viris terminandæ

committantur, etiam ad forenſes ibidem litigantes extenditur, *Paul. de Caſtr. Conſ. 73. Incip. Quod in cauſſa appellationis. Richard. de Sal. in Conſil. Incip. In quæſtione vertente inter D. Regem Cypri. Socin. Conſ. 71. n. 8. & 9. lib. 4.* Eodem modo & ſtatutum tempus inſtantiæ à jure communi præſcriptum mutans vel alterans extenditur ad forenſes in iſto loco, in quo tale ſtatutum viget, litigantes, *Card. Pariſ. Conſ. 48. n. 19. lib. 1.*

29 Porrò in illis, quæ executionem reſpiciunt, non inſpicimus ſtatuta vel conſuetudines illius loci, in quo vel contractus celebratus eſt, vel judicium agitatum, ſed illius loci, in quo fit executio, *Bald. l. 1. col. fin. C. De Confeſſ. Bald. l. 1. Quæſt. 4. C. Ne fil. propatr. Bald. l. 1. C. Si propt. public. penſit. Andr. de Bacul. l. miſſi opinatores. & ibi Alex. in addit. ad Bart. arg. ill. text. C. De exact. tributor. lib. 10. Alex. d. §. ſententiam. & ibi Iaſ. n. 6 Iaſ. l. 1. lect. 1. n. 20. & lect. 2. n. 58. C. De ſumm. trinit. &c. Matth. de*
30 *Afflict. Deciſ. Neapol. 226. n. 5.* Deinde licet in contractibus inſpiciatur locus celebrati contractus, licet ille contractus ab exteris forenſibus vel non ſubditis celebratus fuerit: tamen contra diſpoſitionem ſtatuti illius loci, in quo contractus celebratus eſt, contrahentibus, qui illud juſto errore ducti ignoraverunt, in integrum reſtitutio conceditur, *Innoc. & Anton. de Butr. Rubr. extra De Conſuet. Alber. 1. part. ſtatutor. Quæſt. 32. Alex. Conſ. 37. n. 25. lib. 2. Aret. Conſ. 11. Iaſ. l. Quamdiu. n. 11. C. Qui admitt. Hippol. de Marſil. in repet. l. fin. n. 131. & 179. ff. De iurisd. omn. iudic. Iaſ. l. 1. lect. 2. n. 66. C. De ſumm. trinit.* Et hoc
31 quoad contractus; In delictis verò ego unà cum multis Dd. concludo, delinquentem etiam non ſubditum forenſem vel extraneum, indiſtinctè puniri poſſe pœnâ

ſtatuti

ſtatuti illius loci, in quo delictum commiſſum fuit, ſi hoc delictum per ſe & ſua natura punibile ſit, qualia ſunt furtum, homicidium, adulterium, ſtuprum & ſimilia, *Bart. l. 1. n. 23. C. De ſumm. trinit. & fid. cathol. Dec. c. 2. extra De Conſtit. arg. Auth. Qua in provincia. C. ubi. de crim. ag. oport. l. ſunt quædam. §. Saccularij. ff. De extraord. crimin. gloſſ. c. à nobis. extra De ſentent. excom.* Sin autem hoc, quod ſtatutum punit, non ſit per ſe & ſui natura delictum vel punibile, qualia ſunt ſtatuta punientia vel portantes arma, vel certum genus mercium vendentes, vel frumentum vel vinum extra territorium vehentes, & forenſis vel extraneus committens tale, quid in civitate vel territorio aliquo, pœna ſtatuti non punitur, ſi ipſe juſtam ignorantiam hujus ſtatuti habuerit, *Bart. l. 1. n. 23. & ibi Iaſ. C. De ſumm. trinit. Alex. Conſ. 86. n. 6. lib. 4. Corn. Conſ. 152. lib. 1. arg. l. fin ff. De decret. ab ordin. faciend. c. ut animarum. De Conſtit. lib. 6.* niſi illius ignorantia fuerit craſſa & ſupina, *arg. l. regula. §. ſed & facti. ff. De iur. & fact. ignor.* ut puta, ſi vel iſte diu in iſto loco verſatus fuerit, *arg. l. 2. & ibi gloſſ. C. Vbi de crimin. ag. oport.* vel, ſi hoc factum non fuerit tantùm prohibitum illius civitatis vel loci ſtatutis, ſed fuerit communiter prohibitum in tota illa provincia omnibusque locis vicinis: tunc enim qui hoc factum perpetrat, indiſtinctè pœna ſtatuti affici poteſt, *arg. l. fin. §. quoties quis. & ibi Bart. ff. De publican.* Præterea advertendum, ſtatutum diſponens, ut quis pro delicto alterius puniatur vel conveniri poſſit, quòd ſtatutum, quibus caſibus valeat, *videte Felin. & Dec. c. 2. extra De Conſtit. Iaſ. l. ſi quis in ſuo. §. fin. C. De inoffic. teſtam.* nunquam ita interpretandum eſt, ut forenſis non delinquens, pro delicto ab alio commiſſo

missō conveniri possit, *Bald. l. si qua pœna. n. 4. ff. De his, qui sunt sui vel alien. iur. Socin. Cons. 271 n. 8. lib. 2.*

32 Quoad ultimas voluntates verò concludo, statutum solennitatem ultimarum voluntatum vel augens vel minuens, ut puta, si statutum disponat, vel ut in testamento requirantur novem testes, vel ut testamentum factum coram duobus testibus ratum sit, etiam ad forenses sive extraneos ibidem testamenta conficientes extendi, *Bart. Bald. & Ias. l. 1. C. De summ. trinit. Bald. l. si non speciali. C. De testam. Bart. in repetit. l. de quibus. ff. De*

33 *ll. arg. l. 2. C. Quemad. test. aperiant.* Quarto casu, quoad successiones nempe ab intestato, ego concludo, statuta de successionibus ab intestato loquentia, indistincte quoad bona in territorio statuentium sita extendi ad forenses sive non subditos, sive illa statuta respiciant favorem vel utilitatem forensium sive non-subditorum, ut puta, si statuto caveatur, ut existentibus masculis agnatis, usque ad quartum gradum filiæ fœminæ non succedant. Namque hujus statuti beneficio etiam masculi forenses sive non subditi fœminas à successione excludunt, *Lap. Abb. allegat. 101. Alex. Cons. 111. lib. 7. Socin. Cons. 36. n. 7. lib. 1. arg. l. an in totum. C. De ædific. priv. l. fin. C. Vbi in rem act. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. De inoff. testam. l. 1. §. Qui semel. ff. De successor. edict. l. 1. §. fin. & ibi Bart. ff. De bon. possess. contr. tabul.* sive hæc statuta respiciant odium sive damnum forensium; ut puta, si statuto civitatis caveatur, ut mater non succedat filio ab intestato, nisi in octava parte bonorum filii: Namque & mater forensis sive non subdita ab intestato non admittitur ad bona filii, nisi pro octava parte tantùm secundum communem sententiam, *Petr. de Anchor. c. canonum statuta.*

ſtatuta. extra De Conſtit. Alex. Conſ. 111. lib. 7. Et hæc ſententia verior eſt, quamvis contrarium, ſed malè de iure reſpondeat. Alex. Conſ. 41. lib. 7. Socin. Conſ. 128. n. 5. lib. 4. Quia certum eſt, quòd ſecundum communem atque recèptam Dd. ſententiam in ſucceſſionibus ab inteſtato ſemper conſiderentur ſtatuta atque conſuetudines illius loci, non ubi defunctus deceſſit, vel ubi heres ſive ſucceſſor degit, ſed illius in quo bona, de quibus agitur, ſita ſunt, nullà habità diſtinctione, utrum ſtatutum ſit conceptum in rem, an verò in perſonam, *Socin. Iun. Conſ. 25. Dub. 1. lib. 3. Card. Pariſ. Conſ. 12. n. 47. lib. 3. Alex. Conſ. 16. & Conſ. 128. lib. 1. Conſ. 19. lib. 6. Socin. Conſ. 288. & Conſ. 292. lib. 2. Corn. Conſ. 115. & Conſ. 202. lib. 2. & Conſ. 162. lib. 3. Card. Pariſ. Conſ. 84. n. 43. lib. 1. Et hæc ſententia & verior & communior eſt, prout etiam iudicavi in tract. feudali in 7. part.* Quamvis hoc caſu nonnulli Dd. diſtinguant, utrum verba ſtatuti ſint concepta in rem, an verò in perſonam, *Bart. l. 1. n. 41. C. De ſumm. trinit. Abb. d. c. Quod Clericis. Card. Pariſ. Conſ. 53. n. 86. lib. 3. Alex. Conſ. 44. lib. 5.* Quintò concludo, quòd in his, quæ 34
neque ſunt contractus, neque delicta, neque ultimæ voluntates, neque ſucceſſiones ab inteſtato, ſi quidem ſint jura realia vel ex re deſcendentia inſpiciamus ſtatuta atque conſuetudines illius loci, in quo res ſita eſt, licet is qui hoc jus prætendit, forenſis ſit, *Capoll. in tract. De ſervit. urban. prædior. cap. 27. n. 5. Aym. Cravett. Conſ. 30. Bart. l. 1. n. 26. & n. 27. C. De ſumm. trinit. Socin. Conſ. 271. n. 7. lib. 2. arg. l. an in totum. C. De ædific. privat. facit l. venditor. §. ſi conſtat. ff. Commun. præd.* Hoc tamen ita demum, ſi illa res ſit vel naturaliter vel voluntate actoris in iſto loco: ſecus verò eſt, ſi illa res fuerit ad iſtum locum

translata, invito vel non consentiente actore. Ideoque receptum est, statutum disponens, ne quis rem sibi pignoris titulo traditam, etiam ei, qui se dominum hujus rei probat, restituere cogatur, nisi debito soluto, non habere locum in forense, cui res sua extra territorium: in quo tale statutum viget, fuit vel furto subtracta vel vi ablata, & in isto territorio, in quo tale statutum viget, alteri pignoris titulo obligata, *Abb. c. Quod Clericis. n. 34. extra De for. comp.* Secundo, hoc ita demum verum est, nisi hoc statutum naturali æquitati refragetur: tunc enim ad Forenses non extenditur. Unde Dd. volunt, statutum disponens ne possessor alicujus rei mobilis vel immobilis teneatur istam rem domino rei, qui eam evicit restituere, nisi dominus ipsi reddat precium, quo ipse fidem facit, se hanc rem emisse, non habeat locum in forensi sive non subdito, qui rem aliquam suam mobilem vel immobilem petit à possessore in illo loco, in quo tale statutum luget, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. Vltimò dicendum, in addit. 1. De empt. & vendit. Petr de Anchor. c. canonum statuta extra De Constit. Corn. Cons. 248. n. 8. lib. 2. Socin. Cons. 71. n. 11. lib. 4. Abb. c. Quod Clericis. & ibi Andr. Barbat. col. 13. extra De for. comp. Francisc. Cremens. Sing. 81. Incip. Pone Iudæi. Hieron. Cucha. in addit. ad Dec. l. in omnibus causis. n. 8. ff. De reg. iur.* Ultimò circa hanc materiam annotandum, quod statutum forenses expresse respiciens ratione rerum, quas ipsi in territorio statuentium possident, licet illud statutum in personam conceptum sit, valeat. Ideoque valet statutum, disponens, ut Forenses sive non subditi teneantur solvere collectas de rebus, quas ipsi in territorio statuentium possident, *Bald. l. 1. n. 44. C. De sentent.*

sentent. quæ pro eo, quod inter. profer. Alex. Conſ. 68. n. 12. lib. 2. Alex. in addit. ad Bart. l. reſcripto. §. fin. ff. De muner. & honor. Iaſ. l. de quibus. n. 47. ff. De legib. Et hæc ſententia verior eſt, quamvis contrarium ſed malè teneat Corn. Conſ. 268. n. 5. lib. 3. & Conſ. 194. n. 3. lib. 4. Cùm enim à pari procedant ſortiri forum in aliquo loco, & legibus ſive ſtatutis loci ſubjici, *Dd. c. quod Clericis. extra De for. compet.* dubium non eſt ſtatuto civitatum vel locorum expreſsè obligari poſſe forenſes ſive cæteros in territorio ſtatuentium res aliquas poſſidentes, reſpectu illarum rerum. Namque certum eſt, eos, qui in loco ſive territorio aliquo res aliquas poſſident, ſortiri forum in iſto loco ſive territorio ratione illarum rerum, *l. fin. & ibi Bart. C. Vbi in rem act. c. fin. & ibi Abb. & Felin. extra De for. compet. gloſſ. l. heres. abſens. §. fin. ff. De iudic.* Quintò quæro, 36
utrum Judæi in aliquo loco habitantes vel degentes ſtatutis ſive conſuetudinibus illius loci obligentur atque fruantur? Et reſpondeo quod ſic. *Alex. Conſ. 71 lib. 2. Conſ. 75. lib. 5. Conſ. 14. & Conſ. 99. lib. 7. Socin. Conſ. 73. lib. 1. & Conſ. 119. lib. 4. Card. Pariſ. Conſ. 2 n 9 lib 4. Bald. l. nam & civium. ff. De his qui ſunt ſui vel alien. iur. Iaſ. Rubr. n. 27. ff. De iuſtit & iur. Dec. c. 1 lect. 1 n 17. & lect. 2. n. 9. extra De Conſtit. Dec. c. conſuluit. extra De appellat. Corn. Conſ. 114. lib 1. & Conſ. 65. lib. 2 Bald. l Spadonem. §. iam. ff. De excuſat. tutor. Bald. c. 1 De nov form. fidelit. arg. l. nemo. C. De Iudæ. l. Iudæi §. 1. C. eod. gloſſ. c. Iudæorum. 28. q. 1.* Quod tamen ita demum verum eſt, quando negotium agitur inter Judæum & Chriſtianum: ſecus autem eſt, quando negotium geritur inter duos Judæos: tunc enim inter illos Lex Moſaica ſervatur, non autem Lex civilis vel ſtatuta loci; Niſi aut in defec-

Legis Mosaicæ, aut nisi Lege civili vel statuto loci contrarium sancitum reperiatur, *Iohan. Cald. Cons. 10. De Consuet. Cons. 2. De Constit. Cons. 30. De testib. Alex. Cons. 6. lib. 6. Barbat. Cons. 45. lib. 3. & Cons. 13. lib. 4. Ludovic. Gazadin. Cons. 24. n. 10. Felin. c. Iudæi. Cl 2. extra De Iudæ. Felin. c. postulasti. extra eod. tit. Dec. l. conditioni. n. 5. C. De instit. & substit. arg. c. de infidelibus. & ibi Abb. extra De consang. & affinit. Abb. Rubr. extra De Iudæ. Abb. c. gaudemus. extra De divort.* Sextò quæro, utrum statuta porrigant effectum suum extra territorium? Et respondeo, Statutum nullo modo effectum suum porrigere extra territorium statuentium, quoad illos, qui statuta condentibus nullo modo, neque videlicet ratione domicilii neque ratione contractus, neque ratione delicti, neque ratione rei in territorio sitæ, neque alia de causa, subjecti sunt, *arg. l. Extra territorium. ff. De iurisd. omn. iudic. facit id quod docet Bart. in l. 1. n. 44. C. De sum. trinit.*

37

38 Quoad illos verò, qui statuentibus aliquâ ratione subjecti sunt, distinguitur, aut statuta sunt prohibitiva,

39 aut verò permissiva aut punitiva. Primo casu concludendum, statuta prohibitiva solennitatis extendi extra territorium, quoad actum, qui intra territorium celebratus est, cæterùm, quoad actum extra territorium celebratum etiam à subdito vires suas non extendere, *Bart. l. 1. n. 32. C. De summ. trinit.* Ideoque si statuto caveatur, ut in testamento requirantur novem testes, vel ut in contractu emptionis interveniant duo testes vel alia solennitas, contractus celebratus vel testamentum conditum in tali loco, in quo viget hoc statutum, non servatâ solennitate statuti ubique locorum, etiam extra territorium non valent. Contractus autem initus vel

testa-

teſtamentum conditum etiam à ſubdito extra illum locum, in quo tale ſtatutum viget, non ſervatâ ſolennitate à ſtatuto requiſita ubique locorum, etiam in illo loco, in quo tale ſtatutum ſervatur, valet. Namque in iis, quæ formam & ſolennitatem alicujus actus reſpiciunt, ſemper obſervari debent ſtatuta atque conſuetudines illius loci, in quo talis actus celebratur, *arg. l. ſi fundus. ff. De Evict. l. 2. C. Quemad. teſtam. aperiant.* Niſi ſtatutum expreſsè diſponat, ut ſubditi extra territorium contrahentes vel reſtantes has ſolennitates obſervent: tunc enim hoc ſtatutum prohibitivum, ratione ſolennitatis ad contractus vel alios actus à ſubditis extra territorium celebratos extenditur, *Pet. de Anch. c. canonum ſtatuta, extra De Conſtit. Idem Anchor. c. poſtulaſti. extra De for. compet. Alex. Conſ. 41. n. 6. lib. 5. Hippol. de Marſil. repetit. l. fin. n. 142. ff. De iurisd. omn. iudic. Iaſ. Conſ. 59. lib. 3. Socin. Conſ. 74. n. 17. lib. 1. & Conſ. 302. n. 1. lib. 2. arg. l. 2. & ibi Bald. C. De Eunuch. l. mercatores. & ibi Bald. l. non ſolùm. C. De comm. & mercat. Bart. l. 1. n. 45. C. De ſum. trinit. Bald. l. ſi quis in hoc genus. C. De Epiſc. & Cler. Idemq; Bald. l. neganda. C. Qui accuſ. poſſ. & in l. fin. C. De iurisd. omn. iudic.* Sin autem ſtatuta non ſint prohibitiva reſpectu ſolennitatis, ſed reſpectu rei, de qua diſpoſitio fit, ut puta, ſi ſtatutum diſponat, ne res immobilis poſſit vendi extra conſortes vel agnatos: & ſtatutum quidem non porrigit effectum ſuum ad res ſive bona etiam ſubditorum extra territorium ſita, *arg. l. in totum. C. De ædific. privat. l. reſcripto. §. fin. ff. De muner. & honor.* ſed quoad res ſubditorum intra territorium ſtatuentium ſitas, extendit effectum ſuum ad quamlibet diſpoſitionem de iſta re contra ſtatutum etiam extra territorium facta,

Bart. d. l. 1. n. 32. C. De sum. trinit. arg. d. l. An in totum. C. De ædific. priv. infra Quib. alien. lic. vel non, in princ. l. 1. ff. De fund. dot. l. 1. §. cùm lex. C. De rei uxor. act. Statuta verò prohibitiva respectu personæ, si quidem sint favorabilia, qualia sunt statuta disponentia, ne minor 25. annis testamentum condere possit, vel ne uxor marito vel è converso maritus uxori quidquam legare possit, extenduntur indistinctè extra territorium, tàm quoad bona subditorum extra territorium sita, quàm quoad contractus extra territorium à subditis initos, *Bart. l. 1. n. 32. C. De SS. Eccles. Alex. Cons. 41. lib. 5. Corn. Cons. 152. n. 2. & 3. lib. 1. Cons. 232. n. 2. lib. 4. Cons. 241. n. 6. lib. 1. arg. l. is. cui. ff. De verb. oblig. l. Iulianus. ff. De curat. furios.* Hoc fallit primò, si civis, qui in aliqua civitate, in qua hæc statuta vigent, natus est, & ex ea originem trahit, domicilium suum in aliam civitatem transtulerit: tunc enim cùm ipse adhuc censeatur civis illius civitatis, in qua natus est, ipse quidem quoad bona sita intra territorium loci originis obligatur statutis prohibitivis illius loci, sed quoad bona extra territorium loci originis sita, ipse non obligatur statutis prohibitivis etiam favorabilibus loci originis, *Bald. l. Etsi arrogator. & ibi Ias. n. 42. ff. De adopt. Salic. l. 1. C. De summ. trinit. Alex. Cons. 41. lib. 5. Cons. 16. lib. 1. Socin. Cons. 79. lib. 4. arg. l. apud eum. ff. De manumiss. l. 1. ff. De separat. bonor.* Quod procedit, non tantùm in bonis sitis intra territorium domicilii, sed etiam in bonis sitis neque in territorio domicilii, neque in territorio loci originis, sed alibi, *arg. gloss. c. statutum. §. cùm verò. ver. unam diatam, De constit. lib. 6. Innoc. & Anton. de Butr. c. fin. extra De for. compet. Bald. Rubr. C. Si à non compet. iudic. Ias. d. l. si arrogator. n. 48.* Secundò hoc ita

hoc ita demum procedere quidam tradunt, quando subditus contra statutum prohibitivum respectu personæ extra territorium celebrat actum cum alia persona subdita illi loco, qui statutum tale habet, secus vero esse inquiunt; si hic actus cum persona non subdita illi loco extra territorium celebratus fuerit: tunc enim cùm statutum Forenses extra territorium contrahentes vel aliud negotium gerentes obligari nequeat, hunc actum contra statutum prohibitivum cum non subdito celebratum valere tradunt. *Petr. de Anchor. c. canonum statuta extra De Constit.* Ego tamen hanc sententiam veram non esse statuo, sed verissimum judico, statutum prohibitivum respectu personæ, si illud favorabile sit, etiam extendi ad negotium gestum à subdito extra territorium cum forensi sive extero: Quia certum est, hoc statutum obligare subditum ubique locorum existentem. Unde cùm negotium à subdito contra statutum gestum etiam extra territorium nullum sit, quoad personam subditi; certe simili modo & hoc negotium nullum judicari debet quoad personam forensis sive non subditi, cum quo subditus contraxit, *arg. l. cùm emptor. ff. De rescind. vendit. l. bona fides. ff. De act. empt. l. fin. ff. De accept Bart. & Ias. l. si convenerit. ff. De pact.* Et licet statutum non possit obligare forensem extra territorium contrahentem directo & principaliter, indirecto tamen, & in consequentiam illum obligare potest, *arg. l. 1. in prin. & ibi Bart. ff. De auctor. tutor.* Sin autem statuta prohibitiva respectu personæ sint odiosa, qualia sunt statuta disponentia, ut extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant, *arg. l. maximum vitium C. De lib. præter* item & statuta quæ disponunt, ne quis subditus rem suam immobilem alienare possit,

vel

vel absque permissione magistratus, *arg. l. in re mandata. C. Mand.* vel extra consortes aut agnatos, talia statuta non extenduntur extra territorium illud, in quo tale statutum viget, *arg. l. ex ea. ff. De postul.* neque quoad bona subditorum extra territorium sita, *Bald. l. 1. & ibi Bart. n. 33. C. De sum. trinit. Alex. Cons. 16. & Cons. 128. lib. 1. Corn. Cons. 115. n. 13. lib. 2. Cons. 85. n. 9. lib. 4. cap. alleg. 91.* neque quoad negotium à subdito extra territorium gestum, *Corn. Cons. 241. n. 6. lib. 2. & Cons. 89. lib. 3. arg. c. si sententia. extra De sentent. excommun. lib. 6.* nisi statutum prohibitivum respectu personæ expresse prohibeat subditum negotium aliquod gerere vel actum aliquem celebrare extra territorium: tunc enim licet hoc statutum sit odiosum, indistinctè extenditur ad negotium gestum, vel actum à subdito celebratum extra territorium, *Alex. Cons. 128. n. 2. lib. 1. Cons. 41. n. 6. lib. 5. Socin. Cons. 74. n. 17. lib. 1. & Cons. 302. n. 1. lib. 2. Ias. l. 2. in princ. ff. De eo quod cert. loc. Bart. lib. 1. n. 45. C. De summ. trinit. arg. l. 2. & ibi Bald. C. De Eunuch.* Quo verò ad statuta permissiva ego concludo: Statutum permittens id, quod secundum juris communis dispositionem nemini permittitur, nisi ex privilegio speciali, qualia sunt statuta permittentibus magistratibus municipalibus creare Notarios: item & statuta, quæ disponunt, quòd presbyter æquè ut Notarius instrumentum publicum conscribere possit, non porrigat effectum suum extra territorium statuentium, quoad hoc, ut Notarius creatus à magistratibus municipalibus vel presbyter, cui hæc authoritas à statuto concessa est, extra territorium instrumenta publica conscribere possit, *arg. l. 2. ff. De offic. proconsul. c. Romana. vers. nec Clericos. De for. competent. lib.*

pet. lib. 6. sed quoad hoc ut instrumenta, à tali persona intra territorium confecta, ubique locorum fidem publici instrumenti obtineant, statutum extra territorium vigorem suum extendit, *Bart. l. 1. n. 34. 35. & 36. & ibi Bald. n. 16. C. De sum. trinit. arg. l. 1. C. De emancip. liberor.* Statuta verò quæ permittunt illud, quod alioquin secundum dispositionem juris communis quidem in genere permissum est, sed in specie illa, de qua statutum disponit, vel ratione solennitatis vel ratione personæ actum gerentis, vel cum qua actus geritur vel aliâ ratione prohibitum est extra territorium statuentium non extenduntur, quoad hoc, ut actus à jure communi prohibitus ratione solennitatis, celebratus secundum dispositionem statuti extra territorium, etiam à subdito, valeat, *Bald. c. cùm dilectus. extra De fid. instr. Bald. l. si non speciali. C. De testam. Iaf. l. 1. lect. 1. n. 23. C. De summ. trinit. & fid. cathol.* Sed quoad hoc, ut actus à jure communi prohibitus, ratione solennitatis intra territorium etiam à non subdito celebratus, ubique locorum valeat, & in bonis etiam extra territorium sitis locum habeat, talia statuta extra territorium extenduntur, *Card. Pariſ. Conſ. 12. n. 46. lib. 3. Bart. l. 1 n. 36. & 37. & ibi Bald. & Iaſ. C. De SS. Eccleſ. arg. l. ſi non ſpeciali. l. omnium. & l. fin. C. De teſtam. l. 2. C. Quemad. teſtam. aper. l. 1. C. De emancip. liberor. l. Is apud quem. C. De edend. l. Ne in arbitris. C. De Arbit. l. ne cauſſas. & l. ne à Proconſulibus. C. De appellat.* Sin autem statutum permissivum illud pertractat, quod secundum juris communis dispositionem vel respectu personæ, quæ actum gerit, vel respectu personæ, cum qua negotium geritur, qualia sunt statuta, quæ permittunt filiofamiliàs testamentum condere vel quæ disponunt, ut

filius ſpurius à patre ſuo vel heres inſtitui, vel patri ſuo ab inteſtato ſuccedere poſſit, & talia ſtatuta indiſtincte non extenduntur extra territorium, neque quo ad bona extra territorium ſita, *Bart. l. 1. n. 41. & ibi Bald. n. 41. C. De ſumm. trinit. Petr. de Anchor. c. canonum ſtatuta. extra De Conſtit. Alex. Conſ. 128. lib. 1. Socin. Conſ. 131 n. 2. lib. 4. arg. l. pupillo. ff. De tutor. & curat. dat. ab his. l. non ſolùm. §. qui teſtamento. ff De excuſat. tutor. §. filium Auth. Quib. mod. natur. effic. ſui. l. cùm unus. §. is qui. ff. De bon. auctor. iudic. poſſid.* neque quoad actum extra territorium celebratum, *Bart. l. 1. n. 40. C. De ſumm. trinit. arg. l. 2. ff. De offic. proconſ. §. filium Auth. Quib. mod. natur. effic. ſui. l. Duumvirum. C. De decurion. lib. 10.* Quamvis in hoc ultimo contrarium teneat *Bald. d. l. 1. n. 13. C. De ſumm. trinit. pro cuius ſententia allegari poteſt text. in c. Cùm olim, & ibi Abb. extra De Cleric. coniugat.* Ex hoc infertur, quòd ſtantibus ſtatutis, de quibus ſupra mentionem fecimus, filiusfamiliàs extra territorium teſtamentum condere, neque ſpurius à patre ſuo in teſtamento extra territorium conſcripto heres inſtitui poſſit, etiam reſpectu bonorum, quæ intra territorium ſtatuentium ſita ſunt, & quod teſtamentum conditum ſecundum formam ſtatuti, quoad bona extra territorium ſtatuentium ſita, ratum non ſit, *Bart. d. l. 1. n. 40. & 41. C. De ſum. trinit.* Secundò ex hoc infertur diſpoſitionem juris Saxonici, quæ vult minorem ſtatim atque is 21. annum ætatis exceſſit, jure majoris cenſeri, atque plenam de re ſua etiam abſque Judicis & Curatoris auctoritate diſponendi poteſtatem habere, *Art. 42. Landr. lib. 1. gloſſ. Art. 23 Landr. gloſſ. Art. 26.* Weichb non extendi extra illa loca, in quibus jus Saxonicum viget, tàm quoad bona extra illa

illa loca sita, quàm quoad contractus sive actus extra illa loca celebratos. Quia hæc dispositio est permissiva respectu personæ contra juris communis dispositionem, quod jus commune expressè sanxit, minorem non nisi post vigesimum quintum annum ætatis completum vel majorem effici, vel de rebus suis liberum disponendi potestatem habere, *infra De Curat. in princ. l. 1. ff. De minor. l. si curatorem, & ibi gloss. & Bald. C. De in integr. restit. minor. l. fin. C. De his qui ven. etat. impetrar. gloss. Bart. & Ias. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. Ad SC. Trebell.* Ideoque minor 25. annis in terris Saxonicis habitans, licet ipse 21. annum excesserit, bona sua immobilia extra terras Saxonicas sita absque judicis decreto alienare non potest, etiam per contractum in terris Saxonicis celebratum, prout hac quasi in specie decidit *Socin. Cons. 131. n. 2. lib. 4.* & contractus ab ipso extra illa loca, in quibus jus Saxonicum viget celebrati, eodem jure censentur, quo jure censentur contractus sive actus in isto loco à quolibet alio minore istum locum incolente celebrati. Ex quo sequitur, quod licet in terris Saxonicis majori 21. ann. licet is sit minor 25. annorum, contractus suos sive alios actus ab ipso celebratos, in integrum restitutio, ratione minoris ætatis non concedatur, & quadriennium etiam ad petendam in integrum restitutionem præscriptum, minori in terris Saxonicis, statim à 21. anno ætatis completo, currere incipiat, hoc non habeat locum in actibus sive contractib. à minore in terris Saxonicis habitante in illis locis, in quibus jus commune viget initis, sed in illis actib. sive contractibus minori etiã in terris Saxonicis & nato & habitante licet is 21. annũ ętatis excesserit, perinde & ratione minoris ętatis in integrũ restitutio cõcedatur, & tempus petendi restitutionem in integrum tantùm à vigesimo

quinto anno ætatis cursum suum incipiat, atque cuilibet in terris Saxonicis etiam neque nato neque habitanti hoc casu & ratione minoris ætatis in integrum restitutio conceditur, & tempus ad in integrum restitutionem petendam definitam non nisi à 25. anno ætatis currit. Statutum autem aliâ ratione quàm solennitatis vel personæ permissivum, ut puta, si statutum disponat, ne filia fœmina cui aliquid in testamento patris vel matris relictum est, licet illud sit minùs legitima, supplementum legitimæ petere possit, non extenditur ad bona extra territorium sita. Ideoque si is, qui testamentum condidit in illo loco, in quo tale statutum viget, decesserit, relictis bonis & in illo loco, in quo tale statutum, & in aliis locis, in quibus tale statutum non viget, filiæ fœminæ, quibus in testamento patris aliquid, quamvis minùs legitima relictum est, respectu bonorum, quæ in illo loco, in quo tale statutum viget, supplementum legitimæ petere non potest, sed respectu illorum bonorum testatoris, quæ extra illum locum sita sunt, supplementum legitimæ petere potest. *Alex. Consil. 128. lib. 1.* Eodem modo statutum disponens, ut omnia bona uxoris & mariti sint communia, sicut jure Saxonico cautum est, *Art. 30. Landr. lib. 1.* Item & statutum disponens, ut omnia quæsita ab uxore & marito constante matrimonio: non extenditur ad bona extra territorium sita, *Aym. Cravett. Consil. 30.* Similiter & statutum de successionibus ab intestato aliter disponens, quàm jure communi cautum est, ad bona subditorum extra territorium sita, secundum communem atque receptam sententiam, non extenditur: sive statutum sit conceptum in rem sive sit conceptum in personam,

Alex.

Alex. Conſ. 16. n. 128. lib. 1. Conſ. 19. lib. 6. Card. Pariſ Conſ. 84. n. 43. lib. 1. Tiraquel. in tract. De primogen. Quæſt. 46. Quod procedit non tantùm in rebus immobilibus, ſed etiam in rebus mobilibus, quæ extra territorium defuncti reperiuntur, *Alex. Conſ. 16. lib. 1. Salic. l. 1. C. De ſumm. trinit. & fid. cathol. Carol. Molin. in Conſuet. Pariſ. §. 145. arg. l. Quæſitum. §. prædia. ff. De legat. 3. c. 1. §. ſi verò pacis. & ibi Bald. Alvarott. & Præpoſ. De pac. tenend. l. ſi ita legatum. ff. De legat. 3. l. ex facto. l. grande. & ibi Petr. Cyn. & Ang. ff. De hered. inſtit. Bart. l. fin. C. Vbi in rem act.* Dummodò tamen illæ res ſint extra territorium non temporalis, ſed perpetui uſus gratia, *arg. d. l. ex facto. l. debitor. ff. De pignor.* Et hæc ſententia eſt verior, quamvis indiſtinctè in rebus mobilibus, non ſtatuta illius loci in quo res mobiles ſunt, ſed illius in quo dominus harum rerum domicilium habet, conſideranda eſſe, ſed malè tradat *Alex. Conſ. 19. lib. 6. & ſentit Bald. l. Imperatores. C. De commerc. & mercat. Andr. de Iſern. d. c. 1. verſ. ſi verò pacis. & ibi Matth. de Affl. 10. Notab. De pac. tenend. Alex Conſ. 31. lib. 1. Socin. Conſ. 101. lib. 1.* Ex quo infertur, jus Saxonicum, quod vult uxore defunctâ, maritum bona immobilia illius excluſis omnibus aliis heredibus uxoris retinere, *Art. 31. lib. 1.* Item diſpoſitionem juris Saxonici, quòd aſcendentes ſuccedant ab inteſtato deſcendentibus transverſalibus penitùs excluſis, *Art. 27. & ibi gloſſ.* Landr. *lib. 1.* nec non & eam juris Saxonici ſanctionem, quæ vult, ut in diviſione hereditatis, major frater hereditatem dividere cogatur, minori electione ſervatâ, *Art. 29.* Landr. *lib. 1.* Similiter & conſuetudinem Miſniæ, quæ vult, ut marito defuncto, uxor illi ſuccedat in tertiam partem bonorum, non extendi ad bona

extra illa loca, in quibus jus Saxonicum viget, sita, prout hac in specie quasi, decidit, *Petr. de Anchor. Cons. 163. n. 1. Alex. in addit. ad Bart. l. 1. n. 41. in addit. Incip. in Anglia. C. De summ. trinit. Aym. Cravett. Cons. 30.* Ideoque si quis in terris Saxonicis decedens, relinquat bona, partim in illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, partim verò in illis locis, in quibus jus commune servatur, in omnibus præfatis casibus servamus dispositionem juris Saxonici, in illis bonis, quæ sunt sita in illis locis ubi jus Saxonicum viget; quò verò ad bona sita in illis locis, in quibus jus commune servatur, sequimur juris communis dispositionem, Porrò annotandum est, Dd. aliquos quoad statuta effectum testamenti respicientia, qualia sunt statuta, quæ vel prohibent, ne heres Falcidiam detrahere possit, vel ut ipse minorem quarta Falcidiam detrahat, inspici illum locum, in quo legata vel fideicommissa secundum expressam dispositionem testatoris solvi debent, vel si hoc testator non expressit, illum locum, in quo major pars hereditatis sita est, *Bald. l. si non speciali. n. 4. C. De testam. Petr. de Anchor. Cons. 163.*

41 De statutis autem punitivis sive pœnalibus an extra territorium extendantur, *videte Bart. d. l. 1. Quæst. 8. & ibi Bald. C. De summ. trinit. & fid. cathol. Iaf. & Dec. l. fin. ff. De iurisd. omn. iudic.* Ex quo autem tempore incipiant ligare statuta, *videte Bart. in l. omnes populi. n. 37. ff. De iustit. & iur. Abb. Felin. & Dec. c. cognoscentes. extra De*

42 *Constit. Ang. hic. n. 11.* Utrum statuta extendantur ad casus præteritos vel futuros, *videte Bart. in d. l. omnes populi. n. 39. Abb. Felin. & Dec. c. fin. extra De Constit. Ang.*

43 *hic. n. 14.* Utrum statutum recipiat interpretationem correctoriam restrictivam, declarativam, item & extensi-

tenſivam, videte ea, quæ tradit *Bart. d. l. omnes populi. 6. Queſt. princip. & ibi Iaſ. Bart. Alex. & Iaſ. in l. Si conſtante in princ. ff. ſolut. matri. Iaſ. in l. fin. §. licentia. C. De iur. delib. Iaſ. & Dec. l. in actionibus. ff. De in lit. iurand. Bart. & Bald. l. fin. C. in quib. cauſſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. Felin. & Dec. c. 2. extra De Conſtit. Iaſ. & Dec. l. 1. C. De ſucceſſ. edict. & quæ latè tradit Nicol. Everh. in ſua topic. in loc. à ratione leg. larg. general. ad extenſ. ipſ. leg. Item & in loco, à ratio. legis ſtrict. ſive limit. ad reſtrict. leg. & quæ dixi in tract. meo feudal. 1. part. Quæſt. 3. & Quæſt. 5.* Et 44
utrum in ſtatuto habeat locum, argumentum à contrario ſenſu, *videte Bart. in d. l. omnes populi n. 61. Alex. Iaſ. & Dec. l. 1. in princ. ff. De offic. eius cui mand. eſt iurisd. Nicol. Everh. in loc. à contrar. ſenſ. & ea quæ dixi in tract. feudal. 1. part. Quæſt. 4.* Et quo modo ſtatuta in judi- 45
cium deducantur, *videte Bart. d. l. omnes populi. Quæſt. 7. princip. Ang. hic. n. 31.* Porrò, quia in hoc noſtro §. à Dd. 46
noſtris ſolet tractari, quæ ſit natura dictionis relativi *Qui* vel *Quis*: & ea quidem materia non ſit inutilis: ſed tamen extranea, videte de hac dictione ejusque ſignificatione, quæ tradit *Ang. hîc. Bart. d. l. Omnes populi. Bart. & Iaſ. l. 1. C. De ſumm. trinit. Ang. & Iaſ. §. Omnium infra De action.* Reliqua verò, quæ in hoc §. tradi ſolent, ſpectant ad jus gentium, cujus materiam trademus in §. Jus autem gentium. infr. h. t.

§) † (§

Ad §.

Ad §.

Sed Jus quidem.

SUMMARIA.

1. Summa §.

2. Verba simpliciter prolata in potiori significatione accipienda esse, limitatur. Ibid.

3. Applicatione juris civilis simpliciter prolata jus civile Romanorum intelligi. Declaratur itidem & limitatur ibid.

4. Renuncians omni juris beneficio, etiam beneficio sibi ex jure statutario competenti renunciasse intelligitur.

5. Quid verò, si quis renunciaverit omni beneficio juris civilis; ubi declaratur contrar. sentent. Bald.

6. Appellatione juris communis simpliciter prolata, quando jus Romanorum tantùm comprehendatur? & n. seq.

7. In dispositionibus quid attendendum: &,
Verba quomodo intelligenda & accipienda?

8. Ius municipale appellatione juris communis largè continetur. Vnde infertur ibid.

9. Statuti appellatione jus commune regulariter & propriè non continetur.

10. Largè tamen & impropriè statuti vocabulum ad jus commune extenditur.

1 IN hoc §. dicit Imperator, jus civile dici jus proprium cujusque civitatis, sed si simpliciter non addito nomine alicujus civitatis, juris civilis mentio fieret, dicit jus civile intelligi de jure Romano propter excellentiam. Ex quo sequitur verba simpliciter prolata in potiori sive digniori significatione accipienda, *Ang. hic. arg. l. 1. & ibi Bart. ff. Si ag. vect. vel emph. facit quod docet Iaſ. l. imperium. n. 3. ff. De iurisd. omn. iudic.* Quod tamen ita de-

ita demum verum est, nisi vel per hoc, quod verba in digniori sive potentiori significatione acciperentur, actus corrueret sive nullus redderetur, *arg. l. Quoties. & ibi Iaſ. ff. De verb. oblig. l. ſi tibi pecuniam. & ibi Iaſ. & Dec. ff. Si cert. petat. l. 1. & ibi Bart. C. De his qui ex public. ration.* vel subjecta materia aliud suaderet, *arg. l. ſi uno in princ. ff. De locat. & cond.* vel mens disponentis, *arg. l. fin. C. Quæ res pignor. oblig. poſſ. l. 3. & ibi Iaſ. C. De liber. prater.* vel communis usus loquendi refragetur: tunc enim verba in potiori significatione accipienda non sunt, *arg. l. liberorum. §. Quid tamen Caſſius. & ibi Bart. ff. De legat. 3. Bart. l. Labeo. ff. De ſuppell. legat. Bart. & Iaſ. Rubr. ff. De oper. nov. nunciat.* Deinde ex hoc §. colligitur appellatione juris civilis simpliciter prolata, jus civile Romanorum intelligi, *Specul. §. nunc tractemus. n. 8. De appellat.* Quod procedit sive appellatio juris proferatur in legibus sive statutis, ut hic, sive in mandato jurisdictionis, *arg. c. cum veniſſent. extra De eo, qui mitt. in poſſeſſ. rei ſerv. cauſſ.* sive in contractibus vel conventionibus privatorum, *Bald. Conſ. 34. Incip. Inter illuſtrem. & Conſ. 106. Incip. verba paſtorum. lib. 1. arg. l. fin. C. De his qui ven. ætat. impetr.* sive in compromisso, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. Excipitur verſ. item quod eſt corruptus. De Arbitr. Ang. in diſput. Incip. Duo ad invicem litigantes. Card. c. fin. extra De Conſuet. Alber. de Roſat. 1. part. ſtatutor. Quæſt. 134. Incip. Si compromiſſum factum eſt*, sive in ultimis voluntatibus, *Bald. l. Quicunq;. C. De ſerv. fugit. Felin. c. 1. n. 1. extra De ſponſal.* sive in renunciationibus, *Bald. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. Si quis caut. Felin. d. c. 1. n. 1. extra De ſponſal.* Hoc tamen ita demum verum est, nisi vel mens proferentis vel communis usus loquendi, vel materia sub-

jecta aliud suaderet, vel actus corrueret hanc interpretationem accipiendo: tunc enim appellatio juris civilis simpliciter prolata, non de jure communi Romanorum, sed de jure speciali civitatis vel loci intelligitur. *Felin. c. ius generale. Dist. 1. arg. c. 1. iunct. gloss. verb. de iure & ibi Abb. ut lit. pend. gloss. in proœm. Clement. verb. iure & ibi Abb. text. c. fin. iunct. gloss. verb. de iure. De consuetud. lib. 6. c. vicena. Dist. 31 gloss. l. præscriptione, verb. mixis; & ibi Bald. & Ias. C. Si contr. ius vel ut il. publ. Ias. l. de quibus. n. 82. ff. De legib.* Ideoque receptum est, si partes compromittant in arbitrum vel arbitratorem eo pacto, ut is causam, de qua compromissum factum est, secundum jus civile decidat, hunc arbitrum vel arbitratorem in hac causa decidenda non jus commune, sed jus particulare sive speciale loci vel civitatis sequi debere, si hæc causa alioquin non secundum jus commune, sed secundum jus speciale decidi debuisset: *Bald. Rubr. De reg. iur. lib. 6. Bald. l. Illa institutio, in princ. ff. De hered. instit. Abb. Rubr. extra De Consuet. Abb. c. cum nobis, n. 6. extra. De Election. Abb. c. Cumana. n. 11. extra eod. tit. Felin. c. licet. & ibi Dec. extra De probat. Felin. c. 1. n. 1. extra De sponsal. Ias. l. omnes populi. lect. 1. n. 2 ff. De iustit. & iur. Ias. d. l. præscriptione.* Similiter & in testamentis, *Petr. de Anchor. c. canonum statuta. extra De Constit. Ias. d. l. omnes populi. lect. 2. n. 24.* In contractibus, *Bald. l. Constitutionibus. C. De bon. quæ liber. Alex. l. post dotem, n. 27. & ibi Ias. ff. Solut matrim. Ias. d. l. præscriptione. n 21.* Libellis, *Innoc. c. certificari. De sepult. lib. 6. Ludov. Rom. Rubr. ff. De Arbit. Felin. d. l. ius generale. Ias. d. l. præscriptione. n. 21.* In inquisitione, *Bald. l. 1. C. De Confess. Ias. d. l. omnes populi. lect. 1. n. 5. Ias. d. l. præscriptione. n. 21.* Statutis, *Socin. Cons. 81. lib. 1.* Descriptis, *c. 1. iunct.*

c. 1. iunct. gloss. verb. de iure. & ibi Abb. extra ut lite pendente. Beneficiis *c. fin. iuncta gloss. verb. de iure. De Consuetud. lib. 6.* in mandato jurisdictionis, reliquisque negotiis ex præfatis quatuor caussis, appellatione juris civilis simpliciter prolata non jus Romanorum, sed jus speciale civitatis vel loci comprehenditur. *Abb. d. c. cum nob. n. 6. Ias. d. l. præscriptione. n. 20. Bald. c. cùm venissent. n. 2. extra De eo, qui mitt. in possess. caus. rei servand.* Præterea 4
& is, qui renunciat omni juris beneficio, & illi beneficio quod ipsi ex jure municipali suæ statutario competit renunciasse intelligitur, *Ludovic. Roman. Cons. 251. Felin. d. c. ius. generale.* Quàm tamen sententiam ego ita demum procedere iudico, quando quis simpliciter renunciat omni beneficio juris, tunc enim, cum sub generali appellatione juris comprehendatur, & statutum, sive jus speciale alicujus loci, ego credo sub hac generali renunciatione etiam quem intelligi renunciasse beneficio, quod ipsi ex juris specialis sive municipalis dispositione competit, *arg. l. item legati. §. item si quid. ff. De legat. 3. l. si duo in princ. ff. De admin. tut. l. 2. C. De quadr. præscript. l. fin. C. De dot. promiss. Bart. & Ias. l. Emptor. §. Lucius. ff. De pact. Bart. & Dd. l. si de certa. C. de transact. Bald. l. sub prætextu. C. cod. tit. Bald. l. pactum. quod dot. ali. Quæst. 10. C. De collat. Alex. Cons. 11. lib. 2. facit quod docet Bart. & Ias. l. Aquiliana. ff. De transact.* Secus autem esse judico, si 5
quis renunciet omni beneficio juris civilis: tunc enim cum appellatione juris civilis simpliciter prolata, jus civile Romanorum intelligatur, ut hîc, & donatio sive remissio in dubio non præsumatur. *l. cum de indebito. ff. De probat. l. si cum aurum. ff. De solut. Alex. Cons. 18. lib. 4. Card. Paris. Cons. 85. n. 4. lib. 1. Cons. 96. n. 9. lib. 3.* imò potiùs

præsumatur quem stultè quid dixisse vel fecisse, quàm sumatur donationis conjectura, *Bald. l. generaliter. C. De non numer. pecun. Iaſ. in prælud. feud. n. 12* Ego credo, quòd is qui simpliciter renunciat omni juris civilis beneficio, intelligatur tantùm renunciasse illis beneficiis, quæ ipsi ex dispositione juris communis competunt, non autem illis, quæ ipsi ex juris municipalis dispositione competunt. Et ita credo intelligendam doctrinam contrariam Baldi, *in d. §. Quæſitum.* Quod optimè comprobatur ex eo, quod docet *Anton. de Butr. c. 1. extra de transact. Felin. d. c. jus generale,* Ubi concludunt, eum, qui renunciat Legi, juri communi tantùm renunciasse,
6 intelligi. Et licet aliqui Dd. velint, appellatione juris communis simpliciter prolata, tantùm jus Romanum comprehendi, *Alex. d. l. poſt dotem. n. 27. & ibi Iaſ. idemq; Iaſ. d. l. omnes populi. n. 24. Dec. d. c. licet. n. 4.* Ego tamen hanc sententiam non simpliciter, *Bald. d. l. Conſtitutionibus. Iaſ. d. l. præſcriptione. n. 21.* sed ita demum veram judico, si vel mens contrahentium vel materia subjecta vel communis usus loquendi aliud non suaderet, & capiendo hanc interpretationem actus sive dispositio non vitiaretur, alioquin verò secus dicendum esse statuo.
7 Namque in omnibus dispositionibus potiùs mens quàm verba attendenda, *arg. l. fin. C. Quæ res pign. oblig. poſſ. l. 3. C. De lib. præter. l. in conditionib. in princ. ff. De condit. & & demonſtr.* & verba semper secundum subjectam materiam intelligenda sunt. *arg. l. Imperator. ff. De in diem addict.* etiamsi illa per hoc ad improprium sensum traherentur, *arg. l. ſi uno in princ. ff. De locat. & cond.* vel superflua redderentur, *Bald. Rubr. n. 9. C. De contrab. empt.* Deinde etiam verba semper secundum communem usum loquendi

quendi intelligenda sunt, licet per hoc recederetur à propria significatione verborum, *arg. l. liberorum, §. Quod tamen Cassius. & ibi Bart. ff. De legat. 3. Bart. & Ias. Rubr. ff. De oper. nov. nunc. Bart. l. Labeo. ff. De supell. leg.* & semper verba ita accipienda sunt, ut actus potiùs valeat quàm pereat, etiamsi verba per hoc ad impropriam significationem detorquerentur, *l. Quoties. & ibi Ias. ff. De verb. oblig. Bart. Ias. & Dec. l. si tibi pecuniam. arg. ill. text. ff. si cert. petat.* His adde, quod & jus municipale, 8
appellatione juris communis, saltem largo modo contineatur, *Bald. l. 1. C. De Cõnfess. Bald. c. 1. ver. Mos Romanorum. De pac. Constant. Felin. d. c. ius generale.* Ex hoc sequitur, si statuto alicujus civitatis, alteri civitati vel domino subjectæ, caveatur, ut in decidendis caussis civium in defectum juris municipalis servetur jus commune, hoc statutum intelligi, non de jure communi Romanorum, sed de jure municipali superioris civitatis sive domini, quòd jus & inferiores civitates in defectum juris sui municipalis servare tenentur, *Bart. l. si convenerit. §. si nuda, arg. ill. text. ff. De pignor. act. Ias. l. si eadem. ff. De offic. adsess.* quodque subditis illius civitatis vel domini commune est, *Ludovic. Roman. Cons. 258. quod incipit Præsens casus. Socin. Cons. 81. lib. 1.* Quod præfati Dd. procedere volunt, etiamsi inferior civitas, cum consensu superioris hoc statutum condidisset, vel si superior civitas condidisset statutum, ut civitas ipsi subjecta in defectum juris sui municipalis jus commune servet; de qua tamen extensione ego nonnihil dubito. Porrò 9
statuti appellatione jus commune regulariter & secundum propriam vocabuli significationem non comprehenditur, *Domin. c. si pro Clericis. & c. Ei cui. De prabend.*

lib. 6. Alber. de Rosat. 1. part. stat. Quæst. 147. Quæ incipit
10 *statuto alicuius Ecclesiæ. Iaſ. l. omnes populi. lect. 1. n. 7.* Largè tamen & impropriè hoc vocabulum ſtatutum ad jus commune extendi certum eſt. *arg. c. ſtatutum, in princ. & ibi Domin. De reſcript. lib. 6. facit. l. 1. §. fin. ff. Quod quisq; jur.* Ideoque ex veriſimili mente diſponentis, *arg. l. fin. C. Quæres pign. oblig. poſſ. c. intelligentia. & c. in his. extra De verb. ſignific.* ex communi uſu loquendi, *arg. d. §. Quod tamen Caſius.* ex ſubjecta materia, *d. l. ſi uno in princ. ff. De locat. conduct.* ad hoc, ut actus valeat & non pereat, appellationem ſtatuti, etiam ad jus commune extendi judico. *arg. d. l. Quoties. d. l. ſi tibi pecuniam. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. ff. Si cert. petat.*

In §.

Jus autem gentium.

SUMMARIA.

1. *Argum. §.*
2. *Ius gentium quotuplex?*
3. *Primævum jus gentium quod?*
4. *Secundarium quod?*
5. *Ex juregentium primævo quæ deſcendant? & n. ſequentib. & n. 10. uſq; ad n. 72. incluſ.*
6. *Patria quàm chara nobis eſſe debeat, & quæ quantaq; patriæ debeamus: ubi etiam de defenſione patriæ multa notabilia.*
7. *Parentibus an magis quàm patriæ & quando parendum.*
8. *Patria an abſq; venia in jus vocari poſſit. contr. Bald. & Alvar.*
9. *Verum is qui in aliquo loco in quo parentes ejus domicilium non habent, caſu fortuito, matre per iſtum locum tranſeunte, naſcitur, ibi patriam ſortiatur. Remiſſ:*

10. *Laus*

10. Latus materiæ defensionis.

11. Defensionis definitio, plenaq; ejus explicatio usq; ad n. 72.

12. Hominem ob corporis rerumve tutelam occidens vel vulnerans crimen non committit.

Unde infertur Ibid.

Nec culpam n. 18.

13. Defensio nullo statuto, aliove jure civili etiam ex absoluta Pontificis vel Imperatoris potestate tolli potest: Nisi in casibus Ibid.

14. Statutum pœnam etiam pecuniariam statuens in eum qui se vel res suas defendendo alium occidit vel vulnerat, ratum non est.

15. Nec jus Saxonicum, hoc casu in VVerigeldum hominem condemnans.

16. Vxorem interficiens quando non lucro dotis, nec alium occidens commodo successionis occisi privetur.

17. Vxorem interficiens quando aliam ducere possit.

18. Alium vulnerans, quando impensas in vulnus curandum factas, & damnum operarum amissarum resarcire non teneatur.

19. Nec pacem frangat.

20. Error existimantium, statutum sanciens, ut occidens qualitercunq; capitali supplicio afficiatur, etiam in homicidio ad defensionem commisso locum habere.

21. Personæ defensio quam licita? & n. seq. & n. 26. 27. usq; ad n. 37. exclus.

22. An & qualiter ut quis alapam ignominiosam aliamve corporalem injuriam absq; vulnere evitet, alium vulnerare & occidere liceat.

32. Primus ictus non est expectandus: Ampliatur & illustr. Ibid.

24. Præparans se ad offendendum qualiter & quando impunè offendi & occidi possit?

25. Et quando quis propter minas solas?

26. Nemo aggressus fugere tenetur.

Declaratur id Ibid.

27. *Ad defensionem sui etiam vicinos & amicos convocare licet.*

28. *Renunciatio defensionis adversus atrocem injuriam corpori inferendam non valet.*

29. *Defensio alterius personæ permissa, ut & rei alterius n. 43.*

30. *Etiam extranei & capitalis inimici cont. Gand.*

31. *Alium defendere nemo cogitur,*
Quod ampliatur ibid.

32. *Fallit nonnullis casibus, qui declarantur tamen. n. 33. & seq.*

34. *Pater sciens filium aliquid machinari contra patriam, Imperatorem vel alium, id non revelans, an puniatur?*

35. *Quæ pœna filius puniatur, si pater id revelaverit.*

36. *Non abstinens ab eo, quod ad opem, consilium vel auxilium injuriæ inferendæ spectat, punitur. Illustratur exemplis ibid.*

37. *Rerum defensio cur & qualiter licita, & n. seqq.*

38. *Et quando & qualiter respectu rerum, quas nullo jure possidemus?*

39. *Propter rerum defensionem qualiter & quomodo propriâ auctoritate quem capere liceat.*

40. *Et quando licitè aliquem occidere.*

41. *Item quando alicui violentiam rebus inferri annitenti antequam appropinquet in itinere occurrere.*

42. *Amicos & vicinos ut & turcos convocare?*

44. *Defensio cuivis, omni locò & tempore qualiter permissa.*

45. *Contra quamcunq; personam.*

46. *Qualiter tamen & quibus casibus contra magistratum.*

47. *Item contra socium quolibet modo opem vel auxilium præstantem offendenti.*

48. *Et tertium penitùs innocentem, ubi pulchrè & n. seq. & n. 50.*

49. *Vicini ædes & quando & qualiter incendii arcendi caussa impunè destrui possint?*

51. *Etiam contra verbalem injuriam defensio permissa est.*

52. *Sola justa violentia excludit defensionem. Illustratur ibid. & n. seq.*

53. *Defensio contra Parentem, Dominum, Abbatem, Maritum, Præceptorem & similes, quando licita sit vel non sit.*

54. *Verbaliter læsus quando se defendere non possit.*

55. Defen-

55. *Defensio ut licita sit, requiritur, ut fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

56. *Moderamen illud, qualiter varietur.*

57. *Verbalis injuria quod moderamen exigat.*

58. *Et quod realis injuria personæ illata.*

Quæq; requirantur ad hoc, ut quis moderamen inculpatæ tutelæ hic servasse dicatur. ibid.

59. *Et quid si violentia rebus nostris sit illata; ubi multa de recuperatione & defensione rei nostræ.*

60. *Moderamen inculpatæ tutelæ transgrediens, an quando & qua pœna afficiatur & n. seq.*

61. *Consuetudo pronunciandi, quod moderamen inculpatæ tutelæ excedens, si hominem interfecerit, pœna amissionis manus puniatur, ad quem casum restringenda.*

62. *Læsio vel occisio, ut res per se mala non præsumitur ad defensionem facta.*

Ampliatur ibid. & n. seq.

63. *Quid juris si de homicidio accusatus confiteatur se homicidium ad defensionem fecisse.*

64. *Quidq; si hanc qualitatem ex intervallo adjiciat antea homicidium simpliciter confessus, eamq; non probet.*

65. *Verbum ulciscendi ab accusato excipiendo prolatum quomodo exponendum?*

66. *Depositio testium, quorum quidam deponunt reum animo offendendi, quidam animo defendendi læsisse, quomodo concordanda?*

67. *Defensio an & qualiter probetur testibus qui simpliciter deponunt reum tertiam vulnerasse vel occidisse ad defensionem factam.*

68. *Et q. si deponant de credulitate defensionis?*

Quidq; si dicant potius reum defendendi quàm offendendi animo læsisse. n. 70.

Ibid. Comparativi natura quæ.

69. *Casus quo duobus testibus negantibus tantum creditur quantum duobus affirmantibus.*

71. *Defensio quibus præterea modis sufficienter probetur & v. seq.*

72. Et quid, si quis alterum vulneraverit vel occiderit in loco remoto præsentibus nullis?

73. Ad defensionem qui testes & quando admittantur.

Vbi plura de facilitate probationis innocentiæ.

74. Ex jure gentium secundario quæ originem trahant, & n. seq. n. 75. 77. 79. &c. 81. & 82.

75. An Imperator vel Papa, ut non directum, sic nec utile dominium absq; justa caussa alicui auferre possit?

76. Domuum, castrorum, & civitatum constructio & munitio quàm licita in suo.

77. Contractus ex quo jure.

78. Itemq; Distractus.

79. Et obligationes tàm ex contractibus quàm delictis descendentes.

80. Testamenta an & qualiter ex jure gentium.

81. Et quid sit quoad jus succedendi tàm ex testamento, quàm abintestato.

82. Servitutes ex quo jure: item fœdera pacis.

83. Ex jure civili quæ descendant.

84. Et an & quatenus exceptiones & ea, quæ processum judicii respiciunt?

1 JUs gentium omnibus hominibus commune, usu atque necessitate exigente inventum esse Justinianus
2 hîc tradit, ejusque juris exempla refert. Circa quod annotandum, jus gentium duplex esse, primævum &
3 secundarium. *Ang. hic* Primævum jus gentium est illud, quod naturalis ratio inter omnes gentium constituit. §. *ius aut. civile. supr. h.t. nost.* quales sunt notitiæ naturales hominibus in creatione divinitùs insitæ, quæ jubent ea,
4 quæ facienda sint, prohibentque contraria. Secundarium autem jus gentium est illud, quod usu exigente & humanis necessitatibus omnes gentes sibi constituerunt, *ut hic.* quod licet à notitiis naturalibus originem trahat, per usum tamen practicum introductum est.

Expri-

Ex primitivo jure gentiũ deſcendit religio erga Deum, 5
item ut parentibus & patriæ pareamus, *l. veluti. ff. De iuſt. & iur.* ut vim atque injuriam propulſemus, *l. ut vim. ff. De iuſtit. & iur.* Rurſus ex primo capite, ex religione nempe erga Deum originem trahunt omnes Leges punientes hæreticos, *C. De hæret. tot. tit.* apoſtatas, *C. De apoſtat. tot. tit.* blaſphemos, *§. fin. Auth. ut non luxur. contr. nat. c. ſi quis per. 22. q. 1. c. fin. extra De maled. Iaſ. l. 3. §. iurare. n. 11. ff. De iureiur.* vel quolibet modo contumelioſos erga Deum, *l. 1. C. Nemin. lic. ſign. ſalv. Chriſt.* Unde rectè mulctatus eſt 500. ſolidis Judæus, qui ex rationibus, quas ipſe coram judice reddidit, offenſus, manus verſus crucem ibi pendentem levans, dixerat, ſe velle potiùs eſſe ſuſpenſum ſicut iſte ſuſpenſus eſt, qui illic pendet, quàm coram iſto judice ampliùs unquam rationes reddere: Eò, quia licet ipſe poſtea prætenderet, ſe non de imagine Chriſti, ibi in cruce pendente, ſed de quodam homine mortuo extra urbem verſus eandem plagam ſuſpenſo ſenſiſſe, ex his tamen divina majeſtas contumelia affecta videretur, *Hoſt. in ſum. De Iudæ. §. in quibus circ. fin. Felin. c. auditis. n. 32. extra De præſcript. Iaſ. l. 1. §. ſi vir. n 9. ff. De adq. poſſeſſ.* Deinde etiam ex hoc capite emanarunt leges, concedentes privilegia & immunitates eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis. *C. De SS. Eccleſ. C. De Epiſc. & Cler. C. De Epiſc. aud. tit. De immun. Eccleſ. extra & in lib. 6.* Item & leges prohibentes actus prophanos, præſertim illos, per quos divinus cultus impediri poſſit, celebrari vel in eccleſiis Deo ſacratis, *c. 1. & c. cum eccleſia & ibi Abb. extra De immun eccleſ. c. Decret eod. tit. lib. 6. Bald. l. 2. arg. ill. text. C. De SS. Eccl.* vel diebus in honorem Dei feriatis, *c. 1. & ibi Abb. & c. fin. extra De fer. l. fin. C. eod. Iaſ. l. Divus. ff. d. tit.*

nec non & leges, quæ pœnam capitis ſtatuerunt in illos, qui divina miniſteria turbant vel impediunt, *l. ſi quis in hoc genus. & Auth. Sed novo. C. De Epiſcop. & Cler.* ea etiam quæ taduntur *in l. 1. & omnib. ll. illius tit. C. De ſum. trinit. & fid. cathol.* ex hoc capite, deſumpta ſunt. Secundò jus naturale primævum ſuadet, ut parentibus pareamus iisque reverentiam & obedientiam præſtemus: Ex hoc jure emanarunt Leges diſponentes, ut alimenta parentibus & filiis præſtentur, *l. ſi quis à liberis. ff. De lib. agnoſ.* item & Leges punientes filios ingratos parentibus, *l. 1. C. De ingrat. liber. §. aliud quoq; Auth. Vt cùm de appell. cognoſcend. l. 1. & omnib. ll. ill. tit. ff. Ad Leg. Pomp. de parri.* nec non & illæ Leges, quæ ſanciunt in promiſſione, quâ filius ſe obligavit ex certo loco non diſcedere, intelligi exceptum patris authoritatem: ideoque ipſum jubente patre impunè ex iſto loco diſcedere poſſe. *Iaſ.* 6 *l. fin. n. 9. ff. Qui ſatisd. cog.* Tertiò, jus naturale primævum jubet, ut patriæ pareamus, ut hîc. Ideoque naturale eſt, ut quilibet diligat natale ſolum, *Socin. Conſ. 35. n. 11. lib. 1.* atque natura evenit, ut cuilibet patria ſua dulcis, *l. qui habebat in princ. ff. De legat. 3. Alex. Conſ. 135. n. 6. lib. 5. Dec. Conſ. 284. n. 9. Card. Pariſ. Conſ. 12. n. 18. & Conſ. 26. n. 47. lib. 3.* omnibusque locis carior ſit, *gloſſ. l. fin. C. Si ſerv. exportand. ven.* & quilibet pro patria & pugnare, *gloſſ. l. fin. C. De abolit. gloſſ. c. 1. extra De converſat. infid.* & legationem ſuſcipere, *l. ſi quis. C. De decur. lib. 10. l. 2. C. De præpoſ. agen. in reb. lib. 11.* conſulere, *Bald. d. l. veluti.* & in patria munera ſubire cogatur, §. *Et audient. Auth. De defenſ. civit.* adeò, ut is, qui ſimul & ab illo loco, quem incolit, & ab illo loco, ex quo originem trahit, ad munera vocatur, munera indicta à patria aliis poſt-

poſtpoſitis ſubire cogatur, *l. libertus. §. præſcriptio. ff. Ad municip. gloſſ. l. cives. C. De incol. lib. 10.* Item, & ab advocatione contra patriam quis abſtinere debet, *arg. eius quod docet Abb. c. fin. extra De poſtul.* Præterea quis non tàm parentibus quàm patriæ naſci dicitur, *l. 1. §. & generaliter. ff. De ventr. in poſſ. mitt. l. poſtliminij. §. filius. ff. De capt. & poſtl. reverſ. Iaſ. l. 1. n. 13. ff. ſolut. matr. Idemq. Iaſ. l. 1. §. huius ſtudii. n. 13. ff. De iuſtit. & iur.* & tàm filius patrem, *gloſſ. d. c. 1. & ibi Abb. extra De converſat. infid. Matth. de Afflict. c. 1. §. contra omnes. n. 3. Hic finit: lex. Sôcin. d. Conſ. 35. n. 12.* quàm è converſo pater filium, *l. minimè. ff. De relig. & ſumpt. funer.* nec non uxor maritum patriam oppugnantem impunè interficere poteſt. *gloſſ. d. c. 1. De converſ. infid.* Deinde etiam à juramento fidelitatis, quo vaſallus obligatur domino, patria excepta tacitè intelligitur. *Alvarot. & Præp. c. 1. §. contra omnes. Hic finit: lex. Matth. de Afflict. c. 1. in princ. n. 10. De nov. form. fidelit. Iacob. de S. Georg. ver. Qui quidem inveſtiti. n. 15. & verb. & promiſerunt. n. 13. & 31. pract. Pap. in form. Libell. ad revocat. feud. verb. contra delatum, n. 4. Zaſ. in tract. feud. 7. part. n. 32. Ioan. de Neviz. inter Conſ. Alber. Brun. Conſ. 12. n. 4.* His adde quòd oppugnans patriam, vel eam prodens læſæ majeſtatis crimen incurrat, *d. l. fin. & ibi gloſſ. C. De abol.* & ex delicto contra patriam perpetrato quem ſola ſcientia abſque conſilio vel ope obliget, *Bart. l. utrum. arg. ill. text. ff. Ad leg. Pomp. de parricid. Socin. Conſ. 22. n. 6. lib. 1.* Quodque patriam derelinquens crudelis eſſe dicatur, *gloſſ. l. 1. & ibi Luc. de Pen. C. Si cur. vel cohort. lib. 10.* & quòd pro defenſione patriæ quilibet vitam corporalem exponere teneatur, *Ioan. Neviz. inter Conſ. Albert. Brun. Conſ. 12. n. 3.* item, quòd patria moriens

à Deo cœleſte præmium conſequatur, *c. omni. 32. q. 5. Bologn. in repetit. Auth. Habita. C. Ne fil. pro patr.* Huc accedit, quòd is, qui contra patriam aliquid molitur, & à regimine, omnibusque honoribus in patria ſua arceri debeat, *gloſſ. c. 1. §. ius Romanorum. verb. contra patriam. De pac. conſtant.* & quod is qui tempore belli vel alio caſu imminente patriam periclitantem deſerit, jus civitatis quod in patria habuit, amittat, *Bald. l. 2. arg. ill. text C. De infant. expoſ. l. 1. §. huius ſtudij. n. 15. ff. De iuſt. & iur. addit. ad Bart. d. l. veluti.* Ad hoc adduci poteſt, quod Cic. *lib. 1. offic. cap. 18.* inquit, Unicuiq; noſtrûm cari ſunt parentes, liberi, propinqui, familiares, ſed omnium caritates patria una complexa eſt, pro qua quis dubitet mortem oppetere, dummodo patriæ ſit profuturus. Et quod Valer. Maxim. *lib. 5. cap. 6.* inquit, arctiſſimis ſanguinis vinculis ſatisfecit pietas, reſtat nunc, ut patriæ exhibeatur, cujus majeſtati etiam illa, quæ Deorum numinibus æquatur, auctoritas parentum vires ſuas ſubjecit, fraterna quoque caritas æquo animo atque libenter cedit, ſummâ
7 quidem cum ratione. Ex quo ſequitur, ſi patria atque pater ſint ſimul in neceſſitate conſtituti, & filius utrique ſimul ſubvenire non poſſit, vel ſi pater atque patria filio ſimul aliquid mandet, atque filius utrumque expedire non poſſit, patriæ magis quàm parentibus & ſubveniendum & parendum. *Bart. & Bald. d. l. veluti. ff. De iuſtit. & iur. Iaſ. d. §. huius ſtudii.* Quod tamen ita demum verum eſt, ſi patria & parentes in æquali neceſſitate vel periculo conſtituti ſint, ſecus verò eſt, ſi patria in exiguo periculo, parentes verò in maximo periculo conſtituti ſint, vel, ſi periculum, quod patriæ imminet, dilationem patiatur, illud autem, quod parentibus imminet,

minet, dilationem nullam patiatur: tunc enim magis parentibus quàm patriæ succurrendum. *arg. l. 1. §. Sunt autem qui putant. ff. Ne quid in flum. publ. Alex. l. 1. & ibi Iaſ. n. 39. ff. ſolut. matr.* Secundò, ſi id, quod patria jubet, injuſtum ſit, illud autem, quod parentes jubent, juſtum ſit, parentibus magis quàm patriæ parendum, *Bald. d. l. veluti.* Tertiò, patriæ magis parendum & ſubveniendum, quàm parentibus, quando agitur de ſtatu publico: ſecus vero eſt, quando agitur de commodo pecuniario: tunc enim parentibus magis ſubveniendum & parendum quàm patriæ. *Ang. Ram. de Forl. & Fulgoſ. l. pen. arg. ill. text. ff. De poſtul. Iaſ. l. militem. C. De procurat. facit quod docet Spec. §. 1. ver. Quid ſi pater. De Advoc.* Præterea & is, qui contra patriam ſuam actionem aliquam habet, eam non niſi venia petita in jus vocare poteſt, *Matth. de Afflict. cap. 1. n. 129. & ibi Præpoſ. De milit. vaſall. qui contum. facit, quod docet Alex. & Iaſ. l. generaliter. ff. De in ius vocand. text. §. Eos autem. Auth. ut iudic. ſin. quog. ſuffrag. l. Benè à Zenone. C. De quadr. præſc.* Quamvis contrarium ſed malè teneat *Bald. & Alvarott. c. 1 De mil. vaſall. qui contum.* Utrum autem is, qui in aliquo loco, in quo parentes ejus domicilium non habent, caſu fortuito, matre per iſtum locum tranſeunte, naſcitur, ibi patriam ſortiatur, *videte Alex. & Iaſ. in l. huiusmodi legatum. ff. De legat. 1. Bart. l. filios. C. De municip. & origen. lib. 10. Felin. c. Rudolphus. extra De reſcript. Nicolaus Boër. Deciſ. Burdeg. 260.* Quarto ex hoc jure gentium primævo deſcendit defenſio, *l. ut vim. ff. De iuſtit. & iur. c. ius naturale. Diſtinct. 1.* cujus materia cum teſte Decio, ſit elegans, utilis, quotidiana & lucroſa,

eg-

ego eam hic vobis breviter atque succinctè dialectico
11 ordine declarare decrevi. Est itaque defensio factum legitimum, quo quis personam suam vel alterius, res suas vel alterius contra injuriam, vel violentiam injustam undecunque vel quocunque modo illatam cum moderamine inculpatæ tutelæ, tuetur. Cùm enim & jus naturale, *c. ius naturale. Dist. 1. Clem. pastoralis De sent. & re iudic. l. 1. §. cùm arietes. ff. Si quadr. paup. fecisse. dic.* & jus gentium. *d. l ut vim*, imò omnia jura omnesque Leges tàm communes, *l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. Ad leg. Aquil. c. si verò Cl. 1. extra De sentent. excomm. c. significasti. Cl. 2. extra De homicid. Corn. Cons. 38. n. 22. lib. 2. Cons. 134. n. 3. lib. 3.* quàm speciales Saxonicæ defensionem permittant, *Art. 78. Landrecht. lib. 3.* dubium non est, defensionem esse factum legitimum. *arg. l. lege obvenire.*
12 *ff. De verb. signific. l. 3. §. De illo. ff. pro soc.* Ex quo sequitur eum, qui ob tutelam corporis vel rerum suarum aut alterius hominem vel vulnerat, vel occidit, nullum delictum, scelus, crimen vel maleficium committere, *l. 3. C. Ad leg. Corn. de Sicar. arg. c. officia. c. non est iniquitatis. c. cùm homo. c. non est crudelis. c. si homicidium. 23. q. 5. c. occidit. 23. q. 8.* nullamve pœnam mereri, *l. Gracchus. C. Ad leg. Iul. de adult. gloss. Bart. & Iaf. l. si ab hostibus. §. fin. ff. solut. matr. c. 2. & ibi Abb. extrà De homicid.* Ideoque statutum quo cavetur, ut Syndici sive Officiales teneantur denunciare omnia delicta vel maleficia in aliquo loco commissa, non extenditur ad hoc, ut Syndici vel Officiales teneantur denunciare homicidium commissum vel vulnus inflictum ob tutelam suam vel alterius,
13 *Bald. l. data opera. n. 8. C. De his qui accus. poss. vel non.* Et cùm defensio sit juris naturalis, certum est, & per statutum

tutum generaliter & indefinitè conceptum, defensionem nunquam sublatam intelligi, *Bald. l. 1. n. 21. C. De hered. instit. facit quod docet Bald. in l. Edita. col. pen. rep. part. C. De edend. Dec. c. ex parte. Cl. 2. extra De consuet. idem in c. quoniam contra col. 1. extra De probat. Alex. Cons. 113. n. 8. lib. 5. Cons. 119. lib. 7. Dec. d. l. ut vim. n. 9.* & nullo jure civili, nulloque statuto vel consuetudine, etiam ex absoluta potestate Imperatoris vel Papæ defensionem tolli posse, *d. Clem. Pastoralis. Bart. l. defensionis facultas. arg. ill. text. C. De iur. fisc. lib. 10. Bart. & Alex. l. cùm mulier. ff. Solut. matrim. Bald. d. l. ut vim. Socin. Cons. 120. n. 12. lib. 3. Felin. & Dec. d. c. ex parte. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 351. & 391. Card. Paris. Cons. 46. n. 3. lib. 1. Cons. 2. n. 157. lib. 4. Dec. Rubr. extra De except. n. 6. & in Rub. extra De appellat. n. 9.* nisi vel hoc fiat ex justa & rationabili causa, *Bald. & Dec. d. l. ut vim. Alex. d. l. cùm mulier. Felin. & Dec. c. dilecti. extra De except. Socin. Cons. 96. n. 13. lib. 4. Matth. de Afflict. c. 1. §. si facta. n. 38. Si de feud. defunct. cont. Dec. c. Quæ in ecclesiarum. n. 18. extra De Constit. arg. l. itaq. ff. Ad leg. Aquil. l. si servus. C. De his qui ad eccles. confug.* vel quatenus defensio à jure civili introducta est, *Bald. c. à nobis. extra De except. Abb. Felin. & Dec. c. dilecti. extra De except. Alex. d. l. cùm mulier. idem in addit. ad Bart. d. l. facultas. Dec. d. c. ex parte. Dec. Rubr. n. 10. extra De appellat.* vel ut defensio non tollatur penitùs, sed modus defensionis moderetur atque temperetur, *Alex. Cons. 105. lib. 5. Socin. Cons. 16. n. 13. lib. 4. Card. Paris. Cons. 46. n. 3. lib. 1. Dec. Rubr. n. 9. extra De appell.* Quinimò 14 statutum pœnam nummariam sive pecuniariam statuens in eum, qui se vel res suas defendendo hominem vel vulnerat vel occidit, ratum non esse, certum est,

15 *arg. l. Scius & Angerius. & ibi Alex. ff. Ad. leg. Falc.* Unde sequitur, non valere dispositionem juris Saxonici, quod vult, eum, qui ob tutelam corporis vel rerum suarum hominem interfecit, condemnari & in pœnam unius VVerigeldi, continentis 24. Sexagenas antiquas, parti applicandam & in mulctam quatuor sexagenarum antiquarum judici applicandam. *Art. 38.* **Landrecht.** *lib 2. gloss. Art. 38.* **Weichbild.** Quamvis secundum illam dispositionem juris Saxonici pronuncietur, *ut patet ex sententiis impressis, adjunctis Speculo Saxonico, &* **dem Weichbilde** *Tit.* **Von der Nohtwehre.** Multò verò minùs valet statutum, quo imponitur illi, qui ad suam defensionem alium lædit vel interficit, pœna capitis vel corporali. *Alber. de Ros. d. l. ut vim. Dec. d. Rubr. n. 6. extra De except.* Præterea non solùm statuto, sed ne mandato vel jussu judicis quidem defensio tolli vel prohiberi potest, *Bald. l. 1. n. 12. C. und. vi. Alex. Cons. 76. n. 3. lib. 1. Card. Paris.*

16 *Cons. 41. n. 40. lib. 1.* Et licet maritus interficiens uxorem privetur lucro dotis, quod ipsi defertur vel ex pacto vel ex Legis dispositione, *l. si ab hostibus. §. fin. ff. Solut. matr.* & is, qui alium interficit, privetur commodo successionis illius, qui interfectus est, & ipsi alioquin ex Legis dispositione debebatur, *l. fin. ff. De bon. damn.* tamen nec maritus defendendi sui gratia, uxorem interficiens, lucrum dotis ipsi alioquin debitum amittere, *arg gloss. Bart. & Ias. d l. si ab hostibus. §. 1.* nec is, qui ob defensionem suam interficit eum, cujus successio ab intestato ad ipsum spectabat, commodum successionis amittere debet, *arg. eius quod docet Dec l. 1. n. 17. C. und. vir. & uxor.*

17 Præterea licet is qui uxorem suam interfecit, cum alia matrimonium contrahere prohibeatur: is tamen, qui ad defen-

defensionem suam uxorem suam interfecit, aliam ducere non prohibetur. *c. 1. & ibi Abb. extra De divort.* Nullam etiam culpam committit is, qui ad defensionem 18
suam hominem interficit, *Abb. c. 1. n. 2. extra De divort.* Neque etiam is, qui ad defensionem alium vulneravit, impensas in vulnus curandum factas, item, nec damnum operarum amissarum resarcire cogitur. *Aym. Cravett. Cons. 119. n. 11.* Deinde is, qui ad defensionem suam 19
alium interficit, vel vulnerat, pacem factam non frangit, neque incurrit pœnam fractæ pacis, sive illa pœna sit legalis, *c. 1. §. si quis homines. De pac. tenend* sive conventionalis, *Socin. inter Cons. Franc. Curt. Cons. 20. Incip. Sæpenumerò. col. 15. vers. Circa secundum. Franc. Curt. Cons. 21. Incip.* DEUS *æterne. col. 7. & 8. vers. Cùm secundum. Card. Paris. Cons. 164. n. 23. & Cons. 165. n. 23.* item etiamsi in conventione pacis fuerit adjecta clausula *Rato manente pacto*, & clausula in pœna conventa committatur toties, quoties contra pacem innitam factum fuerit, *Card. Par. Cons. 165. n. 25. lib. 4.* Et cùm per statutum, gene- 20
raliter & indefinitè conceptum, defensio nunquam sublata intelligatur, sequitur veram non esse illorum Dd. sententiam, qui volunt, statutum sanciens, ut occidens quovis modo vel qualitercunque capitali supplicio afficiatur, habere locum etiam in homicidio ad defensionem commissо, *Salic. l. 2. C. De noxal. act. Alex. l. sed & si severior. C. De his, qui not. infam. Alex. Cons. 130. lib. 5. Iaf. l. 2. §. 2. ff. Qui satisd. cog. Iaf. l. in actionibus. ff. De in lit. iur. Ludovic. Curver. in tract. De homicid. §. 1. n. 5. prout hanc sententiam rectè improbat Dec. d. l. in actionibus.* Deinde certum est, cuilibet licitum esse personam 21
suam defendere. *l. ut vim. ff. De iustit. & iur.* Quod

procedit, ut pro defensione personæ, alium interficere liceat, si aliter defendere nos non possimus. *l. is qui aggressorem. & l. si ut allegas. C. Ad leg. Corn. de Sicar.* neque requiritur ad hoc, ut defensio licita judicetur probare cum, qui alium vel vulneravit vel occidit, omninò periturum fuisse, nisi alium vel vulnerasset vel occidisset, sed sufficit probare ipsum alioquin in vitæ periculo constitutum fuisse, *Bart. Cons. 16. Incip. Vanuntius Petri lib. 2.*

22 *Corn. Cons. 134. n. 3. lib. 3.* Quinimò is, qui alapam ignominiosam vel tractum capillorum, vel aliam injuriam corporalem etiam absque vulnere aliter evitare non potest, nisi alium occidat, vel vulneret, impunè alium vulnerare vel occidere potest, *Bald. l. 1. n. 10. & ibi Bart. n. 7. C. unde vi. Alex. Cons. 76. & Cons. 109. lib. 1. Felin. c. dilecti. n. 14. extra De exæpt. Ang. in tract. De malef. ver. Et d. Titius n. 22. & ibi August. Arimin. Alex. Cons. 14. n. 10. lib. 3. Cons. 119. n. 4. lib. 7. Dec. Cons. 676. Aym. Cravett. Cons. 119. n. 7.* Quamvis aliqui hoc ita demum procedere velint, si talis injuria corporalis immineat, quæ cum vitæ periculo conjuncta sit, aliàs autem non, *Dec. d. l. ut vim:* tamen magis communis Dd. sententia tenet, ut hoc procedat & in tali injuria corporali, quæ cum vitæ periculo conjuncta non est, cui sententiæ & ego subscribo, *arg. l. Itaq. ff. Ad leg. Aquil. l. furem. & ibi Bart. C. Ad leg. Corn. de Sicar. iunct. l. in servorum. ff. De pœn.*

23 Neque etiam opus est ad hoc, ut defensio permissa reputetur, ut quis primum ictum expectet, *gloss. Bart. & Bald. l. 1. C. und. vi. Bart. l. 3. §. qui armati. arg. ill. text. ff. und. vi. Abb. c. olim. n. 16. extra De restit. spoliat. Ang. in tract. malefic. d. ver. & d. Titius, n. 26. & ibi Augustin. Arimin. Corn. Cons. 107. & Cons. 162. lib. 1. Bald. l. 1. C. Quand. lic.*

sine

sine iud. se vindic. Felin. c. dilecti. n. 14. extra De except. etiamsi is, qui alium defensionis gratia lædit, sit superior viribus aggressore, *Gand. in tract. De malefic. Rubr. De defension. a reo fieri, n. 8. arg. l. 1. C. Quand. lic. sine iudic. sese vindic. l. fin. C. In quib. causs. in integr. restit. est necess.* Ideoque eum, qui nos invadit vel aggreditur cum gladio evaginato vel aliis armis, nos lædendi animo, quod in dubio præsumitur, impunè interficere possumus. *Alex. l. non solum. §. sciendum. n. 9. ff. De oper. nov. nunc. Felin. c. significasti. Cl. 2. n. 13. extra De homicid. Dec. Cons. 678. n. 2. Cons. 469. n. 9. Cons. 676. Bart. l. sed et si quemcung. ff. Ad leg. Aquil. Bald. l. 1. §. Cùm arietes. ff. Si Quadr. pauper. fecis. die. Bald. l. Etsi certus. §. si unus. ff. Ad SC. Sylleian. Bald. l. multis. C. De liber. causs. Bald. l. 2. arg. ill. text. C. Ad leg. Cornel. de Sicar. Alex. Cons. 109. lib. 1. & Cons. 13. lib. 3. Corn. Cons. 107. Cons. 162. & Cons. 274. lib. 1. Ang. Aret. in tract. De malefic. ver. & d. Titius. n. 9. usq. ad n. 17. & n. 22. & ibi August. Arim. Bonifac. de Vit all. in tract. De insult. Ias. l. ut vim. n. 9. & ibi Dec. ff. De iustit. & iur. Bart. d. Cons. 16. lib. 2. Ang. hic. n. 5.* Quinimò & illum, qui [24] se præparat ad offendendum vel lædendum occidere vel offendere permissum est, etiam antequam nos aggrediatur, *Bald. l. in lege. arg. ill. text. ff. De locat. & cond. Ias. d. l. ut vim.* Quod tamen ita demum procedit, si certum sit, eum qui hæc præparamenta facit, ea ad offendendum vel lædendum nos facere: alioquin verò secus est, *August. Arim. in addit. ad Ang. d. ver. & d. Titius. n. 12. arg. l. merito. ff. Pro Soc. gloss. in sum. 23. q. 1.* Secundò hoc dictum Baldi non procederet, si alio modo eum, qui se præparat ad offendendum nos, impedire possumus, ne nos offendat, judicis videlicet auctoritate vel simili

modo, *iuxta l. non est verisimile. in princ. ff. Quod met. causs. l. illicitas. §. ne potentiores. & ibi Bart. ff. De offic. præsid. Felin. Rubr. extra De treug. & pac.* tunc enim qui se præparat vel accingit ad vim vel injuriam nobis inferendam, occidere vel vulnerare permissum non est, *arg. l.*
25 *scientiam. §. qui cùm aliter. ff. Ad leg. Aquil.* Similiter & propter minas solas alium occidere vel vulnerare non licet, præsertim si is, qui minatus fuit alteri mortem vel vulnus, sit talis, qui minas suas exequi solitus non fuit, *Ang. hic. n. 5. arg. eius quod docet Bart. in l. hæc autem stipulatio in princ. arg. ill. text. ff. Si cui plus quàm per leg. Falcid. Bart. & Alex. l. metum. C. De his, quæ met. causs. Cardin. Pariss. Cons. 67. n. 42. lib. 3. & Cons. 168. n. 11. lib. 4. Bart. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. De offic. præs. Felin. Rubr. De treug. & pac.* nisi is, qui minas protulit, pervenerit ad aliquem actum proximum, destinatum ad lædendum, vel nisi ipse expectaret socios suos vel alio modo ipse, cui mors vel damnum aliquod minatum fuit, in certo periculo constitutus fuerit, nec ipse aliter periculum evitare possit, nisi eum qui minas protulit, illicò interficiat: hoc enim casu illud impunè facere potest, *Bald l. 1. n. 16. C. und. vi. Ang. in tract. maleficior. ver. & d. Titius n. 27. & ibi Augustin. Arim Iaf. l. ut vim. n. 14. Abb. c. olim. n. 16. extra De restit. spoliat.* Quinimò eum, qui propter minas mortis ab aliquo offensus & ira incitatus minantem vulneret, licet ipse aliter periculum evitare potuit, non pœna ordinaria, sed extraordinaria afficiendum aliqui tradunt. *August. Arimin. in Addit. ad Ang. d. ver. & d. Titius. n. 28. Ang. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. arg. ill. text. ff. Ad l. Iul. de adult. Alex. Cons. 76.*
26 *n. 1. lib. 1. Et Cons. 119. n. 10. lib. 7.* Et hoc, quod dictum est,

est, quem pro defensione personæ suæ alium impunè occidere vel vulnerare, si aliter periculum vel injuriam evitare non possit; usque adeò verum est, ut procedat, etiamsi ipse fugiendo evadere potuisset: namque nemo fugere tenetur, *secundum communem atq; receptam Dd. sententiam. Bart. l. 1. C. und. vi. Bart. Cons. 16. lib. 2. Bald. Ias. & Dec. l. ut vim. ff. De iustit. & iur. Abb. c. olim. n. 17. extra De restit. spoliat. Ang. in tract. malefic. ver. & d. Titius n. 25. & ibi Augustin. Arimin. in addit. n. 11. Alex. Cons. 119. lib. 1. & Cons. 119. lib. 7. Hippol. de Marsi. l. 1. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. Corn. Cons. 107. & Cons. 162. lib. 1.* Quod absque omni dubio indistinctè procedit, si fugiens ex fuga periculum aliquod incurrere possit, *Bald. l. 1. C. und. vi. Bart. Cons. 16. lib. 2. Ang. in tract. malefic. d. ver. Et d. Titius. n. 23. Corn. Cons. 107. & Cons. 162. lib. 1 Felin. d. c. suscipimus.* Similiter hoc procedit, etiamsi quis absque periculo effugere potuisset, *Abb. c. olim. extra De restit. spoliat.* præterquam in foro conscientiæ, *Bald. c. fin. extra De consuetud. Abb c. significasti. Cl. 2. n. 9. extra De homicid.* item quoad pœnam irregularitatis evitandam, *Abb. d. c. olim. n. 17.* item si is, qui alteri vim vel injuriam infert, sit talis, cui læsus reverentiam debet: tunc enim si læsus, qui fugâ se contra injuriam illatam tueri potuit, non effugiat, sed aggressorem vulneret vel occidat, ipse quidem non pœna corpori infligenda plecti potest, sed tamen extra ordinem arbitrio judicis punitur, *Dec. d. l. ut vim. n. 35.* Præterea non tantùm 27
culibet per se defensio permissa est, sed etiam ad defensionem suam vel personæ suæ alios, vicinos nempe vel amicos convocare licet, *Bald. l. 1. n. 22. C. und. vi. Bartol. l. prohibitum. n. 3. C. De iur. fisc. libr. 10.*

arg.

arg. ill. text. idem Bart. l. devotum. arg. ill. text. C. De met at.
28 *lib. 11. facit gloſſ. l. 3. §. Eum igitur. ff. De vi & vi arm.* Deinde etiam defenſio uſque adeò licita eſt, & permiſſa, ut renunciatio defenſionis adverſus atrocem injuriam corpori inferendam non valeat, *gloſſ. l. pactum inter heredem. & ibi Bart. & Iaſ. ff. De pact. Iaſ. l. ſi quis in conſcribendo. n. 18. C. De pact. facit. l. liber homo. ff. Ad leg. Aquil. Bart. l. interdum. §. qui furem. ff. De furt. Bart. l. 1. §. uſq.*
29 *adeò. ff. De iniur. Dec. l. nemo fraudare. ff. De reg. iur.* Neque verò ſolùm noſtram perſonam, ſed etiam perſonam alterius defendere permiſſum eſt, *arg. l. ſi quis ſervitutem. & ibi Bart. ff. De furt.* ſive ille alius ſit filius noſter, *arg. l. iſti quidem. ff. Quod met. cauſſ. l. 1. ff. De minor. §. patitur. infra eod. tit. Gandin. in tract. De defenſ. n. 1. ſive parens. arg. l. fin. C. De impub. & aliis ſubſtit. l. utrum. ff. Ad leg. Pomp. de parricid.* etiam naturalis tantum, *arg. l. hos accuſare. §. fin. ff. De accuſ. Bald. l. cùm acutiſſimi. C. De fideicom.* ſive frater, *Alex. Conſ. 119. n. 6. lib. 7.* ſive alius nobis ſanguine junctus, *gloſſ. Bart. Iaſ. & Dec. d. l. ut vim. arg. l. 3. §. ſed quod diximus. ff. De pen. legat. l. 1. §. item Divus. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. l. raptores. & ibi Bald. C. De Epiſcop. & Cleric. l. 1. & ibi gloſſ. C. De rapt. virg. l. cùm ſcimus. & ibi Bart. C. De agricol. & cenſit. lib. 11. facit quod docet Bart. in l. lex Cornelia. in prin. arg. ill. text. ff. De iniur. Bald. l. 1. arg. ill. text. C. Si quacunq; præd. potest. Alex. Conſ. 24. n. 9. lib. 2. Socin. Conſ. 228. lib. 2. Felin. c. literas. n. 8. extra De præſumpt.* ſive uxor vel maritus, *Gandin. in tract. De malefic. Rubr. De defenſ. à reo fund. n. 2. arg. c. admonere. 33. q. 2. l. 1. §. fin. ff. De iniur.* ſive amaſius vel amaſia, *arg. l. Maſerius. ff. De verb. ſignific. l. item legato. §. item. ſi quid. ff. De legat. 3.* ſive amicus magna amicita nobis conjunctus,

arg. l

arg. l. cùm allegas. C. De cast. pecul. lib. 10. l. 2. ff. Qui pet. tutor. Iaſ. l. exigendi. C. De procurat. & in l. cùm rem alienam. C. De legat. ſive ſponſus vel ſponſa noſtra, *arg. l. oratio. ff. De ſponſal. l. non ſine. C. De bon. quæ lib. l. ſi uxor. §. ſi minor. ff. Ad leg. Iul. de adult.* ſive ſit ſocius itineris, *arg. l. apud Labeonem. §. tenetur. ff. De iniur. c. fortitudo. 23. q. 3.* vel habitationis, *Bald. c. 2. n. 5. extra De vit. & honeſt. Cleric. Dec. Conſ. 469. Gand. in tract. De malefic. Rubr. De defenſ. à reo fiend. arg. c. hac ratione. 23. q. 3.* ſive ſit dominus, *arg. l. Lucius. ff. De appellat.* vel ſervus noſter, *l. 1. ff. Ad SC. Syllei.* ſive ſit dominus feudi, vel vaſallus, *arg. c. 1. De form. fidel. c. 1. de nov. form. fidel.* ſive famulus mercede à nobis conductus, *Alex. Conſ. 140. lib. 2. Bernar. de Land. in addit. ad tract. Gand. De malefic. d. Rubr. De defenſ. à reo fiend. arg. l. 2. ff. De uſ. & habit. l. 2. C. De Epiſcop. & Cler. l. non aliàs. §. fin. ff. De iudic.* ſive alius denique extraneus, *Bart. Bald. Iaſ. & Dec. d. l. ut vim. Bart. l. ſi quis in ſervitutem. arg. ill. text. ff. De furt. Bald. d. l. raptores. Idem Bald. l. 1. n. 22. C. und. vi. & in c. fin. extra De ſent. & re iudic. Ang. d. ver. Et. d. Titius. n. 33. Corn. Conſ. 107. lib. 1. Dec. Conſ. 469. arg. c. dilecto. De ſcntent. excom. lib. 6. d. l. devotum. Quamvis in hoc contrarium, ſed malè teneat. Gandin. in d. Rubr. De defenſ. à reo fiend. n. 3.* etiamſi ipſe ſit capitalis noſter inimicus, *Bald. d. l. ut vim. & ibi Iaſ. n. 29. ff. De iuſtit. & iur.* vel ſe defendi recuſet, *arg. l. non tantùm. ff. De appell. gloſſ. c. 1. extra De procurat. text. l. 3. ff. De lib. cauſſ.* Et eum, qui alium defendit, bonum naturale omni jure permiſſum, & pium opus exercere reſponſum eſt à *Card. Pariſ. Conſ. 2 n. 176. lib. 4. arg. l. ſervus. ff. De ſerv. export.* Quamvis eum, qui alium defendendo tertium vel vulnerat vel occidit, irregularitatis pœnam

incurrere tradatur *à gloss. in Clem. 1. verb. suum de homicid. Ias. d. l. ut vim. n. 30.* Et licet alium defendere
31 permissum sit, alium tamen defendere nemo cogitur, isque, qui dum alium commodè defendere potuit, hoc facere neglexit, pœna nulla punitur. *gloss. Abb. & Felin. c. quantæ. extra De sentent. excommun. gloss. & Dec. l. culpa caret. ff. De reg. iur. Bart. Bald. Ias. & Dec. d. l. ut vim. Bart. l. metum. §. Sed licet. arg. ill. text. ff. Quod met. causs. Bart. l. 1. §. sed in eo. ff. Ad SC. Sylleian. Bald. l. 1. n. 22. C. und. vi. Card. Paris. Cons. 154. n. 17. lib 4. Gandin. in tract. De malef. Rubr. De defens. à reo fiend. n. 12. Dyn. c. non est sine culpa. De regul. iur. lib. 6. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extra De offic. deleg. Felin. c. quia alios. extra De hæret. facit. gloss. 1. c. ad reprimendum. extra De offic. ordin.* Quod procedit, etiamsi quis alium solo clamore contra injuriam vel injustam violentiam tueri potuit, id hoc facere neglexit, *Bald. hîc. Dec. d. l. culpa caret. idemq; Dec. d. c. 1. extra De offic. deleg.* item etiamsi ego scivero, alium tibi moliri mortem vel aliud damnum: namque licet hoc tibi non indicem, ut periculum evitare possis, pœna nulla plector, *Bart. l. 1. §. occisorum. ff. Ad SC. Sylleian. Bald. & Ias. d. l. ut vim. Dec. d. c. culpa caret. arg. l. si sciente. ff. Ad. leg. Pomp. de parricid. l. 4. §. si tibi ob iudi-*
32 *cium. & ibi Ias. ff. De pœn. Card. Paris. Cons. 166. n. 15. lib. 4.* Hoc tamen fallit in injuriis inferendis, vel parentibus nostris, *arg. l. utrum. & ibi Bart. ff. Ad leg. Pomp. de parricid. Bald. & Dec. c. 1. extra De offic. deleg. Dec. d. l. culpa caret. Bald. d. l. 1. n. 17. C. und. vi.* vel magistratibus, quibus ratione jurisdictionis subjecti sumus, item patriæ nostræ. *Bart. d. l. utrum. Felin. d. c. 1. extra De offic. deleg. Felin. d. c. quia alios. Idemq; Felin. d. c. quantæ. Abb. c. 1. n. 9.*

n. 9. De reſtit. ſpol. vel injuria inferatur illi, contra quem crimen læſæ majeſtatis committitur, *arg. l. Quisquis. C. Ad leg. Iul. Maieſt. Bart. d l. utrum. Abb. Felin. & Dec. d. c. 1. extra De offic. deleg. Abb. c. 1. extra De reſtit. ſpoliat. Dec. d. l. culpa caret*, vel Duci belli præpoſito, vel præfecto centuriæ, ſub quo militamus, *l. 3. §. fin. & l. omne delictum. §. qui præpoſitum. ff. De re milit. Dyn. d. c. nunc eſt ſine culpa. De reg. iur. lib. 6.* vel patri ſpirituali, *Abb. d. c. 1. n. 9. extra De reſtit. ſpoliat. Felin. c. quantæ. extra De ſentent. excomm.* vel ſubditis noſtris, *Bald. l. 1. §. quies. arg. ill. text. ff. De offic. præfect. urb. Bald. l. illicitas. §. ne potentiores. arg. ill. text. ff. De offic. præſid. Bald. l. nullus. C. De ſumm. trinit. Felin. c. 1. extra De offic. deleg. Idemq; Felin. d. c. quia alios. & d. c. quantæ.* vel domino noſtro, cui ratione dominii ſubjecti ſumus, *l. 1. ff. Ad SC. Syllei-an.* vel domino feudi aut vaſallo noſtro, *c. 1. De nov. form. fidel. c. 1. §. præterea. & ibi Dd. Quæ fuit prim. cauſſ. Bart. d. l. utrum. Andr. de Iſern. c. 1. §. ſi voluerit. & ibi Matth. de Afflict. n. 30. De capit. qui cur. vend. Abb. c. 1. n. 9. De reſtit. ſpoliat. Alex. Conſ. 13. lib. 6. Felin. c. quantæ. extra De ſentent. excomm. & diximus in tract. noſtro feud. in 9. part.* vel ſi hæc injuria vel injuſta violentia alteri inferatur in agro, ædibus vel territorio noſtro, *Bart. l. ne quid. arg. ill. text. ff. De incend. ruin. & naufr. Abb. c. 1. extra De reſtit. ſpoliat. Bald. l. 2. arg. ill. text. ff. De noxal. act. facit. l. 1. §. fin. C. De falſ. monet. l. 2. C. De his, qui latron. occult. l. 1. §. Is autem. ff. Si famil. furt. feciſſe dicat.* vel à ſervo noſtro alteri, *d. l. 2. ff. De noxal. act.* vel à ſervitoribus ſive famulis noſtris, vel filiis: hiſce enim caſibus ego alium defendere

atque juvare teneor, alioquin punior, *Gandin. in tract. De malefic. Rubr. De defens. à reo fiend. n. 12. Dec. l. servus. n. 7. C. De pact. Bald. c. veritatis. n. 8. extra De dol. & contum. Felin. c. Petrus. n. 3. 5. & 6. arg. ill. text. De homicid. facit quod docet Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. quæst. 10. & ibi Alex. n. 25. & Ias. n. 14. ff. De oper. nov. nunc. Bart. l. 1. §. familiæ. arg. ill. text. ff. De publican. text. c. constitutus. extra De test.* 33 Hoc tamen ita demum procedit, si injuria vel violentia sit talis, cui is, qui alium defendere cogitur, resistere potuit, alioquin verò secus est, *Felin. c. 1. n. 4. extra De offic. deleg. arg. l. item quæritur. §. exercitus. ff. De locat. & cond. c. 1. De nov. form. fidel. gloss. & Dd. c. 1. §. præterea. Quæ fuit prima causs. Curt. in tract. feud. 4. part. n. 59. facit l. Nepos Proculo. ff. De verb. oblig. l. impossibilium. & ibi Dec. ff. De reg. iur.* Secundò hoc fallit, si illum, quem defendere tenemur, absque periculo defendere non possumus: Namque nemo salutem propriam alienæ saluti præponere cogitur, *arg. l. præses. C. De servit. & aq. gloss. Bald. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. in princ. Quib. mod. feud. amitt. gloss. c. 1. §. si à morte. & ibi Dd. De alien. feud. patern. text. l. hoc demum. ff. De oper. libert. Iacob. de S. Georg. ver. & promiserunt. n. 18. Curt. in tract. feudal. 4. part. 8.* nisi hæc injuria domino, cui ratione dominii subjecti sumus, illata sit, *l. 1. §. occisorum. ff. Ad SC. Syllei.* Tertiò, nos nullâ pœnâ plectimur, si hisce personis, quos defendere obligamur, ideò non denunciaverimus injuriam vel violentiam injustam, quam alius illis machinatur, ut huic injuriæ vel injustæ violentiæ occurrere possint, quia hoc facinus sive hanc machinationem plenè probare non potuimus. *Dec. c. 1. n. 7. extra De offic. deleg. Felin. c. de cætero. n. 17. extra De sentent. & re iudic. Dec. d. l.*

culpa

culpa caret. n. 11. Matth. de Afflict. c. 1. §. praterea. Quæ fuit prim. cauſſ. arg. c. plerumq. & ibi gloſſ. 2. q. 7. c. ſi tantùm. & c. placuit. 6. q. 2. l. noſtris. C. De calumniat. Quartò aliqui 34
Dd. concludunt patrem, qui ſciens filium aliquid machinari contra patriam, Imperatorem vel alium quemcunque, illud non revelavit, nulla pœna puniri, *Felin. c. 1. n 4. & ibi Dec. n. 7. extra De offic. deleg.* In hoc tamen contrarium & melius tenet *Matth. de Afflict. d. §. præterea. n. 19. & 20. cuius ſententiam in tract. noſt. feud. in 9. part. ſecuti ſumus.* Quamvis illud certum ſit, ſi pater 35
facinus filii revelaverit, filium nunquam pœna capitali vel ordinaria, ſed extraordinaria arbitrio judicis puniendum, *l. milites. §. deſertorem. ff. De re mil. Capoll. tract. Cautelar. cautel. 1.* Et licet alium, vim vel injuriam 36
patientem exceptis perſonis, de quibus modò mentionem fecimus, defendere non teneamur: tamen ab omni eo, quod ad opem, auxilium vel conſilium injuriæ inferendæ ſpectat, abſtinere debemus, alioqui punimur, *l. is, qui opem. & ibi Bart. ff. De furt. l. non ſolum. §. ſi mandato. & ibi Bart. ff. De iniur. Bald. & Iaſ. l. 1. C. De ſerv. fugit. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extra De offic. deleg.* Ideoque eum, qui ex propoſito armatus aſſiſtit illi, qui alteri vim vel injuſtam violentiam infert, licet manum nullam admoveat maleficio. *Innoc. c. innocentia. extra De Cleric. percuſſ. Bald. l. 1. C. De ſerv. fugit. Bald. l. data opera. C. Qui accuſ. poſſ. Felin. c. 1. n. 14. extra de offic. delegat. & in c. ſicut dignum. arg. ill. text. extra De homicid. Card. Pariſ. Conſ. 164. n. 11. lib. 4. Conſ. 154. lib. eod. Ang. in tract. malefic. verbicrus Andreas armatus. n. 1.* item & eum, qui indicat ei, qui alium occidere vel lædere vult, ubinam ſit vel lateat ille, quem occidere ſtatuit, *Bald. l. ob hæc verba. n. 4.*

ff. De his, qui not. infam. Iaſ. l. 1. n. 21. C. De ſerv. fugit. nec non & eum, qui alteri vel offendiculum objicit, vel oſtium domus ſuæ dolo & ex propoſito claudit, ne is injuriam vel injuſtam violentiam effugere poſſit, ratione injuriæ vel injuſtæ violentiæ illatæ conveniri poſſe; reſponſum eſt. *Bald. d. l. ut vim. n. 9. arg. l. eleganter. §. ſi quadrupes. & ibi Bart. & Bald. ff. De dol. l. qui occidit. §. fin.*

37 *ff. Ad leg. Aquil. l. nihil. ff. Ad leg. Corn. de Sicar.* Et cùm res noſtræ, alter ſanguis noſter, judicentur, *arg. l. advocati. & ibi Bart. C. De advoc. diverſ. iudic. Bald. l. ſi tuis minimis. C. De oper. libert.* placuit non tantùm perſonæ ſuæ, ſed & rerum ſuarum defenſionem licitam eſſe, *l. 3. §. eum igitur. & ibi Bart. ff. De vi & vi arm. l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. und. vi. l. ſi quis in ſervitute. ff. De furt. l. prohibitum. & ibi Bart. C. De iur. fiſc. lib. 10. l. devotum. & ibi Bart. C. De metat. lib. 11. c. olim, extra De reſtit. ſpoliat. gloſſ. Bart. & Iaſ. & Dec. d. l. ut vim. Felin. c. 2. extra De homicid. Carrer. in pract. crimin. in tract. De homicid. §. circa quartum. n. 29.* Quod procedit, ſive illa res ſit corporalis ſive incorporalis, qualis eſt jurisdictio vel jus patronatus & ſimilis, *Bald. l. 1. n. 30. & 31. C. und. vi. Bart. l. 1. §. hoc interdicto. n. 3. ff. De itin. act. priv. Capoll. in tract. De ſervitut. ruſticor. præd. cap. 1. n. 38.* item ſive hæc res ſit noſtra, quoad plenum dominium, ſive quoad utile tantùm, *Bald. d. l. 1. n. 27. & 28. C. und vi. arg. l. 1. ff. Si agvect ig. vel emph. pet. l. ſi quis emptionis C. De præſcript. 30. vel 40. ann. iunct. l. invitus. §. cui damus. ff. De reg. iur.* Item etiamſi nos in iſta re ſolum jus detinendi ex juſta & legitima cauſſa habeamus, *arg. l. colonus. ff. De vi & vi armat. l. ſi duo. §. Cùm inquilinus. ff. Vti poſſid.* item, ſive hæc violentia ſit ablativa, *d. l. ſi quis in ſervitute.*

ſive

sive expulsiva, *d. §. cum igitur. d. l. 1. C. und. vi.* sive turbativa, *Bart. d. l. ut vim. n. 6. Bald. l. 1. n. 26. & 31. C. und. vi. Carrer. d. §. Circa igitur quartum. n. 32.* sive ædificando vel alio modo committatur, *arg. l. Quemadmodum. §. 1. ff. Ad leg. Aquil. l. si vitem. §. si ad ianuam. ff. Quod vi aut clàm. l. 1. C. ut nem. lic. sine iudic. auth. impon. sign. reb.* de quo tamen ultimo an & quibus casibus procedat, videte ea, quæ tradit *Bart. Alex. & Iaſ. in l. 1. §. nunciatio. ff. De oper. nov. nunc. Innocent. & Abb. c. 1. extra De immunit. eccleſ. Ang. §. aquè. n. 17. Inſtit. De action. Bart. l. 1. §. hoc interdicto. n. 9. ff. De itin. act. priv. Capoll. in tract. de ſervit. ruſtic. præd. cap. 3. n. 30.* item sive hæc violentia inferatur rebus noſtris authoritate judicis non ſervato ordine judiciario, *Bald. l. 1. n. 28. C. und. vi. arg. l. meminerint. C. cod. tit. l. fin. C. Si per vim vel al. mod.* vel, ſi tale delictum à nobis perpetratum fuerit, propter quod hanc rem amittere meremur, *arg. l. prohibita: & l. defenſionis facultas. C. De iur. ffc. lib. 10.* Item etiamſi hanc rem nullo jure poſſideamus, *Iaſ. d. l. ut vim.* Circa quod tamen annotandum, nobis indiſtinctè permitti defenſionem reſpectu rerum, quas nullo jure poſſidemus, adverſus videlicet alium, quàm eum, à quo hanc rem injuſtè poſſidemus, *l. 1. §. Qui vi à me. ff. De vi & vi arm. Bart. & Bald. l. 1. C. und. vi. Bart. l. 1. §. interdictum. ff. Vti poſid. fac. l. 1. §. fin. ff. cod. l. loci corpus. §. competit. ff. Si ſerv. vind.* 38

Contra, cùm autem cujus reſpectu rem injuſtè poſſidemus, defenſio permiſſa non eſt, ſi vis illata ſit

turba-

turbativa, *gloss. & Bart. l. 1. §. fin. arg ill. text. ff. uti possid. gloss. l. 1. C. eod. tit Bart. l. 1. in prin. Quæst. 7. ff. De oper. nov. nunciat.* vel etiam si sit expulsiva, si is, cujus respectu hanc rem injustè possidemus, habeat saltem civilem possessionem hujus rei, *Bart. l. 1. C. unde vi. Bart. d. §. interdictum. arg. l. clàm possidere. §. Qui ad nundinas, & ibi Bart. Alex. & Iaf. ff. De adquir. poss.* Sin autem is, cujus contemplatione rem injustè possidemus, nullam habeat possessionem hujus rei, nos hanc rem contra violentiam expulsivam ab ipso illatam, indistinctè tueri possumus, si possessionem hujus rei omninò vacantem adepti fuerimus, *arg. l. sequitur. §. item si occupaverit. ff. De usucap.* Sin autem possessionem hujus rei non omninò vacantem adepti fuerimus, nobis permittitur contra violentiam expulsivam, ab eo, cujus contemplatione hanc rem possidemus, tueri, si hæc vis inferatur ex intervallo, *gloss. d. §. Qui vià me.* secus verò est, si hæc violentia
39 inferatur in continenti, *d. §. eum igitur.* Deinde etiam hæc defensio usque adeò licita est, ut eum, qui rebus nostris violentiam inferre nititur, capere authoritate propriâ, & ad judicem deducere liceat. *l. si quis in servitute. & l. interdum. §. qui furem. ff. De furt. c. 2. extra De homicid. l. 1. C. De rapt. virg. Bald. l. 1. n. 27. C. unde vi. Bart. l. cum eo. ff. Ad leg. Iul. pecul. Bart. & Bald. l. fin. C. De exhib. reis.* Dummodò illum ultra 21. horas non retineamus in nostris privatis vinculis, *arg. l. capite quinto. & ibi Bart.*
40 *ff. Ad leg. Iul. de adult.* Quinimò pro defensione rerum nostrarum alium licitè interficimus, si res nostræ nobis aliter salvæ esse non possint, *l. furem. & ibi Bart. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. l. itaq. ff. Ad leg. Aquil. Felin. c. significasti. Cl. 2. extra De homicid. Iaf. d. l. ut vim facit. l. Quoniam multa.*

multa. C. Ad leg. Iuli. de vi publ. Quod tamen ita demum procedit, si nos periclitemur de amissione rerum, quæ sunt magni precii, secus autem est, si hæ res, de quarum amissione periclitamur, sint viles, *Ias. d. l. ut vim. Idemq. Ias. §. omnium, n. 69. infra h. t. Bald. l. 1. n. 2. C. De locat. cond. Felin. c. 2. n. 2. extra De homicid. text. l. Scio. ff. De in integr. restit. min. arg. l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. Ad leg. Aquil.* id est, quæ non excedunt valorem duorum aureorum: namque licet periclitemur de earum perditione, hominem interficere non licet, *arg. l. si bovem. §. fin. cum leg. seq. ff. de dol. iunct. l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores. ff. Ad leg. Iul. de adult.* Secundò hoc fallit in Clericis, quibus pro defensione rerum hominem interficere indistinctè non licet, *c. suscepimus. & ibi Abb. n. 1. extra De homicid.* Tertiò hoc fallit in foro conscientiæ, *Ias. d. l. ut vim. n. 22. & 27.* Præterea & illi, qui nobis respectu rerum nostrarum violentiam inferre nititur, etiam antequam ad res nostras appropinquet in itinere occurrere, eumque quolibet modo ab inferenda violentia repellere possumus, etiam antequam ad prædium vel agrum nostrum, ex quo nos expellere nititur, accedat, *Bald. l. 1. n. 29. C. und. vi. facit quod docet Corn. Cons. 162. lib. 1. arg. l. 3. §. transfugas. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. l. Cæsar. ff. De public. l. Quis sit fugitivus. §. Idem ait interrogatus. ff. De ædil. edict. Bald. l. si fugitivi. & ibi Cæpol. n. 66. C. De serv. fugit. Bald. l. arboribus. ff. De usufr.* Quod tamen ita demum verum est, quando certò constat, aliquem ejus propositi esse, ut nobis vim inferre velit, turbando videlicet nos in possessione rei nostræ, vel ex possessione rei nostræ expellere: alioquin verò secus est, *arg. eius quod docet Bald. d. l. si fugitivi. & ibi* 41

42 *Capell. n. 68. facit. l. meritò. ff. Pro soc.* Deinde etiam pro defendendis rebus noſtris, amicos atque vicinos noſtros convocare, *Bart. l. prohibitum. n. 3. C. De iur. fiſc. lib. 10. Bart. l. devotum. C. De met. at. lib. 12. Andr. de Iſern. c. 1. De milit. vaſall. qui contum. Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. c. 1. §. Conventicula. De pac. iur. firmond.* turcos item & infideles pro defenſione noſtra in auxilium vocare licet. *Oldrad. Conſ. 71.* Cui enim conceditur aliquid impunè facere, ſemper videtur eidem conceſſum, ut illud facere poſſit convocatis aliis, *Laſ. l. 1. §. fin. n. 5. ff. De oper.*

43 *nov. nunc. Bald. c. fin. col. 2. extra De iurament. calum.* Et non tantùm res noſtras, ſed etiam alterius, licet is penitùs extraneus ſit, defendere permiſſum eſt, *arg. d. l. ſi quis in ſervitute. & ibi Bart. ff. De furt. d. l. devotum. & ibi*

44 *Bart.* Præterea defenſio cuilibet permiſſa eſt, etiam Clericis, Monachis & Servis, *Ioan. de Lign. in tract. De bell. cap. 84. verſ. Tertiò quæro. Dec. d. l. ut vim. n. 8.* item animalibus brutis, *l. 1. §. cùm arietes. ff. Si quadr. paup. feciſſ. dic.* nec non etiam omni tempore, *c. quod non eſt licitum. extra De reg. iur. arg. gloſſ. l. fin C. De feriis:* quod & ſacris literis approbatum, exemplo Maccabæorum docetur, qui die Sabbati in honorem DEI ſacrato, hoſtes ſuos, qui illis oppugnabant, ad defenſionem ſuam fuderunt fugeruntque, *Maccab. cap. 2. lib. 1.* Similiter & omni loco, etiam in eccleſia vel domo Principis aut Imperatoris ſeſe defendere licitum eſt, adeò ut reſponſum ſit, etiam presbyterum divina celebrantem, aggreſſorem ſuum in eccleſia impunè interficere, & non obſtante hoc homicidio, divina miniſteria ritè peragere, *Ioan. de Lign. in tract. De bell. cap. 84. verſ. Tertiò quæro. Dec. d. l. ut vim.*

45 *n. 8.* Et non tantùm contra injuriam, ſed & contra quam-

quamlibet violentiam injustam defensio permissa est, sive hæc violentia inferatur ab animalibus brutis, *d. l. cùm aretes.* sive ab hominibus dormientibus, furiosis vel mente captis, *Bart. d. l. ut vim. n. 5. & ibi Ias. n 20. Dec. n. 29. Bald. d. l. 1, n. 38. C. und. vi.* item & contra damnum inferendum nobis à re inanimata igne nempe vel aquarum impetu, se suaque cuilibet & defendere & munire licet, *arg. l. si alius. §. est & alia. & ibi Bart. ff. Quod vi aut clàm. l. si quis fumo. §. 1. & ibi Bald. ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. sunt autem qui putant. ff. Ne quid in flum. publ. Bart. l. 2. in princ. ff. Ad leg. Rhod. de iact.* Eodem modo se defendere contra quemlibet, & eum, qui alteri injuriam vel injustam violentiam infert ad defensionem suam interficere vel lædere concessum est, sive alteri injuriam injustè inferat, Clericus, *c. si verò. Cl. 1. extra De sentent. excommun. Bald. l. 1. n. 41. C. und. vi. Dec. d. l. ut vim. n. 6.* Papa vel Imperator *Ioan. Andr. c. felicis. De pœnis. lib. 6. Anar. de Isern. in Constit. regn. in tit. De inur. offic. illat. Matth. de Afflict. c. 1 §. toto. n 14. Quæ sunt prim. causs.* Cardinalis, *gloss. c. fin. verb. perussent, l. pœn. lib. 6. Ang. d. l. ut vim. & ibi Dec. n 7. Matth. d. Afflict. d. §. porrò. n. 14.* Abbas, *Card. Clem. 1. ver. præfatæ. De stat. Monach. Dec. d. l. ut vim. n. 7.* Dominus feudi, *gloss. Andr. de Isern. Alvarott. præpos. & Matth. de Afflict. d. §. porro. Matth. de Afflict. c. 1. §. sed & qui delator. n. 41. Quæ fuit prim. causs. & dixi de hoc latiùs in tract. meo feudal. 9. part. circ. 15. causs. privat. feud. fallent. 2.* Pater vel filius noster, *gloss. l. minimè. ff. De religios. & sumptibus funerum*, vel etiam magistratus quilibet, *Bald. Ias. & Dec. d. l. ut vim. Boër. Decis. 364. n. 6.*

46 Circa hoc tamen advertendum magistratibus alicui vim vel injustam violentiam alicui inferentibus resistere licitum esse, indistincte, quando magistratus non servato ordine judiciorum, sed extrajudicialiter vim vel injuriam infert, *Bart. in Constit. Qui sint rebell. ver. rebellando. Innoc. Abb. Felin. & Dec. c. si quando. extra De offic. deleg. Bald. l. ab executione. C. Quor. appell. non recip. Bald. Ias. & Dec. d. l. ut vim. Bald. l. 1. Quæst. 12. C. und. vi. Alex. Cons. 144. lib. 1. arg. l. prohibitum. C. De iur. fisc. lib. 10. l. factum à judice. ff. De reg. iur. c. conquerente. & ibi Abb. extra De restit. spoliat. gloss. l. non videntur. §. qui iussu. ff. De reg. iur. Dyn. c. Quod quis mandato. De reg. iur. lib. 6.* Idem est, si magistratus procedendo judicialiter alteri injuriam vel violentiam injustam inferat, si vel damnum quod irrogatur, per hanc injuriam vel violentiam injustam sit irreparabile, ut puta, si judex mandet aliquem suspendi vel torqueri. *Abb. Felin. & Dec. d. c. si quando. Paul. de Castr. Ias. & Dec. d. l. ut vim. Ioan. de Plat. d. l. devotum. & d. l. prohibitum. Philip. Franc. c. dilecto. De sentent. excomm. lib. 6. Hippol. de Marsi. l. 1. in prin. n. 68. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. arg. c. non in inferenda. 23. q. 3. c. hi qui. 14. q. 6. Bart. l. si alius. §. bellissimè. ff. Quod vi aut clam. Alex. & Ias. l. 4. §. condemnatum. ff. De re iudic. Ias. l. 3. §. si servus. ff. De adquir. possess. Ias. Cons. 60. lib. 1.* vel si injuria à magistratu illata sit notoria, *Abb. Felin. & Dec. d. c. si quando. Ias. & Dec. d. l. ut vim. Alex. Cons. 144. n. 2. lib. 2. Philip. Melanth. in Epit. philosoph. moral. lib. 2. Tit. Licetne privat. interf. tyrannos. arg. c. ex literis. extra De offic. deleg. gloss. c. non debet. 11. q. 3.* vel si à magistratu in aliqua causa ad superiorem appellatum sit, isque nihilominus post interpellationem interpositam in ista causa procedat.

Innoc.

Innoc. Abb. Felin. & Dec. d. c. si quando. Oldrad. Consil. 89. Bald. & Dec. d. l. ut vim. Bald. l. addictos. C. De Episcop. aud. Petr. de Anchor. c. ea, quæ. q. 10. De reg. iur. lib. 6. Paul. de Castr. l. Episcopale. C. De Episcop. aud. Extra hos autem casus magistratui alicui vim vel injuriam inferenti resistere non licet, *gloss. 1. d. l. ut vim. Philip. Mel. in d. tit. Licetnè privat. interfic. tyran. arg. l. iniuriarum. §. Si quis. ff. De iniur.* Neque tantùm eum, qui nobis vim vel injuriam infert, sed & socium ejus, qui ei ad hoc quolibet modo opem vel auxilium præstat, pro defendenda persona nostra vel rebus nostris licitè offendimus, *Bald. l. 1. n. 20. C. und. vi. Bald. l. 1. n. 5. arg. ill. text. C. De raptor. virg. Ang. in tract. De malefic. ver. & Titius se defendendo. n. 33. & ibi Augustin. Arimin. in addit. facit. l. raptores. C. De Episc. & Cler.* Quinimò & tertium penitùs innocentem pro defensione personæ lædere vel occidere licet, si aliter periculum vel injuriam evadere non possumus, *Bald. d. l. 1. n. 14. C. und. vi. arg. l. 2. & ibi gloss. C. Ad leg. Cornel. de Sicar. l. quemadmodum. §. Idem Labeo. ff. Ad leg. Aquil. l. Qui servandorum in princ. ff. De præsc. verb. l. 2. §. pen. ff. De aq. pluv. arcend.* Ideoque receptum est, eum, qui mortem sibi vel à tyranno vel alio minatum aliter evitare non potest, nisi alium penitùs innocentem interficiat, illum, alium impunè occidere, *gloss. l. si familia. verb. agi poterit. & ibi Bart. ff. Si famil. furt. feciss. dic. Bart. l. 2. ff. De noxal. act. Bald. d. l. 1. n. 24. C. und. vi. Bald. l. servo. C. Ad leg. Iul. de vi publ. Idemq; Bald. c. 1. §. iniuria. & ibi Matth. de Afflict. 4. Notab. n. 87. De pac. iuram. firman. Ioan. de Anan. c. ad liberandum. extra De Iudæ. Socin. Consil. 20. inter Consil. Francisc. Curt. Abb. c. sacris. n. 5. extra Quod met. causs. Dec. d. l. ut vim. n. 9. & d. l. velle* 47 48

non creditur. n. 2. ff. De regul. iur. & dixi in tract. meo feud. 9. part. 3. Fall. ad 15. cauſ. privat. feud. Similiter & is impunitus eſt, qui dum aliter mortem evitare non poteſt, alium aſtantem rixæ, vel ſe bono animo ad dirimendam rixam interponit, occidit: Exempli gratia, ſi interponens ſe rixæ forſan ſimul & aggreſſorem & aggreſſum apprehendit, & aggreſſor quia viribus prævaluit, ſeſe ab interponente liberet, & aggreſſum, quem interpoſitus tenet, omnino interfeciſſet, niſi is aggreſſus eum, qui ipſum tenet, interficiat, tunc enim is, qui tenetur, licitè hoc facit, *gloſſ. fin. & ibi Ang. l. 2. C. Ad leg. Cornel. de Sicar. Iaſ. d. l. ut vim. n. 33. Auguſtin. Arimin in addit. ad Ang. in tract. De maleſic. d. ver. & dictus Titius ſe defendendo. n. 34.* Eum quoque, qui dum ſe aliter defendere, atque mortis periculum evitare non potuit, arreptum puerum vel quem alium adſtantem adverſario objicit, atque illo veluti clypeo adverſarii ictus excipiat, licet is homo ab adverſario interficiatur, impunitum eſſe, reſponſum eſt, *Ang. Aret. in diſputat. ſua Incip. Attalus. Felin. c. ſignificaſti. Cl. 2. n. 14. extra De homicid.* 49 *Dec. d. l. ut vim. n. 9.* Sic & incendio orto, domum vicini, quæ eſt inter locum illum, in quo incendium ortum eſt, & domum meam licitè & impunè deſtruere poſſum, ne incendium ad domum meam ſerpat, eamq; conſumat, *l. ſi quis fumo. §. 1. & ibi Bald. ff. Ad leg. Aquil. l. ſi alios. §. eſt & alia. & ibi Bart. ff. Quod vi aut clàm. l. 3. §. quod autem ff. De incend. ruin. & nauſr. Bald. l. ad comparandas. n. 3. C. Mand. Abb. c. 1. extra De imm. eccleſ. Felin. d. c. ſignificaſti. n. 14. Auguſtin. Arimin. in addit. ad Ang. d. ver. & dictus Titius. n. 34. Ang. in tract. De maleſic. ver. Incendiario, n. 10. Felin. c. tua nos, extra De homicid.*

Addit.

Addit. ad Abb. c. si egressus. De iniur. Specul. §. 1. n. 58. De Actor. Et hoc quidem indistinctè procedit, quando quis incendio orto, domum vicini ad defendendas ædes suas destruit auctoritate judicis, *d. §. Est & alia. Francisc. de Rampon. inter Cons. criminal. Consil. 31. lib. 1.* Idem est, si illud absque judicis authoritate fecerit, & incendium pervenerit usque ad ædes destructas, *d. §. Est & alia.* Sin autem incendium non pervenerit ad ædes vicini destructas, is qui vicini ædes incendii arcendi caussa destruxit, domino ædium omne damnum resarcire cogitur, *d. §. Est & alia. Ang. d. ver, incendiario. n. 10.* Et licet illo casu, quo incendij arcendi caussa domo destructa vel iudicis authoritate accedente, vel incendio serpente ad locum ædium destructarum, is, qui ædes illas destruxit, nec pœna ulla puniri possit, neque domino ædium damnum sive æstimationem ædium destructarum solvere cogatur: cùm tamen hisce ædibus destructis tota vicinia ab incendii metu conservata fuerit, responsum est, ei, cujus domus incendii arcendi caussa destructa est, contra vicinos suos ex æquitate actionem dari, ut ipsi vicini unusquisque pro rata æstimatione suarum ædium atque rerum, quæ ipsis propter hanc destructionem conservatæ fuerunt, contribuant, atque illi damnum perpessum resarciant, *Specul. d. §. 1. n. 58. De actor. Guilhel. de Cugneo. Bart. & Bald. l. 2. arg. ill. text. ff. Ad leg. Rhed. de iact. Iacob. Butrig. & Alber. de Rosat. l. si quis fumo. §. 1. ff. Ad leg. Aquil. Felin. d. c. tua nos. Paul. de Castr. Consil. 220. Benoven. Stracc. in tractat. de mercator.*

Tit.

Tit. De naut. 5. part. ver. Sed nec est. n. 2. Francis. de Rampon. inter Consil. crimin. Cons. 30. lib. 1. Hoc tamen ita demum verum est, si is, cujus ædes incendii arcendi causſa destructæ sunt, ratione damni neminem alium convenire possit, ut puta, si sit dubium, ex quibus ædibus incendium ortum fuerit, *Bald. l. si creditor. C. De pignor. act. Ludov. Roman. Cons. 401. Alex. Cons. 50. lib. 1. Iaſ. l. si quis ex argentariis. §. Prætor. ff. De edend. Iaſ. l. domos. ff. De legat. 1. Card. Pariſ. Cons. 87. lib. 4. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 56. n. 4. arg. l. licet. §. fin. ff. Naut. caup. ſtab. l. ſi verò. §. ſi Mæviam. ff. De his qui deiecer. vel effud.* vel si sit quidem certum, ex cujus ædibus incendium ortum fuit, sed hoc incendium sit ortum vel casu fortuito, *arg. l. contractus. ff. De reg. iur. l. quæ fortuitus. C. De pignor. act.* si probetur dominum illarum ædium alioquin vigilem & diligentem fuisſe, *Bald. Conſ. 442. Incip. Quidam nomine Reſtorius. lib. 3. & Conſ. 491. lib. 4. Alex. Conſ. 50. n. 12. lib. 1. Alex. l. ſi quis ex argentariis. §. prætor. ff. De edend. Alex. & Iaſ. d. l. domos. Thom. Ferrat. Caut. 36. Conſ. criminal. Conſ. 93. n. 10. lib. 1. Hippol. Sing. 74. n. 6. & Sing. 393. Crot. repetit. l. 4. §. Cato. n. 76. ff. De verb. oblig. Socin. tract. Regul. Reg. 178. Iaſ. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. Si quis caution. Franciſc. Nicont. Repetit. Rubr. n. 48. C. De edend.* vel si sit ortum culpa leviſſima domini ædium in negligendo conſiſtente, *Alex. Conſ. 50. lib. 1. itemq; in d. §. Prætor. & d. l. domos. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 56. & ibi Thom. Grammat. Thom. Ferrat. Caut. 36. Auguſt. Arimin. in addit. ad Ang. d. ver. incendiario. n. 7. arg. l. ſi uſusfructus. §. denig. ff. De uſufr. Iaſ. l. ſi mora. ff. Solut. matr.* Quod in dubio semper præsumitur, *gloſſ. & Ang. §. præterea. infra Quib. mod. re contrah. oblig. Alex. d. Conſ. 50. lib. 1. Alex. & Iaſ.*

& Iaſ. d. §. prætor. & d. §. domos, Auguſtin. Arimin. d. verb. Incendiario. Corn. Conſ. 242. lib. 1. Iaſ. l. ſed etſi. §. quæſitum. n. 41. ff. Si quis caution. Matth. de Afflict. d. deciſ. 56. & ibi Thom. Grammat. Thom. Ferrat. caut. 30. Card. Pariſ. Conſ. 87. n. 11. lib. 4. Secus verò eſt, ſi probetur incendium ortum dolo lata vel levi culpa ejus, qui iſtam domum incoluit, vel etiam leviſſima culpa in faciendo conſiſtente, *arg. l. in l. Aquilia. ff. Ad leg. Aquil.* tunc enim, quia ille, cujus domus incendii arcendi gratia deſtructa eſt, ordinariam actionem habet contra illum, cujus dolo vel culpa incendium ortum fuit, *Salic. l. Quæ fortuitis circ. fin. C. De pignor. act. Ang. Conſ. 93. Felin. d. c. tua nos. addit. ad Bald. d. l. 2. in princ. ff. Ad leg. Rhod. de iact.* non debet domino ædium deſtructarum permitti extraordinariâ actione æſtimationem damni perpeſſi à vicinis ſuis petere, *Franciſc. de Ramp. in Conſ. criminal. Conſ. 30. lib. 1. arg. l. in cauſſa. la 2. in prin. ff. De minorib. Bart. Alex. & Iaſ. l. in provinciali. §. 1. ff. De oper. nov. nunciat.* niſi forſan is, cujus dolo vel culpa incendium ortum fuit, non ſit ſolvendo, *Franciſc. de Rampon. intra Conſ. crim. Conſ. 30. lib. 1. arg. l. fin. in princ. ff. De eo, per quem fact. fu. l. nam inanis. ff. De dol. c. olim. Cl. 2. & ibi Abb. extra De reſtit. ſpoliat.* Deinde is, cujus domus incendii arcendi cauſa deſtructa fuit, non integri damni, quod perpeſſus eſt, reſtitutionem petere poteſt, ſed ipſe pro rata ſua hoc damnum agnoſcere cogitur, *Add. ad Abbat. d. c. ſi egreſſus. arg. gloſſ. l. 1. ff. Ad leg. & Rhod. de iact.* Et licet *Felin. in. d. c. Quæ tua*, tradat doctrinam Dd. quæ vult, eum, cujus ædes incendii arcendi cauſſa deſtructæ fuerunt, à vicinis damni emendationem poſtulare poſſe, tunc demum procedere, quando hæ ædes ad abundantem cautelam

destructæ fuerunt: secus autem esse inquiat, si hæ ædes omnino perituræ fuissent, *arg. d. l. si quis fumo. §. 1. d §. Est & alia. & d. §. quod autem.* Ego tamen verissimum credo, doctrinam Doctorum indistinctè procedere, etiam quando ædes destructæ omninò alioquin perituræ fuissent: namque licet eo casu, quo ædes destructæ alioquin omninò perituræ fuissent, domino ædium secundum jus strictum, tanquam ipse damnum perpessus fuerit, nulla actio contra destruentem vel vicinos detur, *d. l. si quis fumo. §. 1* cùm tamen hæc destructio fuerit facta ad arcendum incendium & vicinorum ædes conservandas ex æquitate ipsi, cujus ædes destructæ fuerunt, actio datur, ad emendationem damni contra vicinos, quibus hæc destructio profuit: sicut & illi, cujus merces & navis & aliarum mercium servandarum gratia in mare projectæ fuerunt, actio datur ex æquitate ad consequendam emendationem damni ab iis, quorum gratia hîc jactus factus fuit, licet hæ merces jactu non facto æquè perituræ fuissent, *l. 1. & l. 2. ff. Ad leg. Rhod. de iact.* quamvis de stricto jure illi actio nulla competat,
50 *l. qui servandarum in prin. ff. De præsc. verb.* Illi autem, qui se vel sua aliter tueri potest, alium quàm illum, qui ipsum lædit vel offendit, occidere, vulnerare vel offendere non licet, *arg. c. ita ne. 32. q. 5. c. sacris. & ibi Abb. extra Quod met. caus.* & si ipse contra hoc fecerit, si quidem dolo, cùm pro admissi qualitate, vel lege Cornelia de Sicariis vel actione injuriarum teneri judico, *tot. tit. ff. & C. De iniur. item, Ad leg. Corn. de Sicar.* Sin autem ipse hoc fecerit non dolo, sed culpa etiam lata, *arg. l. in lege. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. Bart. l. 1. in princ. ff. Si quis test. lib. esse iuss. fuer.* ipse non quidem pœna legis Corneliæ de Sicariis vel injuriarum

rum tenetur, sed tamen ad damnum resarciendum ex lege Aquilia conveniri potest, *Dec. d. l. ut vim facit. quod docet Iaſ. in l. 1. n. 18. ff. De legib. Iaſ. l. clam poſſidere. §. Qui ad nundinas. n. 57. ff. De adq. poſſ.* etiamsi culpâ leviſſimâ alium læserit, *arg. l. in lege. ff. Ad leg. Aquil.* Sin autem quis seſe defendendo alium innocentem abſque omni culpa & dolo, solo casu fortuito læserit vel occiderit, ipse secundum quidem juris civilis disposition em, nulla omnino pœna plectitur, adeò, ut nec læso damnum restituere cogatur, *arg. l. reſpiciendum. §. delinquunt. & ibi Bart. ff. De pœn. l. ſi cum ſervo. ff. De iniuriis*: sed secundum, quod jus Saxonicum disponit, si quis se defendendo, alium casu fortuito interfecit, ipse punitur pœnâ unius VVerigeldi parti applicanda, & pœna sexagenarum antiquarum judici applicanda, *Art. 38.* Landrecht. *lib. 2. gloſſ. Art. 38.* Weichbild. *In appendice ſententiarum, adiuncto Speculo Saxonico &* dem Weichbild. *Tit.* Todtſchläge ohne Vorſatz. Quam disposition em juris Saxonici, cùm illa non refragetur juri divino, naturali vel gentium, sed juri civili tantùm, valere judico, *arg. §. ſed naturalia. infra h. t. noſt.*

Præterea non tantùm contra illam injuriam vel violentiam, quæ reipsa infertur, sed etiam contra illam, quæ verbis vel alio modo infertur, & vel famam, honorem vel existimationem nostram lædit, defensio permissa est, *Iaſ. & Dec. d l. ut vim. n. 36. Bart. l. Qua omnia. §. 1. arg. ill. text ff. De procurat. & arg l iuſta. & ibi gloſſ. ff. De manumiſſ. vind. l. iſti quidem. ff. Quod met. cauſſ. Iaſ. l. tranſigere. C. De tranſact. l. libertus à patrono. ff De in ius vocand. l. Qui cùm minor. §. ſi libertus. ff. De bon. libert. l. Iulianus. ff. Si quis omiſſ. cauſſ. teſtament. c. ex merito. c. deteriores,* 51

riores, & c. ſumma iniquitas. 6. q. 1. Petr. de Anchor. Conſ.
52 *325.* Non tamen contra quamlibet violentiam, ſed contra eam, quæ injuſta eſt, nos defendere permittitur: contra eam verò violentiam, quæ juſtè alicui infertur, defenſio permiſſa non eſt, ſive hæc violentia inferatur à magiſtratu, *gloſſ. d. l. ut vim. & ibi Bart. n. 3. Dec. n. 1. & 21. arg. l. Qui reſtituere. ff. De rei vendic. l. ſi quis juſſus. ff. Ne vis fiat.* ſive à privato, *arg. l. itaq. ff. Ad leg. Aquil. l. ſi ſervus. C. De his qui ad Eccleſ. confug. l. 2. C. Quand. lic. ſine iud. ſeſe vindic.* Ideoque ſonti qui ſervato judiciorum ordine condemnatus ad ſupplicium ducitur, ſeſe defendere non permittitur, *Bald. c. 1. col. fin. extra De offic. deleg.* Similiter & nocturno depopulatori agrorum, item obſeſſori viarum, *l. 1. C. Quand. lic. ſin. iudic. ſe vindic.* & militi transfugæ, quos cuilibet privato interficere licet, *l. 3. §. transfugas. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.* nec non adultero, quem indiſtinctè pater cum filia ſua in poteſtate ſua conſtituta deprehenſum, *l. patri, cum quatuor ll. ſeq. ff. Ad leg. Iul. de adult.* maritus verò ita demum ſi vilis ſit, occidere poteſt, *l. marito. ff. Ad leg. Iul. de adult:* bannito, qui ex diſpoſitione ſtatuti impunè lædi vel occidi poteſt, *Bart. & Dec. d. l. ut vim,* violento poſſeſſori, quem ſpoliatus licitè dejicit, ex poſſeſſione rei, quâ ſpoliatus fuit, contra vim, juſtè & lege permittente illatam ſe defendere non permittitur, *arg. l. 3. §. eum igitur. ff. De vi & vi arm. l. Quoniam. C. Ad leg. Iul. de vi public. iunct. l. clàm poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. De adquir. poſſeſſ.* Eodem modo & debitori fugitivo & cuilibet alio quem leges capere permittunt, contra capturam ſeſe defendere non licet, *l. ſi ſervus. & ibi Bart. C. De his, qui ad Eccleſ. confug. Bald. l. ſi ut allegas. C. Ad leg. Corn. de Sicar.*

de Sicar. Iaſ. §. omnium. n. 76. infra De actione. Præterea filio contra patrem, *arg. l. 4. C. De patr. poteſt. Felin. c. cùm contingat. n. 8. extra De for. competent. Bart. d. l. ut vim,* vel matrem, *arg. l. contra. C. De patr. poteſt. l. furioſo. ff. De curat. furioſ. l. veluti. ff. De iuſtit. & iur.* etiam ſpiritualem, *arg. c. qualis. 2. q. 7. gloſſ. fin. c. pietati. 30. q. 3.* fratri minori contra fratrem majorem, *Bald. l. 1. C. De emend. propinq.* minori conſanguineo contra majorem natu, *arg. l. 1. C. De emend. propin. §. Duorum. infra De nupt.* ſervo contra dominum, *arg. §. 1. De his, qui ſunt ſui vel alien. iur. l. 2. ff. eod. tit.* famulo ſive mercenario contra eum, qui illum conduxit, *Alex. Conſ. 75. lib. 2. arg. gloſſ. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. De pœn.* monacho contra Abbatem, *Ioan. de Lignan. in tract. De bell. cap. 87. verſ. Sextò quæro. Dec. c. ad noſtram. extra De appellat.* ſubdito contra prælatum, *arg. c. cùm beatus. Diſtinct. 45. c. nemo. Diſt. 84.* uxor marito, *arg. l. conſenſu & Auth. ſed novo. C. De reſcind. vend. gloſſ. c. ſicut alterius. 7. q. 1. gloſſ. & Abb. c. quemadmodum. extra De iureiur. Abb. & Felin. d. c. cùm contingat, gloſſ. l. ſed etſi quemcung. §. fin. ff. Ad leg. Aquil. Bald. l. ſi filius. C. De patr. poteſt. Iaſ. l. miles. §. qui iudicati. ff. De re iudic. Card. Pariſ. Conſ. 54. n. 33. lib. 4.* diſcipulo contra præceptorem, ipſum modicè caſtigantem vel corrigentem ſe defendere non licet, *arg. l. ſed & ſi quemcung. §. fin. ff. Ad leg. Aquil. l. Item quæritur. §. item Iulianus. ff. De locat. conduct. c. 1. & c. ex tenore. & c. cum voluntate. §. fin. extra De ſentent. excommun. c. circumcelliones. 23. q. 5. Bart. Conſ. 104. lib. 1.* Hoc tamen ita demum procedit, ſi læſio ſive correctio, quæ infertur à parente, fratre, conſanguineo, domino, abbate, prælato, marito vel præceptore moderata ſit: ſecus autem ſi injuria ab illis illata

atrox & immoderata sit: tunc enim contra has personas licita est, *gloss. l. minimè. ff. De reliq. & sumpt. funer. Card. Clem. 1. ver. præsata. De stat. monach. Dec. c. ad nostram. n. 1. extra De appell. arg. l. 2. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur. l. præceptoris. ff. Ad leg. Aquil. c. presbyterum. extra De*
54 *homicid. Alex. Cons. 75. lib. 3. Dec. d. l. ut vim. n. 22.* Similiter & illi, qui verbis justè læditur, cui videlicet tale crimen objicitur, quod verum est, quodque sciri publicè expetit, *l. eum, qui nocentem, in princ. & ibi Bart. ff. De iniur. l. si quidem. C. eod. tit. Abb. c. fin. extra De iniur. Alex. & Ias. l. Et si pepercit. ff. De lib. & posth. Dd. c. cum. extra De re iudic.* sese defendere non licet, *Alex. l. fin. n. 3. ff. Quod quisq; iur. Felin. c. dilecti. n. 10. extra De except. Dec.*
55 *l. ut vim. n. 36. ff. De iustit. & iur.* Præterea ad hoc, ut defensio licita sit, requiritur, ut illa fiat cum moderа-
56 mine inculpatæ tutelæ, *l. 1. C. und. vi.* Quod tamen moderamen variatur pro qualitate injuriæ illatæ: namque aliud moderamen exigit injuria verbalis, aliud injuria realis, Et in injuria reali distinguitur illa injuria sive violentia, quæ personæ infertur ab injuria sive vio-
57 lentia, quæ rebus infertur. Circa primum, injuriam nempe verbalem, annotandum, quòd verbalem injuriam verbis tantùm non autem verberibus repellere liceat, *Bald. l. 1. n. 16. C. und. vi. facit quod docet Ang. l. si adulterium cum incestu. l. Imperatores. ff. Ad leg. Iul. de adult. Alex. Cons. 76. n. 1. lib. 1. & Cons. 119. n. 10. lib. 7. Augustin. Arimin. in addit. ad Angel. in tract. De malefic. ver. Et dictus Titius. n. 28.* Quinimò non quibusque verbis, sed illis tantùm, quæ tendunt non ad vindictam, sed excludendum crimen vel injuriam illatam, defendere nos, permissum est. Ideoque eum, qui aliquem vocavit

cavit latronem, furem, scelestum, proditorem, vel quod simile crimen objecit, non permittitur injuriato defendendi sui gratia vocare latronem, furem, scelestum, proditorem, vel illi simile aut majus vel levius crimen objicere, quia hoc non tendit ad defensionem, sed ad vindictam, *Archid. & Domin. c. neganda. 3. q. 11. Specul. §. 1. vers. Quod si te vocavi latronem. n. 11. De accusat. Abb. c. Dilecti, & ibi Felin. n. 10. extra De except. Abb. c. cùm te. n. 25. extra De sentent. & re iudic. Abb. c. 1. n. 2. extra De iniur. Dec. d. l. ut vim. n. 36. facit quod docet Alex. l. fin. ff. Quod quisq; iur. Ord. Cons. 53. Socin. Cons. 118. n. 5. & Cons. 146. n. 12. lib. 1. Petr. de Anchor. Cons. 325. Felin. c. 1. extra De except. Addit. ad Abb. 5. fin. extra De iniur.* Sed ei, qui nobis verbalem injuriam infert, crimen nempe nobis objiciendo, si hoc crimen falsum sit, licitè dicimus, tu mentiris: Quia hoc non ad vindictam, sed ad defensionem, ad excludendam nempe injuriam nobis illatam, tendit, *Bart. l. Quæ omnia. §. 1. ff. De procurat. Alex. l. fin. n. 3. & ibi Ias. n 5. ff. Quòd quisq; iur. Alex. d. l. Sed etsi pepercit in princ. & in d. l. si quis extraneus in princ. ff. De adquir. hered. Abb. d. c. cum tè. n. 25. Felin. d. c. Dilecti. n. 10. Ias. & Dec. d. l. ut vim. n. 36.* Quinimò ei, qui nobis falsum crimen objicit, licitè dicere nos posse, credo, tu mentiris ut scelestus, fur, latro & proditor: Tum quia omnis is, qui confingit aliquid contra innocentem, quod illius honorem, famam vel existimationem lædit, vel propter quod ipse vitæ, famæ vel aliud periculum incurrere possit, scelerate agit, & furi, latroni ac proditori æquiparatur, *c. ex merito. c. deteriores. & c. summa iniquitas. 6. q. 1. Ias. §. fin. inst. de actio. Pet. de Anch. Cons. 325.* Tum quia

hæc

hæc verba, ut sceleſtus, fur, latro & proditor, cùm ad qualificationem verbi, mentiris, adjiciantur, per ſe novam injuriam non faciunt, *Bart. l. apud Labeonem. §. convitium. ff. De naut.* Tum quia mendacium aggravatur, non ex qualitate perſonæ, quæ mendacium profert, ſed ex animo proferentis & materia ſubjecta, *c. pravum ge-*
58 *nus. & c. mihi autem videtur. 22. q. 2.* Circa ſecundum, nempe injuriam realem perſonæ illatam, annotandum, illud diu inculpatæ tutelæ moderamen, quando quis in defendendo ſe, illum modum adhibet, abſque quo ſe aliter contra mortem vel injuriam perſonalem, *Bart. l. 1. n. 7. & ibi Bald. n. 10. C. und. vi. gl. c. ſignificaſti Cl. 2. & ibi Felin. n. 13. extra De verb. ſignific. Bart. d. l. ut vim. Bart. d. l. furem. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. Abb. c. olim. Cl. 1. extra De reſtit. ſpoliat. Alex. Conſ. 76. & Conſ. 109. lib. 1. Conſ. 14. n. 10. lib. 3. Conſ. 119. n. 4. lib. 7. Ang. in tract. De malefic. ver. Et d. Titius ſe defendendo. n. 7. arg. l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff. Ad leg. Aquil.* vel ſaltem periculum mortis, *Bart. Conſ. 16. lib. 2. Com. Conſ. 134. n. 3. lib. 3. Ang. in tract. De malefic. d. ver. & dictus Titius. n. 10. arg. l. 2. C. Ad leg. Corn. de Sicar.* aut injuriæ perſonalis, tueri non potuit, *Iaſ. l. ut vim. n. 10. Alex. Conſ. 76. n. 3. lib. 1.* Nec requiritur ad hoc, ut defenſio licita & legitima reputetur, ut expectet is, qui ſe defendere vult, alium ſeſe percutere, *arg. l. 1 & ibi Bald. C. Quand. lic. ſin. iudic. ſeſe vindic.* ſed ſufficit adverſarium noſtrum & animo nos lædendi, & in potentia vicina læſioni, nosque aliter periculum evitare non poſſe, *Bald. l. 1. n. 15. C. und. vi. d. §. Qui cum aliter.* Nec etiam neceſſariò requiritur ad moderamen inculpatæ tutelæ armorum paritas. Quid enim ſi is, qui cum pugno vel baculo nos lædere nititur, ſit ſuperior viribus,

viribus, ut eum non pugno vel baculo, sed non nisi ferro repellere possimus, certè licitum est, eum ferro repellere, *gloss. Bart. & Bald. l. 1. C. und. vi. Abb. c. olim. Cl. 1. n. 15. extra De restit. spol. Gandin. in tract. De malefic. Rubr. De defens. à reo fiend. n. 8.* Quid enim si alius nos aggrediatur cum ense vel baculo, neque nos habeamus ensem vel baculum, sed bombardam, nec aliter mortem, vulnera vel verbera effugere possimus, nisi illum bombardà vel sclopeto repellamus? certè licitum est aggredientem nos, etiam bombardà repellere, vel etiam transfigere, si aliter periculum evitare non possimus, *d. §. Qui cum aliter, arg. l. si quis filio exheredato. §. hi autem. ff. De iniust. rupt. irrit. fact. test. l. 1. §. fin. ff. De fer. l. Divus. ff. De petit. hered. l. de pupillo. §. si quis rivos. & ibi Bart. & Ias. ff. De oper. nov. nunc. c. quod non est licitum. extra De reg. iur.* Sed si dum ego venientem ad me, meque lædere volentem pugno vel baculo, absque periculo repellere potui, quod ex qualitate personarum reliquisque circumstantiis judicis arbitrio æstimandum relinquitur, *arg. l. 1. ff. De iur. delib. l. mora in princ. ff. De usur. l. 3. §. tu magis. ff. De testib. Abb. d. c. olim. Cl. 1. facit text. c. de causs. extra De offic. deleg.* eum gladio vel bombardâ repulero, inculpatæ tutelæ moderamen servasse non dicor, *gloss. & Bald. l. 1. C. und. vi. Abb. d. c. olim. Ang. hic.* Similiter is, qui dum aggressorem absque cæde vel vulnere repellere potuit, cùm vulneravit vel occidit, moderamen inculpatæ tutelæ non servasse dicitur, *arg. l. sed etsi quemcung. & ibi Bald. ff. Ad leg. Aquil. c. ut fama. extra De sentent. excomm. Abb. c. significasti. Cl. 2. n. 9. extra De homicid.* Præterea ad hoc, ut quis moderamen inculpatæ tutelæ servasse dicatur, requiritur, ut actus, quo quis sese

defendit, fiat non ad vindictam, sed ad defensionem. Ideoque eum, qui me offendere vel lædere nititur, antequam me lædat vel offendat, licitè repellere possum, *Bart. l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. Ad leg. Aquil. Bald. l. 1. C. und. vi. Abb. c. olim. Cl. 1. extra De restit. spol. Abb. c. significasti. Cl. 2. extra De homic. Ang. in tract. De malefic. ver. Et dictus Titius. n. 11. arg. l. sed etsi quacung. ff. Ad leg. Aquil. l. 2. & l. si quis percussorem. C. Ad leg. Cornel. de Sicar.* Cum verò qui me læsit vel offendit, etiam in continenti repercutere vel lædere vel fugientem insequi non licet, *Dec. Cons. 678. Bart. d. §. tabernarius. Bart. & Bald. d. l. 1. C. und. vi. Abb. d. c. olim. Abb. d. c. significasti. Ang. hic. n. 4. Ang. in tract. De malefic. d. ver. & dictus Titius. n. 11. §. sed si defendendi.* Nisi probabiliter timeatur, eum, qui nos jam læsit, offendit, vulnus inflixit, vel aliam injuriam corporalem intulit, denuò nos læsurum vel offensurum: tunc enim licitè contra hanc injuriam, denuò nobis inferendam defensio licita est, prout concludunt Dd. in locis prælegat: *arg. d. §. qui cum aliter.* Et hoc quod is, qui nos jam semel læsit, iterum nos læsurus sit, nisi fugam capiat circumstantiis aliis omnibus circumscriptis, in dubio præsumitur: ideoque eum licitè offendimus, *Bald. d. l. ut vim. Bald. l. 1. C. und. vi. Salic. l. 2. C. Ad leg. Iul. de adult. August. Arimin. in addit. ad Ang. in tract. De malefic. d. ver. Et dictus Titius. n. 12. facit text. c. semel malus. De reg. iur. lib. 6. l. 1. §. Cùm arietes. ff. Si quadr. paup. fecisse dic. Bald. d. §. tabernarius. Alex. Cons. 119. lib. 7. Ang. hic. n. 3. Bart. Cons. 16. n. 3. lib. 2. Cornel. Cons. 274. n. 12. lib. 1. Dec. d. l. ut vim. n. 10. Alex. Cons. 76. n. 4. lib. 1 Hippol. de Marsil. in pract. sua. §. Quoniam n. 72. Ias. Cons. 133. n. 3. lib. 1. Bertrand. Cons. 290. Incip. Pro feliciori, col. 1. & 2. lib. 3.*

lib. 3. Capoll. cauſſar. crimin. Conſ. 76. Idem eſt, ſi reus fugiat non animo penitùs recedendi, ſed tantùm declinandi ictus adverſarii, ſtatim adverſarium datâ occaſione rurſus aggreſſurus, *Alex. Conſ. 119. lib. 7.* Quinimò, ſi eum, de quo probabiliter dubitari poteſt, an nos offendere velit, pro defenſione noſtra lædamus, nos excuſatos eſſe reſponſum eſt à *Dec. Conſ. 678. Innoc. c. ſi verò. extra De ſentent. excomm. Ang. hic. n. 4. Ang. in tract. De malefic. d. ver. Et dictus Titius. n. 11. arg. l. ſed etſi quemcunq. ff. Ad leg. Aquil. l. Is qui aggreſſorem. C. Ad leg. Cornel. de Sicar. d. §. Qui cùm aliter. l. 1. C. Quand. lic. ſin. iud. ſeſ. vind.* Deinde etiam injuriam perſonæ illatam, etiam poſtquam illata eſt, & ex intervallo repellere licitum eſt, ſi illata injuria non ſit momentanea, ſed habeat tractum ſucceſſivum temporis: tunc enim quamdiu illa injuria durat, contra illam defenſio permittitur. Ideoque qui injuſtè in vinculis publicis vel privatis detinetur, quandocunque datâ occaſione & quocunque modo vincula atque carceres effringere, erumpere & evadere permittitur, & iſto modo ſe contra injuriam, quàm ex vinculis ſive injuſto carcere accipit, defendere, *Bart. d. l. vis eius. arg. ill. text. C. De probat. Alex. l. 1. §. Item ſi quis. ff. Ne quis eum, qui in ius vocat, vi exim. Alex. Conſil. 144. n. 6. lib. 2. facit quod docet Bald l. 2. C. De Epiſcop. aud. Bald. l. 1. C. ſentent. reſcind. non poſſ. Alex. l. Eum qui §. In popularibus. & ibi Ias. n. 15. ff. De iureiur. Tiraquell. in tract. De utroq. retract. part. 1. in præfat. n. 68.* Circa violentiam rebus noſtris illatam, 59 ita demum moderamen inculpatæ tutelæ nos ſervaſſe intelligimur, ſi & eum modum in propulſanda injuria ſive violentia ſervamus, abſque quo res noſtræ

nobis salvæ esse non possint, *Bart. l. furem. ff. Ad leg. Corn. de Sicar.* & vel violentiam illatam propulsamus, ne res nostras amittamus, per vim aut alio modo amissas incontinenti recuperemus, *l. 3. §. Eum igitur. & ibi Bart. & gloss. ff. De vi & vi armat. l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. und. vi. c. olim. Cl. 1. & ibi Abb. extra De restit. spol. l. si quis in servitute. ff. De furt. l. furem. & ibi Bart. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.* nisi adversarius noster res nostras vacantes occupaverit: tunc enim illas amissas etiam in continenti authoritate propriâ recuperantes, moderamen inculpatæ tutelæ servasse non dicimur, *Bart. l. 1. C. und. vi. Bart. l. 1. §. interdictum. ff. uti possid. arg. l. sequitur. §. item si occupaveris. ff. De usucap.* Quamvis tamen moderamen inculpatæ tutelæ transgressus dici non possim, si dum ego me accingo ad recuperandam possessionem meam vi, amicis meis se interponentibus atque promittentibus se facturos atque curaturos, ut possessor violentus mihi rem meam ultrò reddat, non obtemperans, auctoritate propriâ & vi possessionem amissam recuperem, maximè, si mea intersit potiùs vi quàm absque vi rem meam recuperare: tunc enim nec judici prohibenti mihi ne vi possessionem meam recuperem, obtemperare cogor. Ideoque si ego absque verberibus, vulneribus vel cæde aliquâ, vel vim mihi inferentem, respectu rerum mearum repellere, vel res meas recuperare volens pro defensione vel recuperatione rerum mearum adversario verbera, vulnera vel cædes intulero, moderamen inculpatæ tutelæ servasse non dicor, *d. l. sed etsi quemcunq. ff. Ad leg. Aquil. c. 2. extra De homicid. d. c. cùm olim.* Incontinenti autem res nostras recuperare dicimur cum moderamine inculpatæ tutelæ, si quidem res nobis

ablatæ

ablatæ vel ereptæ mobiles sint, antequam fur vel raptor illas detulit ad illum locum, ad quem illas deferre decrevit: Cæterùm statim atque illas ad istum locum pertulit, eas vi & auctoritate propriâ recuperare non licet, & si contrà fecerimus, moderamen inculpatæ tutelæ servasse non intelligimur, *gloss. l. si quis in tantam. & ibi Bart. n. 21. Bald. n. 15. C. und. vi. Bart. d. l. 1. §. interdictum.* Res autem immobiles amissas, quoad moderamen inculpatæ tutelæ in continenti recuperare dicimur, quandocunque si illarum possessionem civilem animo retinemus, *arg. l. clàm possidere. §. Qui ad nundinas. ff. De adq. possess.* quamprimum illud habitâ consideratione qualitatis tàm dejecti, quàm dejicientis, nec non & rei, quâ quis spoliatus est, *Bart. d. §. Eum igitur,* quamque primum illud commodè fieri potest, *gloss. c. significasti. Cl. 2. extra De homicid. Bart. l. 1. C. und. vi. Ias. d. §. Qui ad nundinas. n. 36,* quod interdum ad sex menses, *Bart. d. §. Eum igitur. Abb. d. c. olim. n. 6.* interdum ad decennium usque vel ultra permissum est, si minori temporis spacio hanc rem amissam recuperare non possimus, ut puta, si Dux, Comes, Baro vel quis alius ex castro munitissimo à præpotenti domino expulsus, ad hoc castrum recuperandum maximo apparatu opus habet, si is sit solicitus & in implorando aliorum auxilio, exercitu conscribendo, reliquumque apparatum necessarium ad hanc rem conquirendo, licet hisce negotiis decennium vel longius tempus prætereat, si nunquam animum recuperandi castrum deponat, potest etiam post decennium castrum amissum vi recuperare atque expulsorem dejicere, *gloss. c. Ius naturale. Dist. 1. Bald. l. 1. C. De his qui à non dom. manum. Bald. l. 2. C. de serv. & aq.*

Idemq. Bald. c. in literis. extra De restit. spoliat. Felin. d. c. significasti.

Circa quod annotandum, nos, si ignoremus rem nostram à nobis possessam ab alio occupatam, possessionem civilem illius rei usque ad decennium retinere, *Bart. & Alex. l. si de eo. §. 1 ff. De adquir. poss. Abb. c. cùm venissent. n. 16. extra De restit. spol.* Ideoque intra decennium, quandocunque reversi, eum, qui rem nostram possidet, propria auctoritate ex re nostra expellere licet. *d. c. olim. Cl. 1. d. l. Qui ad nundinas.* Cæterùm si sciamus aliquem, possessionem rei nostræ immobilis occupasse, vel quia vi ex ea expulsi sumus, vel ad possessionem nobis absentibus occupatam redeuntes non admissi, eousq; civilem possessionem hujus rei retinemus, donec tantum tempus præterierit, intra quod hanc rem, inspectâ qualitate spoliatoris spoliati, nec non rei, cujus possessione spoliati fuimus secundum arbitrium judicis recuperare commodè potuimus, *gloss. & Bart. l. 3. §. Eum igitur. ff. De vi & vi arm. Bart. & Alex. d. l. si de eo. §. 1. Abb. d. c. cùm venissent. n. 16.* & si intra hoc tempus rem nostram vi recuperaverimus, moderamen inculpatæ tutelæ transgressos nos esse dici non potest, *gloss. c. significasti. Cl. 2. extra De homicid. Bart. l. 1. C. und. vi.* Ex quo sequitur, nobis permitti res nostras vi amissas recuperare quandoque usque ad sex menses, *Bart. d. §. Cùm igitur. Abb. c. olim. Cl. 1. n. 6. extra De restit. spoliat.* quandoque ad decem annos & etiam ultra, si videlicet res amissa sit talis, quæ non facile, & non nisi cum maximo apparatu recuperari possit, ut puta, si quis præpotens spoliaverit nos arce vel civitate aliqua munitissima, quæ non nisi cum maximo apparatu, viribus atq; sumptibus recu-

recuperari possit: tunc enim licet decennium vel majus tempus præterierit, antequam nobis ad hoc negotium necessaria conquiramus, quandocunque hanc arcem vel civitatem vi recuperare permittitur. Dummodò tamen semper nos præparemus ad hanc arcem vel civitatem recuperandam, eamque quamprimùm commodè fieri potest, occupemus. *gloss. c. ius naturale. Dist. 1. Bald. l. fin. C. De his qui à non dom. manum. Bald. c. in literis. extr. De restit. spol. Idemq. Bald. l. 2. C. De servit. & aq. Felin. c. significasti. Cl. 2. n. 13. extra De homic. Iaf. l. lecta. n. 20. ff. Si cert. pet. Augustin. Arim. in addit. ad Ang. in tract. De malefic. ver. & dictus Titius. n. 20. Carrer. in pract. crimin. in tract. De homicid. §. circa quantum. n. 31. Iaf. d. §. qui ad nundinas. n. 36. Add. ad Bart. d. §. Eum igitur* Deinde ex hoc sequitur, quòd is qui cùm potuit auctoritate propriâ rem vi amissam recuperare, judicem adiit, atque ab eo petiit, sibi rem amissam restitui, non intelligatur civili suæ possessioni renunciasse, *Bart. l. 1. §. Interdictum. ff. uti possid. Alex. d. l. si de eo. §. 1. n. 7 Iaf. d. §. Qui ad nundinas. n. 54. & 64 Iaf. l. 2. n. 15. C. De iur. emphyt.* Dummodò tamen meminerimus, eum, qui actionem instituit coram judice, ad repetendam rem vi amissam non posse pendente lite coram judice, sed demum eâ finitâ rem amissam auctoritate propriâ recuperare, *Bald. l. 2. quæst. 10. C. De servit. & aq. Bald. l. eadem. C. De locat. & cond. Bald. l. 1. col. 1. C. De execut. rei iudic. Ang. l. nemo carcerem. C. De exactor. trib. lib. 10.* nisi ipse actionem coram judice movens expressè protestetur, se eam salvo jure suo expellendi adversarium auctoritate propriâ movere. *Alex. Consil. 130. n. 12. lib. 4. Dec. Cons. 140. n. 8. & 9.* Is autem, qui civilem suam possessionem amisit, alteri auctoritate propriâ rem

rem ſuam vi occupatam auferens, moderamen inculpatæ tutelæ ſervaſſe non dicitur, *arg. d. l. 3. §. Eum igitur. & ibi gloſſ. & Bart. ff. De vi & vi armat. Abb. c. ſignificaſti. Cl. 2. n. 9 extra De homicid.* Quod tamen ita demum verum eſt, ſi quis culpa ſua vel negligentia hujus rei civilem poſſeſſionem amiſerit, *arg. l. non enim. ff. Ex quib. cauſ. maior. l. pupillus. ff. De his qui in fraud. credit. c. damnum. De regul. iur. lib. 6.* Secus verò eſt, ſi abſque culpa vel negligentia ſua, hujus rei civilem poſſeſſionem quis amiſerit: tunc enim non prohibetur auctoritate propriâ hanc rem recuperare, quantò citius illud commodè fieri poteſt, *Abb. c. olim. Cl. 1. n. 10. extra De reſtit. ſpoliat.* Deinde etiam hoc procedit tantùm in vi expulſiva, ſecus autem eſt in turbativa: namque eam quandocunque, etiam ex intervallo ei, qui rem noſtram vi, clàm vel precario poſſidet, auferre licet, *gloſſ. & Bart. l. 1. §. fin. arg. illius text. ff. Vti poſſidetis. glòſſ. l. 1. C. eod. tit. Bart. l. 1. in prin. queſt. 7 ff. De oper. nov. nunc. Addit. ad Bart. d. §. Eum igitur.* Præterea rem noſtram à violento vel clandeſtino poſſeſſore indiſtinctè, etiam ex intervallo auferre, auctoritate propriâ licet, ſi vel periculum ſit in mora, *Bart. l. ſi alius. §. belliſſimè. ff. Quod vi aut clam. arg. l. de pupillo. §. ſi quis rivos. & ibi Iaſ. ff. De oper. nov. nunc.* vel judicis copia deſit, *Innoc. & Abb. c. olim. Cl. 1. extra De reſtit. ſpoliat. Bart. d. §. belliſſimè. Bald. l. 1. n. 35. C. und. vi. Bald. l. data opera. n. 64. C. Qui accuſ. poſſ. vel non. Alex. Conſ. 135. lib. 1. Martin. Lauden. in tract. De bell. Quæſt. 2. Socin. iun. Conſ. 68. n. 69. lib. 3. arg. l. generali. C. De decurion. lib. 10. gloſſ. l. nullus. C. De Iudæ.* Idem eſſe aliqui Dd. tradunt, ſi quis partem tantùm caſtri vel civitatis ad me ſpectantis occupaverit: tunc enim ne alia pars civitatis

vel

vel castri mei ex hac parte occupata expugnetur, mihi permittti quandocunque hanc partem propriâ authoritate recuperare, *Bald. d. l. data opera. n. 67. Addit. ad Bart. d. §. Eum igitur. arg. d. l. si alius. §. Est & alia. ff. Quod vi & clam.* Utrum autem alicui liceat rem suam vel sibi debitam clam vel furtim possessori auferre, *videte Innoc. Anton. de Butr. & Abb. d. c. olim. Cl. 1. Bald. Auth. Ei qui iurat. C. De bon. auctor. iud. possid. Paul. de Castr. Cons. 399. Incip. Priusquam. lib. 1. Alex. Cons. 135. lib. 1. Et Cons. 127. n°. lib. 4. Felin. c. quoniam. n. 13. extra De Simon. Ang. de Clav. in sua summ. ver. furtiva. n. 40. Ias. l. 1. n. 7. C. De testam. Hippol. de Marsil. Sing. 177. Hieron. Cano. l. 2. n. 206. ff. De reg. iur.* Cæterùm is, qui excedit modum inculpatæ tutelæ in defendendo, nulla pœna punitur, adeò, ut nec parti læsæ damnum vel impensas vulneris restituere cogatur, si ipse casu fortuito excesserit modum inculpatæ tutelæ, *gloss. c. olim. Cl. 1. extra De restit. spol. gloss. d. c. significasti. & ibi Abb. Bald. c. 2. n. 6. extra De vit. & honest. Cleric. gloss. 23. q. 1. in sum. facit quod docet Bart. l. respiciendum. §. delinquitur. ff. De pœn.* Idem ego juris statuendum judico, si levissima culpa quis modum in defendendo excesserit: namque tum neque criminaliter puniendus est, *Bald. d. l. ut vim. arg. l. Qui. ff. Ad leg. Aquil. l. Quamvis. & ibi Bald. ff. De cond. & demonst. gloss. & Ias. l. sciendum in prin. ff. Qui satisd. cog. Addit. ad Bart. d. §. delinquitur*, neq; parti læsæ ad æstimationem damni resarciendum obligatur, *Aym. Cravet. Cons. 119. n. 11.* Namque is, qui alterum lædendo provocat, in dolo vel saltem lata culpa esse dicitur, *d. l. si tabernarius. & ibi Bart. & Bald. Ang. hic. n. 4. Ang. d. §. & dictus Titius*; & culpa cum culpa, quatenus agitur de privato interesse com- 60

 pensatur,

pensatur, *l. item si obstetrix. §. fin. l. si putator. ff. Ad leg. Aquil. l. si ambo ff. Pro Soc* & damnum, quod quis suâ culpâ sentit, sibi & non alii imputare debet, *l. item Mela in princ. ff. Ad leg. Aquil. l. Qui proprio. §. procurator. ff. De procurat. c. damnum. & ibi Dyn. De reg. iur. lib. 6.* Sin autem quis lata culpa vel dolo malo moderamen inculpatæ tutelæ transgressus fuerit, ipse quidem si hominem occiderit, non punitur pœnâ legis Corneliæ de Sicariis, nec etiam pœnâ injuriarum ordinariâ, sed extraordinariè propter excessum arbitrariâ pœnâ afficitur, *Bald. d. l. ut vim. Bald. l. 1. Quæst. 9. C. und. vi. Idem Bald. c. 2. extra De vit. & honest. Cleric & in c. 1. in princ. n. 7. De pac. tenend. & in c. 1. §. si quis verò, n. 8. De pac. iuram. firmand. Alex. Cons. 76. & Cons. 109 n. 2. lib. 1. Cons. 24 n. 5. & Cons. 140. lib. 2. Cons. 119. lib. 7. Ang. hic, n. 4. & in tract. De malefic. in ver. Et dictus Titius n. 17. & ibi August. Arimin. in addit. Fel. c. dilecti. extra De except. Felin. d. c. significasti. Iaf. d. l. ut vim. Dec. Cons. 472. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 206. Idemq. Afflict. c. 1. §. Quis alium. De pac. tenend. Hippol. de Marsil. l. 1. n. 58. C. Ad leg. Corn. de Sicar. Rom. Sing. 3. Gandin. in tract. De malefic. Rubr. De defens. à reo fiend. n. 4. Socin. iun. Cons. 135. n. 12. lib 3. arg. l. 1. §. fin. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. Ad leg. Iul. de adult. c. olim. Cl. 1. extra De restit. spol. c. significavit. extra De pœnit. & remiss.* Et licet aliqui Dd. velint, hoc non procedere, quando quis dolo & ex proposito moderamen inculpatæ tutelæ transgressus fuit, & velint, eo casu pœnam ordinariam locum habere, *Petr. de Anchor. Clem. 1. De homicid. Dec. d. l. ut vim. August. Arimin. in addit. ad Ang. in tract. de Malefic. d. ver. & dictus Titius n. 19.* Tamen Dd. magis communiter contrarium

trarium concludunt, volentes etiam eum, qui dolo malo vel ex proposito moderamen inculpatæ tutelæ transgressus est, non ordinaria, sed extraordinaria pœna puniendum, *Bald. d. l. ut vim. Bald. d. c. 2. extra De vit. & honest. Cleric. Alex. Cons. 76. lib. 1. Cons. 140. lib. 2. Cons. 119. lib. 7. Ias. d. l. ut vim, Bonifac. de Vital. in tract. De insult. n. 9.* Cui sententiæ & ego subscribo, *arg. d. §. Imperatores. Ias. l. 1 §. fin. n. 24. ff. Si quis ius dic. Ias. l. ex quacung. ff. Si quis in ius vocat. non ier. Ias. l. 3. §. Quod prator. ff. Ne quis eum.* Quod procedit, etiamsi is, qui læsus fuit, aggressorem suum fugientem sequatur, eumque vel vulneret vel occidat, *Anton. de Butr. d. c. olim. & ibi Abb. n. 15. Franc. Aret. Cons. 34. & Cons. 80. Ioan. de Lign. in tract. De bell. cap. 128. Incip. Septimò quæritur. Felin. d. c. dilecti. n. 12. Felin. d. c. significavit. n. 14. Dec. d. l. ut vim.* Secundò hoc procedit, ut multi Dd. tradunt, cùm quis solis verbis ignominiosis provocatus alium læsit vel occidit, eum enim non pœna ordinaria, sed extraordinaria puniendum, *Ang. d. §. Imperatores. arg. illius text. Alex. Cons. 76. lib. 1. & Cons. 119 lib. 7. August. Arimin. in addit. ad Ang. d. ver. & dictus Titius n. 28. facit text. l. lex Iulia. & ibi Alex. in addit. ad Bart. ff. Ad leg. Iul. de vi publ. Ludov. Roman. l. cùm mulier. ff. solut. matrim. Abb. c. 1. extra De iniur. Felin. d. c. dilecti, n. 12.* De hujus tamen dicti veritate, videnda sunt ea, quæ tradit *Dec. in l. Quicquid calore. ff. De reg. iur.* Tertiò hoc procedit, ut excessus moderaminis inculpatæ tutelæ in dubio non dolo, sed culpa processisse præsumatur, *Salic. in l. Gracchus. C. Ad leg. Iul. de adulterio.*

Abb. d. c. olim. n. 15. Alex. Conſ. 76. n. 1. Conſ. 109. n. 2. lib. 1. Conſ. 140. n. 10. lib. 2. Conſ. 119. lib. 7. Felin. d. c. dilecti. n. 12. & *d. c. ſignificaſti. n. 14. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. Rubr. De homicid. Iaſ. d. l. ut vim. n. 10. Auguſt. Arim.*

61 *d. ver. & dictus Titius. n. 19.* Quartò circa hoc annotandum, quod licet de conſuetudine pronuncietur, eum, qui in defenſione modum inculpatæ tutelæ excedens, hominem interficit; licet non pœna ultimi ſupplicii: tamen pœna amiſſionis manus puniendum: hanc tamen conſuetudinem pronunciandi ad eum tantùm caſum reſtringendam, quando quis dolo excedens moderamen inculpatæ tutelæ alium interfecit, ſecus autem eſſe, quando quis culpa lata vel levi moderamen inculpatæ tutelæ exceſſit: tunc enim licet ipſe pœna pecuniaria vel ſimili, arbitrio judicis puniri poſsit: tamen eum pœna amiſsionis manus puniri non poſſe ſtatuo: Cùm nunquam pro delictis culpa, etiam lata perpetratis, pœna corporalis infligatur, *l. in lege Cornelia. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. Bart. l. 1. ff. Si quis teſt. lib. eſſ. inſſ. fuer.*

62 Porrò cùm omne id, quod per ſe malum eſt, præſumatur pravè actum, *arg. l. 1. C. Ad leg. Corn. de Sicar. c. 1. & ibi Abb. extra De præſumpt.* Is qui alium occidit, vulneravit, vel aliter læſit, non præſumitur hoc ad defenſionem ſuam feciſſe: ideoque ipſi alleganti, ſe hoc ad defenſionem ſuam feciſſe, probatio incumbit, *Andr. de Iſern. c. 1. in princ. ver. ſi quis alium. & ibi Bald. n. 7. Alvarott. n. 5. Prap. & Matth. de Affl. n. 12. De pac. ten.* Quod uſque adeò verum eſt, ut ſi duo ſe invicem vulneraverint, nec conſtet, quis aggreſſor vel aggreſſus fuerit, uterque de vulnere puniatur, *Bald. l. 1. quæſt. 12. C. und. vi. Bald. d. l. ut vim. & d. §. cum arietes. Ang. in tract. De maleſic.*

malefic. d. ver. Et dictus Titius. n. 37. & ibi Auguſt, Arimin. & Bern. de Landria. arg. l. ita vulneratus. §. ita autem. ff. Ad leg. Aquil. l. ſi duo in princ. ff. uti poſſid. Deinde hoc eouſ- 63
que verum eſt, ut ſi is, qui accuſatur de homicidio, confiteatur, ſe feciſſe homicidium ad ſuam defenſionem, hæc confeſſio recipi poſſit, quoad homicidium, ut propter hanc confeſſionem de homicidio condemnari poſſit, rejecto illo, quod in confeſſione adjecta fuit, qualitas defenſionis, niſi ipſe de hac qualitate plenam fidem faciat, *Bart. l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. De liber legat. Alex. l. decem. ff. De verb. oblig. Abb. c. bonæ. Cl. 2. extra de Elect. Iaſ. §. item ſi quis poſtulante. n. 21. & 25. Inſtit. De action. Corn. Conſ. 94. lib. 3. Rob. Marant. in Specul. aur. 6. part. act. 5. n. 28.* Quamvis tamen hoc caſu is, qui confitetur homicidium, ſe perpetraſſe ad ſuam defenſionem, ſi adverſarius non aliis probationibus, quàm hac ſolâ confeſſione qualificatâ, de homicidio commiſſo fidem faciat, reus non poſſit capitali ſupplicio, ſed aliâ pœna mitiori arbitrio judicis moderanda affici, *Abb. c. auditis. & ibi Felin. n. 30. extra De præſcript. And. de Iſern. c. 1. De pac. tenen. Fel. c. cùm venerabilis. & ibi Dec. n. 20. & Carol. Molin. extra De except. Felin. d. c. ſignificaſti. n. 13. Dec. l. 1. lect. 1. n. 16. & lect. 3. n. 61. ff. Si cert. petat. Alciat. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. 76. ff. De verb. oblig. Iaſ. d. l. ut vim. n. 13. Alex. l. non ſolum. §. ſciendum. ff. De oper. nov. nunc. Aret. l. manifeſtiſſimi. C. De furt. Felin. c. afferte. extra De præſumpt. Socin. l. 1. ff. De vulg. & pupill. ſubſt. Thom. Ferra. Caut. 5. Hippol. de Marſil. Sing. 185. & in Conſ. 53. & in pract. §. poſtquam. verſ. addo ulterius. & Thom. Grammat. vot. 2. & in Conſ. 69. Hipp. de Marſil. l. repeti. ff. De quæſt. Robert. Marant. in Spec. aur. 6. part. 5. act. n. 29. Ludov. Carer. in pract. criminal.*

§. *homicidium. n. 167.* Et hoc præcipuè procedit, si quis dicat, non feci homicidium nisi ad defensionem: *Dec. d. c. cùm venerabilis. n. 20. Iaſ. d. §. Item ſi quis poſtulante, n. 26.* vel feci homicidium non aliter nec alio modo quàm ad defensionem, *Bald. l. ſiquidem. C. De except. Iaſ. d. §. item*
64 *ſi quis poſtulante. n. 26.* Circa hoc tamen annotandum, quòd licet illi, qui simpliciter homicidium confessus fuit, permittatur etiam ex intervallo, confessionem suam interpretari & dicere, se hoc homicidium fecisse ad defensionem suam, *Bald. c. 1. §. item ſi vaſallus De controv. inveſt. Bald. in addit. ad Specul. Tit. Depoſit. col. 6. Iaſ. d. l. ut vim. n. 13. arg. c. cùm dilecti. extra De accuſat.* eum tamen, qui prius simpliciter homicidium confessus, postea ex intervallo dicit, se hoc homicidium ad defensionem suam perpetrasse, si de hac defensione fidem non faciat, capitali supplicio afficiendum, *Dec. d. c. cùm venerabilis. n. 20.* & si is, qui homicidium se ad defensionem suam perpetrasse confitetur, non probet neque fidem faciat, se homicidium ad defensionem suam fecisse, ipse torturæ subdi, & ab eo quæri potest, utrum ipse hoc homicidium dolo malo perpetraverit, *Bald. l. 1. C. De confeſſ. Landſranc. c. Quoniam contra ver. Confeſſiones. verſ. Quæro iuxta. extra De probat. Thom. Grammat. in vot. 2. & in vot. 24. Carer. in pract. crimin. §. homicidium. n. 166.* Quæ sententia mihi magis placet, quamvis contrarium, sed
65 malè teneat *Thom. Ferrat. Caut. 5.* Præterea exceptio illius, qui de homicidio vel vulnere accusatus excipit, se hoc homicidium perpetrasse vel vulnus alteri intulisse se ulciscendo, admittitur & exponitur hoc verbum *ulciſcendo*, pro defendendo, *Bart. l. devotum. arg. illius text. C. De*

C. De met. at. lib. 12. Iaſ. d. l. ut vim. n. 12. Similiter & de- 66
poſitio teſtium, quorum quidam deponunt, reum alium animo offendendi læſiſſe vel occidiſſe: alii verò deponunt, reum alium animo defendendi læſiſſe vel occidiſſe: ita concordari debet, ne teſtes ſibi invicem contradicant, ut reus intelligatur offendiſſe ſive habuiſſe animum occidendi vel lædendi alium ad defenſionem ſuam, *Corn. Conſ. 162. lib. 1. arg. c. cùm tu. extra De teſtib. Iaſ. & Dd. l. 2. §. creditum. ff. Si cert. petat.* Cæterùm defen- 67
ſio probatur teſtibus, qui ſimpliciter deponunt, reum tertium vulneraſſe vel occidiſſe ad defenſionem ſuam, licet non dicant, ad defenſionem neceſſariam, *ſecundum communem Dd. ſententiam. Bart. Conſ. 110. Incip. Quidam Maſſiolus lib. 1. Bald. l. ſolum. n. 11. C. De teſtib. Alex. Conſ. 109. n. 6. lib. 1. Corn. Conſ. 162. lib. 1. Conſ. 133. lib. 4. Auguſt. Arim. in addit. ad Ang. in tract. De malefic. d. ver. & dictus Titius n. 16. Iaſ. d. l. ut vim. & ibi Dec. n. 17. Dec. Conſ. 469. Iaſ. l. non ſolùm. §. ſciendum. ff. De oper. nov. nunciat.* Quamvis in hoc contrarium ſed malè teneat *Bald. l. 1. verſ. item tu aſſeſſor. C. De Confeſſ. Bart. l. ſcientiam. §. Qui cùm aliter. ff. Ad leg. Aquil.* Item, etiamſi vel nullam cauſſam ſcientiæ ſuæ, quamvis in hoc malè contrarium doceat *Felin. d. c. ſignificaſti. n. 14. aſſignent Alex. in addit. ad Bart. d. l. 1. C. und. vi. Alex. d. Conſ. 109. n. 6. lib. 1. Dec. Conſ. 472. Conſ. 459. n. 6. Iaſ. d. §. Item ſi quis poſtulante. n. 29.* vel ſimpliciter dicant, ſe præſentes fuiſſe facto vel vidiſſe, quòd quis alium ad defenſionem ſuam læſerit vel occiderit,

Bart.

Bart. d. Conſ. 110. Incip. Quidam Maſſiolus. lib. 1. Corn. Conſ.
68 *162. lib. 1. & Conſ. 133. lib. 3.* Similiter & teſtes deponentes de credulitate, quòd videlicet credant, reum alium ad defenſionem ſuam læſiſſe vel occidiſſe, præſertim ſi cauſſam rationabilem dicti ſui aſſignent, defenſionem probant, *Bart. Conſ. 16. Incip. Vanuntius Petri lib. 2. Alex. Conſ. 76. & Conſ. 109. lib. 1. Alex. in addit. ad Bart. l. in ſumma. §. Idem Labeo. ff. De aq. pluv. arcend. Corn. Conſ. 162. lib. 1. Iaſ. Rubr. n. 7. ff. De iureiur. Iaſ. l. non ſolùm. §. Sciendum ff. De oper. nov. nunciat. Dec. d. l. ut vim. n. 17. & Conſ. 469. Hippol. de Marſil. Sing. 19. & Rubr. de probat. n. 4. idemq. in l. de minore. §. plurium. n. 72. De quæſt. Iaſ. d. l. ut vim. n. 4. Thom. Diploma. in addit. ad Alex. Rubr. De iureiur. Dec. Conſ. 458. n. 8.* Quamvis regulariter teſtimonium de credulitate rejiciatur, *Iaſ. l. 1. in princ. ff. De iuſtit. &*
69 *iur. Felin. c. quoties. extra De teſtib.* Et licet regulariter plus credatur duobus teſtibus affirmantibus aliquid, quàm mille negantibus, *gloſſ. l. diem proferre. §. Si plures. ff. De arbit.* tamen quoad probandam defenſionem, tantum creditur duobus teſtibus negantibus,, quantum duobus affirmantibus, *Bald. l. data opera. C. Qui accuſ. poſſ. vel non. Ludov. Rom. l. Illa. ff. De verb. oblig. Iaſ. d. l. ut vim. n. 6. Iaſ. Rubr. n. 8. ff. De iureiur. arg. gloſſ. c. Clerici. Diſt. 81.*
70 Et cùm natura comparativi ſit indicare poſitivum ſuum ejuſdem naturæ eſſe, *arg. l. ubi autem. in princ. ff. De verb. oblig. Bald. l. Etſi poſt tres. ff. Si quis caution. reſponſum eſt.* teſtibus deponentibus reum tertium quendam potiùs animo defendendi, quàm offendendi læſiſſe vel occidiſſe, ſufficienter defenſionem probari, *Corn. Conſ. 162.*
71 *lib. 1.* Præterea defenſio probatur non tantùm, ſi probetur, aliquem vel occiſum vel vulneratum fuiſſe, vel

aliam

aliam injuriam corporalem perpessum, nisi alium occidisset vel vulnerasset; sed etiam si probetur, aliquem in periculo mortis vel injuriæ personalis constitutum fuisse, nisi alium vulnerasset vel occidisset, *Alex. Cons. 76. n. 2. lib. 1. cum similib. supr. allegat.* Quinimò eo ipso, quod probo, eum, quem occidi vel vulneravi, me aggressum, vel in me insultum fecisse, cùm armis animo me lædendi vel occidendi, quod in dubio præsumitur, *Bart. d. Cons. 16. lib. 2. Alex. Cons. 109. n. 7. lib. 1. Bonifac. de Vitalin. in tract. de insult. n. 9. arg. l. 1. §. divus. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. l. Is qui cum telo. C. eod. tit.* defensionem meam sufficienter probasse intelligor, etiamsi aliud non præstitero, *Gandin. in tract. De malefic. Rubr. De defens. à reo fiend. n. 5. Bonifac. de Vital. in tract. De insult. n. 9. Alex. Cons. 76. lib. 1. Dec. c. in præsentia. n. 14. extra De probat. Bald. l. multis. C. De liber. causs. Capoll. Cons. 29. n. 14. Socin. iun. Cons. 135. n. 5. lib. 3. Bart. l. sed etsi quemcung. ff. Ad leg. Aquil. Bald. l. 2. arg. ill. text. C. Ad leg. Corn. de Sicar. Bald. l. 1. §. cùm aricles. arg. ill. text. ff. Si quadr. paupr. fecisse. dic. Bart. Cons. 16 lib. 2 Alex. l. non solùm. §. sciendum. ff. De oper. nov. nunc. Felin. c. significasti. Cl. 2. n. 13. extra De homicid. Felin. c. dilecti. n. 14. extra De except. Ias. l. ut vim. n. 9. & ibi Doc. ff. De iustit. & iur. Dec. Cons. 469. Cons. 676. & Cons. 678. Ang. hic. n. 5. cum similibus allegat. supr.* Quod procedit non tantùm, si probem occisum vel vulneratum non aggressum, vel in me insultum aut impetum fecisse cum gladio vel bombarda, sed etiam si probem, ab illo me aggressum vel in me impetum vel insultum factum fustibus, lapidibus vel simili materiâ, *Bald. l. 1. C. und. vi. Ang. in tract. De malefic. d. ver. & dictus Titius. n. 22. Alex. Cons. 119. lib. 7. arg. l. 3. §. armis. ff. De vi & vi arm.*

l. si pignore. §. 2. ff. De furt. l. armatos. & l. pen. §. telorum. ff. Ad leg. Iul de vi publ. Hoc tamen fallit, nisi ex conjecturis atque circumstantiis facti liqueat, eum, qui aggressorem vulneravit vel occidit, alio modo periculum & injuriam evitare potuisse, *Alex. in addit. ad Bart. l. 1 C. und. vi. Petr. de Anchor. Clem. 1. De homicid. Cornel. Cons. 274. lib. 2 Gandin. in tract. De malefic. Rubr. De defens. à reo fiend. n. 3. arg. l. Divus ff. De in integr. restit. l. non est verisimile in princ. ff. Quod met causs.* Deinde hoc ita communi verum est, si quis cum armis aggressus fuerit: secus vero est, si quis sine armis aggressus fuerit: tunc enim ad excusandum vulnus vel mortem illatam, aggressori non sufficit probare, quem aggressum fuisse, sed requiritur, ut probetur, aggressum aliter periculum vel injuriam evitare non potuisse, nisi vel fugeret, vel aggressorem vulneraret vel occideret, *August. Arim. in addit. ad Ang. in tract. De malefic. d. ver. dictus Titius n. 25.* Quod tamen eo ipso probari crediderim, si probetur, aggressorem longè superiorem viribus fuisse, *gloss. Bart. & Bald. l. 1. C. und. vi. Alex. Cons. 119. lib. 7.* & aggressorem illius propositi fuisse, quòd aggresso pugnam vel maxillatam impingeret, quia videlicet jam ad percutiendum manum levaverat, *arg. l. item apud. §. 1. ff. De iniur.* vel dixerat, se eum, quem aggreditur, alapa ferire velle, atque se jam ad id præparaverat, *arg. l. Labeo. ff. De suppell. legat. gloss. l. apud Iulianum §. Quid autem sit latitare. ff. Ex quib. causs. in possess. eat. gloss. l. apud Celsum in princ. ff. eod. tit.* Deinde si circumstantiæ vel conjecturæ contrarium non suadeant, defensio eo ipso probatur, quod probo, me à vulnerato vel occiso antea læsum, in continenti ipsum vel occidisse vel vulnerasse, *secundum communem Dd. sententiam. gloss. & Bald.*

& Bald. l. si ex plagis. §. tabernarius. arg. illius text. ff. Ad leg. Aquil. Alex. Cons. 76. n. 4. lib. 1. Cons. 119. lib. 7. Bart Cons. 10. n. 3. lib. 2. Corn. Cons. 274. n. 12. lib. 1. Ias. Cons. 133. n. 3. lib. 1. Capoll. caus. crimin. Cons. 76. Dec. d. l. ut vim. n. 10. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. Quoniam. n. 72. Bertrand. Caprio. Cons. 290. Incip. Pro faciliori. col. 1. & 2. lib. 3. Bonifac. de Vit all. in tract. De insult. n. 9. Dec. Cons. 159. n. 3. Aym. Cravett. Cons. 119. n. 8. facit. l. meritò. ff. Pro soc. Præterea si quis alterum 72
vulneraverit vel occiderit in sylva vel alio loco remoto, præsentibus nullis, si quidem probetur, eum, qui alterum occidit vel vulneravit, alioquin bonæ vitæ fuisse, occisum autem vel vulneratum malæ conditionis fuisse, furta, latrocinia & similia perpetrari solitum, vel reo mortem minatum, item robustiorem reo fuisse, ex hoc præsumitur, reum alium vulnerasse vel occidisse ad defensionem suam, & ei juranti in hoc plena fides adhibetur, *Alex. Cons. 14. lib. 3. Felin. d. c. dilecti. n. 14 Corn. Cons. 274. n. 6. lib. 1. Bonifac. de Vit all. in tract. De insult. n. 24. arg. l. Non omnes. §. à barbaris. ff. De re milit.* Quia defensionem conjecturis probare nec rarum nec inusitatum est, *Bald. l. 1. C. De Confess. Catal. in tract. De Syndic. Quæst. 197. August. Arim. d. ver. & dictus Titius n. 14. & 16.* Quamvis hisce & similibus indiciis cessantibus, si duo se invicem vulneraverint, nec appareat, quis alteri vim intulerit, quis verò se defenderit, utrumque puniendum, *refragante Bartolo, in d. l. 1. §. Cum arietes. ff. Si quadr. pauper. feciss. dic. à multis Dd. resp onsum sit. Bald. l. 1. n. 25. C. und. vi. Bald. d. l. ut vim. & d. §. cùm arietes. Ang. d. ver. & dictus Titius n. 37. & ibi Bernard. de Land. & August. Arimin. Felin. d. c. dilecti.* Licet in injuria verbali, si constet, duos invicem sibi convitia fecisse, nec appareat, quis inceperit, neuter teneatur,

Ludov. Rom. l. cùm mulier. ff. Solut. matr. Felin. d. c. dilecti.
73 *n. 16.* Cæterùm ad defensionem probandam admittuntur testes domestici & consanguinei, *Specul. §. 1. vers. sed nunquid De inquisit. Alex. Cons. 5. lib. 1. Cons. 24. n. 39. & Cons. 212. col. fin. lib. 2. Ias. d. l. ut vim. & ibi Dec. n. 17. Par. de put. in tract. Syndic. fol. 135. & 254. Hippol. de Marsil. notab. 508. Alciat. in tract. De præsumpt. Reg. 1. Præs. 23. Ioan. de Anan. Cons. 59. Dec. Cons. 459. n. 7. arg. c. manifesta. 12. q. 1. c. cùm pastoralis. 2 q. 7. l. consensu. C. De repud. c. veniens. Cl. 2. extra De testib.* frater pro fratre, *Bald. & Salic. l. parentes. C. De testib. Alex. Cons. 119. lib. 7. Ang. d. ver. Et dictus Titius n. 18. Felin. c. cùm oporteat. extra De accusat. Ias. d. l. ut vim. Ias. Rubr. n. 7. ff. De iureiur. Idemq; Ias. l. sed & si quis, in princ. ff. Si quis caut. & in l. non solùm. §. sciendum. ff. De oper. nov. nunciat. Dec. Cons. 469. arg. c. literis. extra De præsumpt.* Laicus contra Clericum, *Abb. c. cum P. extra De accusat. Ias. d. §. sciendum.* Item etiam minores viginti annorum, *Alex. Cons. 119. lib. 7.* Præterea ad defensionem probandam sufficere traditur, tale aliquid probare, ex quo licet non necessario, probabiliter tamen appareat, eum, qui aliquem læsit vel offendit, in periculo constitutum non aliter periculum evitare potuisse, nisi alium offenderet, *Innoc. c. si verò. extra De sentent. excomm. Ang. hîc. n. 4. Ang. d. ver. & dictus Titius n. 11. Dec. Cons. 678. Socin. iun. Cons. 135. lib. 3. arg. l. sed etsi quemcunq; ff. Ad leg. Aquil. l. 1. C. Quand. lic. sin. iudic. sef. vindic. l. is qui aggressorem. C. Ad leg. Cornel. de Sicar. d. §. qui cùm aliter.* Namque ad probandam defensionem sive innocentiam rei admittitur probatio alioquin dubia & non concludens, *Bart. Alex. & Ias. l. non solùm. §. sed ut probari. ff. De oper. nov. nunciat. Abb. c. 23. In præsentia. & ibi*

& ibi Dec. n. 14. extra De probat. Felin. c. cùm dilecti, n. 2. extra De accusat. Iaſ. l. Non hoc. n. 15. C. und. legit. Aym. Cravett. Conſ. 2. n. 16. Quinimò ſi reus de homicidio plenis probationibus convictus ſemiplenè tantùm probet, ſe hoc homicidium ad defenſionem ſuam perpetraſſe, ipſi juramentum ſuppletorium defertur, quod ſi ipſe præſtiterit, ipſe abſolvitur, *Petr. de Anchor. Conſ. 283. n. 4. Aym. Cravett. Conſ. 2. n. 16.* Deinde ad probandam defenſionem admittitur quis etiam poſt concluſionem in cauſſa factam, *Bart. l. 1. §. fin. ff. De Quæſt. Bart. l. Divi fratres. ff. De pœn. Alex. Auth. Iubemus, C. De iudic. Robert. Maran, in Spec. aur. 6. part. 3. act. n. 3.*

Hactenus indicavimus omnia ea, quæ ex jure gen- 74
tium primævo deſcendant: proximum nunc atque conſequens eſt docere, quæ ex jure gentium ſecundario originem trahant. Circa quod annotandum jure gentium ſecundario bella introducta, *l. ex hoc iure. ff. De iuſt. & iur. cuius belli materiam tractant. Bart. in l. hoſtes. ff. De capt. & poſtl. reverſ. Abb. & Dd. c. ſicut Cl. 3. extra. De iureiur.* Et obiter advertendum nullum bellum juſtum dici, niſi quod denunciatione præmiſsà inceptum fuit, *Innoc. c. pro humani. De homicid. lib. 6. Bald. l. 2. C. De ſerv. & aq. Bald. l. manumiſſori. C. De obſeq. patron. præſtand. Iaſ. d. l. ex hoc iure.* Secundò ex hoc jure gentium deſcendunt ſervitus & manumiſſio, *l. manumiſsiones. ff. De iuſtit. & iur.* Tertiò ex hoc jure gentium originem trahit, quòd gentes humanæ ſunt diſcretæ in provincias, civitates, caſtra &c. *d. l. ex hoc iure. verſ. gentes diſcretæ.* Et quæ dicatur provincia, quæ civitas item & caſtrum, *videte Bart. c. 1. ver. Lombardia. in Conſtit. Qui ſint rebell.* Quartò magiſtratus legitimi & jurisdictio ex hoc jure gentium introducta

ducta sunt, *d. l. ex hoc iure.* Quod quidem verum est, quoad magistratus sive jurisdictionem in genere: cæterùm distinctiones magistratuum, quò magistratus inferior à superiore, & plures æquales à se invicem officiis distinguuntur: item discretio jurisdictionis, quâ merum imperium à mixto, & jurisdictio simplex ab utroq; secernitur, *l. Imperium, & ibi Bart. Alex. Iaſ. & Dec. ff. De iurisd omn. iudic.* juris civilis sunt, *Bald. & Iaſ. d. l. Ex hoc iure. arg. l. 2. §. poſt originem. ff. De origin. iur.* Quintò, cùm de jure naturali omnia communia fuerint, *c. quo iure. Diſt. 8. c. dilectiſſimos. 12. q. 1.* jure gentium dominia distincta sunt, *d. l. ex hoc iure.* Et licet multi modi adquirendi rerum dominia à jure civili inventi sint, ipsa tamen dominia rerum etiam modis civilibus adquisita juris non civilis, sed gentium reputantur, *Bart. & Iaſ. d. l. ex hoc iure. Felin. & Dec. c. Quæ in Eccleſiarum. extra De Conſtit. Iaſ. l. fin. C. Si contr. ius vel util. publ. Card. Pariſ. Conſ. 1. n. 108. lib. 1.* excepto utili dominio, quale est illud, quod habet vasallus, emphyteuta, superficiarius, & is, cui res vel in precariam concessa, vel ad longum tempus locata est: namque hoc juris civilis esse traditur, *Bart. & Iaſ. d. l. ex hoc iure. ff. De iuſtit. & iur.* Licet eosdem ferè effectus sortiatur, quos sortitur dominium, quod per se substantia juris gentium est, *Bart. verſ. rebellando. In Conſtit. Qui ſint rebell. Felin. d. c. quæ in eccleſia-*
75 *rum. n. 52.* Ideoque refragante tamen Decio *in d. c.* Quæ in ecclesiarum, Imperator vel Papa æquè alicui absque justa & rationabili causa utile suum dominium auferre non potest, *c. 1. & ibi Bald. De nat. feud. Bart. l. 2. arg. ill. text. C. De fund. patrim. lib. 11. Paul. de Caſtr. Conſ. 156. incip. Viſo & examinato. in fin. Felin. d. c. Quæ in Eccleſiarum.*

siarum n 52. sicut ipsi non permittitur, alicui directum sive plenum suum dominium auferre, *gloss Bart. & Iaſ. l. fin. C. Si contr. ius vel util. publ. gloss. l. 1. ff. De Constit. princ. arg. §. sed naturalia. infr. eod. tit.* Sexto agrorum limites ex hoc jure originem trahunt, *d. l. ex hoc iure.* Septimo ædificiorum constructio est de jure gentium secundario, *d. l. ex hoc iure.* Ex quo sequitur, cuilibet licitum 76
esse facere ædificium, & sic in suo ædificare domos, civitates, castra & fortilitia, item domum suam pro suo arbitrio altius tollere, etiam in cœlum usque, *l. altius. C. De servit. & aq.* etiamsi alius ex hoc incommodum sive damnum patiatur, *l. Cum eo. ff. De servit. urban. prad. l. in summa. §. denig. ff. De aq. pluv. arcend. l. fluminum. §. fin. cum. l. seq. ff. De damn. inf. Bart. l. Quò minus. 1. quæst. & ibi Iaſ. n. 21. ff. De flumin.* Deinde ex hoc sequitur, cuilibet municipio vel civitati permitti, se muris vel vallo cingere, *Bart. l. sacra. ff. De rer. divis.* & collapsa restituere, etiam absque superioris auctoritate, *gloss. l. opus. ff. De oper. publ. gloss. l. per provincias. C. De ædific. privat. Bald. l. si ut proponis. la 2. C. De nupt. Iaſ. d. l. ex hoc iure. n. 13. l. intra & l. omnes. C. De oper. publ.* dummodò hoc suis propriis, non autem superioris sumptibus facere velint, *arg. l. sacra. §. muros. & d. l. opus.* Hoc tamen fallit, si lege, statuto, consuetudine, vel pactis contrahentium contrarium cautum fuerit, *l. Qui luminibus. in princ. & ibi gloss. ff. De servitut. urban. prædiorum. l. 1. & l. an in totum. C. De ædific. privat. Bart. & Iaſ. l. fin. ff. De oper. nov. nunc.* Ideoque, Lege prohibente, nemini permittitur ædificare fortilitium aut castrum in limitibus imperii

imperii absque Imperatoris concessione, *l. Quicunq; & ibi Bart. C. De fund. limitroph. lib. 10.* domum vel murum juxta meam aream ad triturandas segetes destinatam, quando ad meam aream aër vel ventus ex nulla alia parte quàm ex illa, ubi quis domum vel murum extruere nititur, defertur, *Bart. & Bald. l. fin. §. fin. arg. ill. text. C. De servit. & aq. Petr. de Vbal. in tract. Societ. 6. part. Quæst. ult. Capoll. in tract. De servit. urb. præd. cap. 39. & in tract. de servit. rustic. præd. cap. 43. Iaſ. d. leg. ex hoc iure*, vel quodlibet ædificium principaliter ad invidiam vel æmulationem alterius, *arg. l. 1. §. denique ff. De aq. pluv. arcend.* sive hoc ædificium sit castrum vel fortilitium, *l. opus. & ibi Bart. ff. De oper. publ. gloss. l. per provincias. C. De ædific. privat. gloss. l. Quicunq; verb. antiquitus. & ibi Bart. C. De fund. limitroph. Bart. Bald. & Iaſ. d. l. ex hoc iure. Bart. l. 1. in princ. Quod cuiusq; universſ. nom. Bart. l. fin. C. De colleg. illicit. Iaſ. l. Quò minus. n. 24. ff. De flumin.* sive domus vel murus, *Cyn. Reyn. Salic. & Bald. d. l. altius. Paulus de Castr. l. cùm ei. ff. De servit. urb. præd. Capoll. in tract. De servit. urb. præd. cap. 39.* sive molendinum, *Bart. l. Quò minùs. 1. Quæst. & ibi Iaſ. n. 21. Bald. l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. ff. De edend. Bald. c. cùm omnes. extra De Conſtit. Bald. c. cùm Eccleſia Vulterrana. extra De Election.* sive fenestra, *Capoll. in tract. De servit. urban. præd. cap. 62.* sive quælibet alia structura, *Bald. Rubr. ff. De rer. diviſ. Iaſ. d. l. Quò minùs. n. 22. arg. l. in fundo. ff. De rei vendic.* Item sive hoc ædificium quis de novo extruat, sive veteris ædificii formam mutet, *Iaſ. d. l. ex hoc iure. n. 8. Iaſ. d. l. Quò minùs. n. 23. arg. l. in fundo. ff. De rei vind.* Quamvis tamen is, qui in suo structuram aliquam facit, in dubio non præsumatur istam structuram

ram principaliter ad alterius æmulationem, injuriam vel damnum feciſſe, *gloſſ. l. fluminum. §. fin. ff. De damn. inf. arg. l. meritò. ff. Pro Soc.* niſi faciens hoc opus ex illo nullum omninò commodum, vicinus autem ejus ex illo damnum ſive detrimentum caperet, *Paul. de Caſtr. d. l. altius. Capoll. in tract. De ſervit. urb. prad. cap. 62. & cap. 39.* vel niſi ex probabilibus indiciis, quod arbitrio judicis æſtimandum relinquitur, *arg. l. 1. ff. De iur. delib. l. continuus. §. cum ita. ff. De verb. oblig. c. de cauſis. extra De offic. deleg.* aliud liqueret, *Capoll. d. cap. 62. arg. l. non omnes. §. à barbaris. ff. De re milit. l. non eſt veriſimile in princ. ff. Quod met. cauſſ.* Præterea hoc, quod diximus, quemlibet in ſuo loco ædificare poſſe, fallit in aliis caſibus, quos ponit, *Capoll. in tract. De ſervit. urban. prad. cap. 36. n. 10. cap. 39. & cap. 62. n. 9.* Octavo ex hoc jure gentium de- 77
ſcendunt omnes contractus, *d. l. ex hoc iure*, exceptâ ſtipulatione, *§. de conſtituta. infr. De act.* literarum obligatione, *infr. De literar. oblig.* ſponſalitia largitate, *Auth. ut ſponſal. larg. in princ.* Emphyteuſi, *§. adeò. infr. De locat. cond. feud. Bart. l. iuris gentium. §. Quinimò. n. 10. ff. De pact.* Libello, *c. 1. De alien. feud. c. 1. §. donare. Qual. feud. olim. & precaria. c. 1. & ibi Abb. extra De precar. Bart. l. ſi. finita. §. ſi de vectigalibus, n. 10. & ibi Alex. ff. De damn. infect. Alvarott. & Prep. in pralud. feud. Iaſ. l. 1. n. 42. De iur. emphyt.* Et cùm diſtractus contractuum naturam 78
ſequantur, ego judico & diſtractus eſſe juris gentium in illis caſibus, in quibus contractus ſunt juris gentium, in illis verò caſibus, in quibus contractus juris civilis ſunt, & diſtractus juris civilis judico, *arg. l. ab emptione. & ibi Bart. Bald. & Iaſ. ff. De pact. l. 1. & ibi Bald. C. Quand. lic. ab empt. diſced. gloſſ. l. de tutela. C. De in integr. reſt. min. Bart. l.*

& ideò. ff. De cond. furt. Quamvis tamen eo casu, quo tàm contractus, quàm distractus à jure civili inventi consensu interveniente propter pactum partium, quod absque dubio juris gentium est, *l. 1. ff. De pact.* illi largo saltem modo juris gentium dici possint, *l. an inutilis. §. fin. &*
79 *ibi Bart. ff. De acceptil.* Nonò, hoc jure gentium secundario inventæ sunt obligationes, sive illæ descendant ex contractu, *d. l. ex hoc iure:* sive descendant ex delicto, *Bart. d. l. ex hoc iure. & ibi Iaf. n. 75. Bart. l. non solùm. §. 1. ff. De iniur. arg. l. 1. ff. De furt. infr. De oblig. quæ ex del. desc. in princ. §. Quia verò Leonis. Auth. De non alien. aut permut. reb. Eccles.* Hoc tamen fallit primò in obligatione antidorali, quæ non ex jure gentium, sed naturali descendit, *l. sed etsi. §. consuluit. iunct. gloss. ff. De petit hered.* quæ obligatio quales effectus producat, *videte Iaf. d. l. ex hoc iure. Iaf. l. si non sortem. §. libertus. ff. De condict. indeb.* Secundò hoc fallit in obligationibus ex quasi delicto descendentibus: eæ enim juris civilis sunt, *gloss. Ang. & Ioan. Fab. hîc Bart. Bald. & Iaf. d. l. ex hoc iure.* Quod tamen procedit tantùm eatenus, quatenus hæc obligatio ex quasi delicto descendens pœna persecutionem respicit: secus verò est, quatenus hæc obligatio rei persecutionem continet: eatenus enim juris gentium est, *l. rerum quidem. ff. Rer. amot.* Tertiò hoc fallit, in obligationibus descendentibus ex quasi contractu: eæ enim similiter juris civilis sunt, *Bart. & Iaf. d. l. ex hoc iure. Ang. hîc. arg. l. apud Iulianum. §. fin. ff. Ex quib. caus. in poss. eat. iunct. gloss. l. 1. verb. civitatis nostræ. ff. De adquir. rer. domin.* præterquam quoad obligationem ex indebiti solutione descendentem, ea enim juris gentium est, *l. indebiti. ff. De condict. indeb.* Quartò hoc fallit in obligationibus ex contractibus

tractibus jure civili inventis, descendentibus; eæ enim juris civilis sunt, *Bart. l. ex hoc iure. n. 10. ff. De iustit. & iur.* Decimò ex hoc jure gentium secundario introducta 80
sunt testamenta, *Bart. l. interdum. ff. De condict. ind. Paul. de Castr. l. testandi. C. De testam. Fulgos. & Ias. l. si testamentum. arg. illius text. C. De testam. Ias. d. l. ex hoc iure. Dec. Rubr. C. Qui testam. facer. poss. Card. Paris. Cons. 1. n. 49. Ludov. Roman. d. l. si testamentum. Alex. Rubr. n. 4. ff. De adq. hered. & Cons. 2. n. 7. lib. 1. Dec. Cons. 455. n. 3. Ias. l. 1. lect. 1. n. 44. C. De summ. trinit. Idemq; Ias. l. nemo potest. lect. 1. n. 76. ff. De legat. 1. Anton. de Butr. in Rubr. extra De testam. Moder. Hispan. in repetit. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. De liber. & post. facit text. c. ultima voluntas. 13. q. 2. Quamvis contrarium sed malè tenent Dyn. c. indultum. n. 19. De regul. iur. lib. 6. gloss. d. l. ex hoc iure. Ang. §. 1. Auth. ut fact. nov. constit. Dec. Cons. 655. n. 17. Ang. Cons. 66. Incip. Visis. Dec. l. nec ex prætorio. n. 6. ff. De reg. iur. arg. gloss. l. Quoties in princ. ff. De hered. instit.* Quod tamen verum judico, quoad inventionem testamenti, secus autem est, quoad formam & solennitatem testamenti, ea enim juris civilis est, *Ias. d. l. ex hoc iure. n. 47. arg. infr. De testam. in princ. gloss. d. l. 1. verb. civitatis nostræ. ff. De adquir. rer. domin.* Bonorum verò possessio, 81
gloss. d. l. 1. verb. civitatis nostræ. De adquir. rer. domin. Jus succedendi sive successio: item & hereditas sive hereditatis aditio juris civilis sunt, *c. ius Quiritum & ibi gloss Dist. 1. §. dissonat. Auth. De nupt. l. lege obvenire. ff. De verb. sign. l. tutelas. ff. De cap. t. dimin. Bart. Alex. & Ias. Rubr. ff. De adquir. hered. Paul. de Castr. Aret. & Lancelot. De l. 3. ff. De testament. Paul. De Castr. Alex. & Ias. l. Gallus. §. Et quid si tantum. ff. De liber. & posth. Felin. c. cùm olim. n. 16.*

extra De sentent. & re iudic. Card. Paris. Cons. 1. n. 60. & Cons. 6. n. 50. lib. 2. Quod tamen indistinctè verum est, quoad civiles effectus, quò videlicet ad hoc, quod heres defuncto in universum jus succedit, ejusque personam repræsentat, & similes, *Bart. & Dd. d. Rubr. ff. De adquir. hered.* secus verò est, quoad effectus juris gentium, quoad jus nempe adquirendi bona defuncti: namque quoad illos judico, successionem ex testamento delatam æquè juris gentium esse, sicut ipsum testamentum juris gentium est, *Quamvis in hoc contrarium teneat gloss. d. c. ius Quiritum, Dist. 1. Card. Paris. d. Cons. 1. n. 60. lib. 1.* Similiter & successionem ab intestato filiorum & aliorum descendentium, quoad effectum consequendi bona defuncti juris gentium imò potiùs divini esse judico, *Card. Paris. Cons. 6. n. 47, lib. 2. arg. l. scripto. ff. und. lib. l. cùm ratio. ff. De bon. damn. gloss. l 1. C. Si ut se ab hered. abstin.* Porrò pupillarem substitutionem jure civili inventam, nemo est, qui dubitat, *Bart. Alex. & Ias. d. l. 2. in princ.*

82 *arg. illius text. ff. De vulg. & pup. substit.* Undecimò ex hoc jure gentium descendunt servitutes rerum, tàm personales, quàm reales, *Bart. d. l. Ex hoc iure. n. 21. arg. §. fin. infra De us. & habit.* fœdera pacis, inducia, & legatorum non violandorum religio, *c. ius gentium. Dist. 1. l.*

83 *sanctum. ff. De rer. divis. l. fin. ff. De legat.* Et quis possit facere fœdera pacis, item & inducias, *videte Bart. & Ias. l. conventionum. ff. De pact.* Et hæc sunt ferè illa, quæ ex jure gentium tàm primævo quàm secundario originem trahunt: alia verò plerunque à jure civili descendunt. Ideoque actionem *gloss. & Ang. infra De act. & ibi Ias. n. 35. gloss. Bart. & Ias. d. l. ex hoc iure. gloss. l. rerum amotarum iudicium. ff. Rer. amot. Dec. Rubr. n. 13. ff. Si cert. pet.*

Dec. c.

Dec. c. Quæ in ecclesiarum. extra De Constit. arg. §. Sed istæ. infr. De action. arg. §. sed istæ. Instit. de action. l. 2. §. deinde ex his. ff. De orig. l. 4. §. ex hoc edicto. ff. Naut. caup. stab. l. in commodato. §. sicut. ver. civiles actiones. ff. Commod. Libellum solennem scriptis comprehensum, *Clem. sæpè De verb. sign.* ne procedatur diebus festivis ob necessitatem hominum introductis, *Bart. in Constit. ad reprimend. ver. & figur. n. 9.* litis contestationem, *d. Clem. sæpè*, appellationem, *Abb. c. dilecti. extra De except. Dec. Rubr. extra De appell. c. 2. extra De reser.* Omnia denique, quæ ordi- 84
nem atque judicii processum respiciunt, juris civilis, non gentium esse receptum est, *gloss. infr. De oblig. in princ.* Sic & exceptio cùm sit actionis exclusio, *l. 2 ff. De exception.* juris civilis esse dicitur, *Bart. d. l. ex hoc iure*, quod indistinctè verum est in iis exceptionibus, quæ non magis differunt atque frustrantur causæ veritatem quàm eam respiciunt, *Bart. d. ver. & figura:* item hoc etjam indistinctè procedit in aliis exceptionibus quoad formam, modum & ordinem proponendi exceptiones, *Ang. Rubr. n. 8. infr. De except. Dec. Rubr. extra De except.* secus verò est, quoad hoc, ut reus se contra actionem institutam defendat, néve ipse innocens condemnetur: namque quoad hunc finem exceptionem juris gentium esse non dubitatur, *Bart. d. ver. & figura. Abb. & Dec. Rubr. extra De except. Ang. Rubr. n. 7. infr. De except arg. l. ut vim. ff. De iustit. & iur.* Similiter & citatio juris gentium vel naturalis est, *Clem. pastoralis. De sentent. & re judic.* Probatio etiam juris naturalis est, primò quoad hoc, ut probatio sit plena, *arg. c. licet. & c. in omni. extra De testib.* ut sit concludens, *arg. gloss. l. testium. C. De testib. gloss. c. nihilominùs. 3. q. 9.* ut testes sint jurati, *Bart. verb.*

& figura. In Conſtit. ad reprimend. ut in ſecreto examinentur, *arg. gloſſ. l. ſi quando. C. De teſtib.* ut probationi plenæ plena fides adhibeatur, nec ultrò quid requiratur, *arg. c. 2. & ibi Abb. Felin. & Dec. extra De probat.* Et generaliter an & quatenus ea, quæ ordinem atque proceſſum judicii reſpiciunt, ſint juris gentium vel civilis, *videte Bart. d. ver. & figura. eundemq; Bart. in. l. filius. ff. De donat.*

In §.

Conſtat.

SUMMARIA.

1. Summa §.
Ordinis methodiq; commendatio. Ibid.
2. Virum ſub appellatione Legis ſimpliciter prolatæ reliquæ juris ſpecies, & quando contineantur.
3. An & qualiter hodiè in civitatibus noſtris plebi abſq; conſenſu Senatus Leges condere concedatur?
4. Et utrum Senatui viciſſim plebe non conſentiente, Dd. ſimpliciter affirmant. Ibid.
5. Auctor diſtinguit, & ad ration. contrar. reſpondet n. ſeq.
6. Senatus, in quibus totius civitatis vicem repræſentet.

1 ORDINEM atque methodum omnibus artibus, diſciplinis atque materiis magnum lumen addere, nec ulla re diſcentium ſtudia atque conatus plus adjuvari quàm ordine atque methodo certum eſt. Ideoque Imperator diſcentium ſtudiis conſulens optimâ ratione poſt explicatam definitionem juris naturalis, gentium & civilis, ex quibus tanquam ex ſummis capitibus univerſum

versum nostrum jus conflatum est, in hoc nostro §. jus civile in duas species dividit, in jus nempe scriptum & non scriptum, & rursus juris scripti, sex species esse tradit, Legem nempe, plebiscita, senatusconsulta, Principum placita, Magistratuum edicta, responsa prudentum: ac simul docet, quid sit lex plebiscitum & senatusconsultum. Et licet Dd. nostri multum dubitent, 2
utrum appellatione Legis simpliciter prolata, reliquæ juris species contineantur, *Abb. & Felin. c. ius generale. Dist. 1.* ego tamen credo absque omni dubio appellatione Legis reliquas juris partes contineri, si vel mens disponentium, *arg. l. 3. C. De lib. præter. l. fin. C. Quæ res pign. oblig. poss. l. sed & Celsus. §. 1. ff. De contrah. empt.* vel subjecta materia, *arg. l. si uno in princ. ff. De locat. & conduct. l. Imperatores. ff. De in diem addict.* vel communis usus loquendi hoc suadeat, *arg. l liberorum. §. Quod tamen Cassius. ff. De legat. 3. Bart. & Ias. Rubr. ff. De oper. nov. nunc.* vel aliam interpretationem capiendo actus corrueret vel supervacuus esset, *arg. l. Quoties. ff. De verb. oblig. l. si tibi pecuniam. & ibi Ias. ff. Si cert. petat. l. si quando in princ. ff. De legat. 1.* Extra hos autem casus cùm Lex sit species separata ab aliis speciebus juris, ut hîc, appellatione Legis simpliciter prolata, reliquas juris species non comprehendi verissimum est, *arg. l. non aliter, in princ. ff. De legat. 3. l. 1. §. si is qui. ff. De exercit. action.* Præterea, quamvis in Romana republica 3
plebi etiam injussu Senatus, Leges, ex quibus tota civitas Romana obligabatur, condere permissum erat: hodiè tamen in civitatibus nostris plebi absque consensu Senatus Leges vel Statuta condere minimè conceditur, *Bald. l. 2. §. deinde cùm essent. arg. illius text.*

ff. De

ff. De orig. iur. facit text. noſt. hîc. Bart. l. omnes populi. n. 7. ff. De iuſtit. & iur. text. l. 1. C. De monopol. niſi quoad illorum præjudicium tantùm, *arg. l. per fundum. ff. De ſervit. ruſtic. præd. Bart. d. l. omnes populi. n. 17.* vel, niſi ſtatuto ab univerſa civitate condito, hoc iis permiſſum fuerit, *arg. d. §. deinde cùm eſſent. & text. noſtri hîc.* vel niſi hæc lex vel ſtatutum poſtea à Senatu civitatis confirmata fuerit, *arg. d. §. deinde cùm eſſent. l. 1. C. De veter. iur. enucl.*

4 Utrum autem hodiè Senatui alicujus civitatis non conſentiente plebe legem vel ſtatutum condere liceat, dubitatur: In quo dubio Dd. noſtri ſimpliciter concludere videntur quod ſic. Tum quia Senatus ſingularum civitatum in locum Senatus Romani quoad civitatem ſuam ſucceſſit, *Ang. §. Senatusconſultum. n. 1. h. t. n.* Tum, quia Senatus uniuscujuſque civitatis totam civitatem repræſentat, ejusque vicem ſuſtinet, *l. municipes. ff. Ad municip. l. municipibus. ff. De condit. & demonſtrat. l. item eorum. §. 1. ff. Quod cuiusq. univerſ. nom. Dec. Conſ. 404. n. 3. Aym. Cravett. Conſ. 195. n. 8. lib. 1. Roland. à Vall. Conſ. 90. n. 1.* ſive agamus de conſuetudine introducenda, *gloſſ. Rubr. Qua ſit long. conſuet.* ſive agamus de ſtatutis condendis, *Bart. d. l. omnes populi. n. 7. 16. & 17.* ſive de obliganda civitate ex contractu, *Bart. l. civitas. n. 2. & ibi Dd. ff. Si cert. petat.* vel ex delicto, *gloſſ. l. aliud. §. refertur. ff. De reg. iur.* ſive de renunciando privilegiis civitati competentibus, *Felin. c. novit. n. 9. extra De iudic.* ſive de aliis quibuscun-

5 que negotiis, *d. l. municeps. d. l. municipibus.* Ego tamen hiſce rationibus non obſtantibus veriſſimum judico, Senatum civitatis non poſſe condere ſtatuta vel leges de illis rebus, de quibus ipſa civitas, cui præeſt, ſtatutum vel leges condere nequit, *Bart. l. non ambigitur. ff. De legib.*

legib. Ang. d. §. Senatusconsulta. arg. l. traditio. ff. De adquir. rer. dom. l. nemo plus iuris. & ibi Dec. ff. De reg. iur. c. nemo plus iuris. & ibi Dyn. eod. in sexto. c. nuper. extra De donat. int. vir. & uxor. De illis autem rebus, de quibus civitas, cui præsunt leges, condere potest, & ipsis leges indistinctè condere permittitur, quoad particulare illorum præjudicium, *arg. d. l. per fundum. Bart. d. l. omnes populi. n. 17.* Quoad præjudicium autem totius civitatis, senatus non requisito populo statuta condere potest, de iis rebus, de quibus illis hoc vel in genere vel in specie facere permissum est, *arg. d. l. municipes. d. l. municipibus. d. l. item eorum. §. 1. Et ita intelligenda est doctrina Bart. in d. l. omnes populi. n. 7. 16. & 17.* De iis autem rebus, de quibus ipsis in hoc in genere vel in specie permissum non est, quale est, si ipse velit condere statutum de alienandis rebus immobilibus civitatis, vel de subjiciendo civitate libera altera alteri populo vel domino, & similia statuta, non consentiente plebe, condere non potest, *arg. l. prohibere. §. planè. ff. Quod vi aut clam. l. ambitiosa. & ibi Bart. ff. De decret. ab ord. faciend. l. fin. C. De vend. reb. civit. lib. 11. l. 1. ff. De Constit. princip. §. sed & quod princip. infr. h. t. nost. l. diligenter. ff. Mand. l. Age cum Geminiano. & ibi Iaf. C. De transact.* Nec obstat, quòd Senatus civitatis, totius civitatis vicem repræsentet; qui a hoc tantùm procedit in illis, quæ ad administrationem illorum spectant, quæque illis à civitate generaliter vel specialiter permissa vel mandata sunt, extra illa autem non, *Corn. Cons. 224. n. 10. lib. 4.* 6

In §.

Sed & quod Principi placuit.

SUMMARIA.

1. Respublica melius per unum regitur.

2. Imperator etiam solus quod ordinat, Legis vim obtinet.

3. Qualiter verò si quid per Epistolam vel sententiam interlocutoriam.

Vel definitivam. n. 5. & 6.

4. Quid sit in inferiore ab Imperatore, qui tamen Legis condendæ potestatem habet, & n. 7.

6. Sententia inferioris lata contra Principis sententiam, quando demum nulla sit.

8. Contractus ab Imperatore vel alio celebrati qualiter & quomodo Legis generalis vigorem habeant.

8. Privilegium quid sit, in quibus differat à beneficio rescripto dispensatione, mandato.

10. A quo tempore commodo ejus quis frui incipiat.

Quomodo interpretandum. ibid.

11. Vtrum ad successores & alios extendatur.

12. Vtrum debitori concessum fidejussoribus ejus prosit.

13. Et concessum alicui atq; filiis & filiabus, opituletur fœminis aliis nuptis.

Privilegium quomodo amittatur? ibid.

14. Vtrum concedens id revocare possit: & quomodo.

15. Vtrum Imperator contra jus naturale gentium & divinum Leges condere vel privilegium concedere possit? omnia remissivè.

1 ET veterum historiæ, & Philosophorum atque Poëtarum scripta testantur, ipsaque etiam experientia docet, potentes Respublicas melius per unum, qui solus

summa

2

ſumma rerum potitur, quàm per plures adminiſtrari. *c. in apibus. 7. q. 1.* Immò, monſtri inſtar videtur, unum idemque imperium pluribus regi capitibus, *c. quoniam. extra De offic. ordin.* Ideoque Romanæ Reipublicæ viribus auctis, cùm conſtaret, non omnes provincias Reipubl. ſubditas perinde probè per Senatum regi poſſe; placuit Romano populo Imperatore ſive Principe conſtituto, *l. 2. §. noviſſimè. ff. De orig. iur.* ei & in eum omne imperium ſuum omnemque poteſtatem Lege regiâ latâ, conferre, *ut hîc. l. 1. ff. De Conſtit. princ.* Quodcunque igitur 2
Imperator ſolus etiam non requiſitis ordinibus ſive proceribus imperii, *Bart. & Bald. l. humanum. C. De ll.* ordinavit, legis vigorem obtinere receptum eſt, *ut hîc. l. 1. ff. De Conſtit. princ.* ſive hoc fiat vel per epiſtolam aut ſubſcriptionem, *ut hîc.* vel per ſententiam interlocutoriam ipſius Imperatoris, *l. 1. ff. De Conſtit. princ.* Dummodò tamen meminerimus interlocutorias ſententias & epiſtolas Imperatoris, ita demum generalis legis vigorem obtinere, ſi illæ volumini juris inſertæ fuerint: alioquin verò ſecus, *Paul. de Caſtr. & Iaſ. l. 1. ff. De Conſt. princip. Iaſ. l. civitas. ff. Si cert. pet. at. Felin. c. In cauſis. extra De ſentent. & re iudic.* Inferiorum autem ab Imperatore 4
licet illi legis condendæ poteſtatem habeant tàm interlocutorias ſententias quàm epiſtolas, nullo modo legis vigorem obtinere exiſtimat, *gloſſ. Ang. Fulgoſ. Alex. & Iaſ. l. 1. ff. De feriis. Felin. Rub. extra De reſcript. Alex. & Iaſ. d. l. civitas. Iaſ. l. 1. ff. De Conſtit. princ.* Definitivam et- 5
jam ſententiam Principis legis generalis vim habere, *ut hîc. l. 1. ff. De Conſtit. princip. l. fin. & ibi Bald. C. De legibus*, uſque adeò verum eſt, ut ſententia lata contra definitivam Imperatoris ſententiam perinde ipſo jure

nulla sit, sicut sententia lata contra jus scriptum ipso jure non tenet, *Immol. l. apud Iulianum. § utrum. ff. Ad SC. Trebell. Felin. d. c. in causis. n. 3. Iaſ. d. l. 1. n. 6. ff. De Conſtit. princip.* nisi hæc sententia Principis sit contra jus commune, *Bald. l. 3. in fin. C. De ll. Archidiac & Dom. c. de quibus. Diſt. 20. Felin. d. c. in causis. n. 4. arg. c. Eccleſia Cl. 1. extra De Elect. l. ſi quando in princ. C. De inoffic. teſtam.* vel absentibus partibus & causa non cognita lata, *Ioan. Fab. & Ang. hic. Felin. d. c. in causis. arg. d. l. fin. C. De legib. l. qui repudiantis. ff. De inoff. teſtam. l. ſi ideò in princ. & ibi Bart. ff. De eviction.* vel mens principis, subjecta materia, aut tenor substantiæ contrarium suadeat: hisce enim casibus generalis legis vigorem sententia principis non obtinet, *Felin. d. c. in causis. n. 6. arg. illius text. facit text. l. non plures. C. De SS. Eccleſ. c. 1. §. fin. De fil. presbyt. lib. 1.*

6 Deinde annotandum, sententiam alterius judicis latam contra principis sententiam, ita demum nullam esse, si sententia principis vel corpori juris sit inserta, *Bart. Ang. & Dd. l. cum prolatis. De re iudic. Bart. & Bald. l. 2. C. Quand. provoc. non eſt neceſſ. Abb. & Felin. d. c. 1. De ſentent. & re iudic.* vel admodum notiora sit, *Bald. l. leges ſacratiſſimæ. Quæſt. 2. C. De legib. Abb. & Felin. d. c. 1. De*

7 *ſentent. & re iudic. Felin. d. c. in causis.* Inferioris autem à principe sententia, licet is legis condendæ potestatem habeat, nullo modo legis auctoritatem habet, *Ang. Alex. & Iaſ. l. 1. ff. De fer. Felin. d. c. in causis. Iaſ. l. 1. ff. De Con-*

8 *ſtit. princip.* Contractus etiam omnes celebrati non tantùm à principe, sed & à quolibet alio usque adeò Legis potestatem obtinere receptum est, *Bart. & Bald. l. pen. arg. illius text. C. De donat. int. vir. & uxor. Bart. l. Cæſar. arg. illius text. ff. De public. Bart. Alex. Iaſ. & Dec. d. l. mutus.*

Alex.

Alex. & Iaſ. l. ſi ſe non obtulit in princ. ff. De re iudic. Dec. Conſ. 187. ut licet Imperator legibus civilibus ſolutus ſit, *l. princeps. ff. De legib.* ex contractibus tamen ſuis efficaciter obligetur, *Bart. & Bald. l. Digna vox. C. De legib. Bald. l. 2 C. De ſervit. & aq. Felin. & Dec. c. 1. arg. illius text. extra De probat. Bald. c. 1. arg. illius text. De natur. feud. Iaſ. d. l. civitas. Iaſ. l. 1. ff. De pact. facit text. l. de contractu. C. De reſcindend. vendit.* non tantùm ipſe, ſed etiam ſucceſſor illius, qui ipſi non electione ſed ſucceſſione ſurrogatur, *Iaſ. l. 1. n. 14. ff. De Conſtit. princip. arg. l. cùm à matre. C. De rei vendic. l. 2. C. De reb. al. non alien.* Dummodò tamen meminerimus pacta vel contractus Imperatoris vel alterius, qui legis condendæ poteſtatem habet, non generaliter quoad alia negocia, ſed quoad obſervantiam illius pacti vel contractus tantùm legis vigorem obtinere. *Felin. d. c. in cauſis. n. 3.* Præterea principem non tantùm leges condere, ſed & privilegia aliis concedere, verùm hæc privilegia perſonam illius, cui conceduntur, non transgredi, hîc traditur. Circa hanc materiam quid ſit privilegium, & quid differat à beneficio, reſcripto, diſpenſatione & mandato, *videte Bart. & Iaſ. in l. beneficium. ff. De Conſtit. princip. Abb. & Dec. Rubr. extra De reſcript.* Item à quo tempore, utrum nempe à tempore privilegii conceſſi, an verò à tempore, quo quis cognovit privilegium ſibi conceſſum, ipſe commodo privilegii frui incipiat, *videte Bart. & Iaſ. d. l. Beneficium.* Quomodo privilegium interpretandum, *videte eoſd. Bart. & Iaſ. in d. l. beneficium.* Utrum privilegium alicui conceſſum ad heredes vel ſucceſſores illius, cui hoc privilegium conceſſum eſt, aut ad alias perſonas extendatur, *Bart. & Iaſ. l. 1. ff. De Conſtit. princ. Bart. & Alex.*

9

10

11

l. Quia tale. ff. Solut. matrim. Dyn. c. privilegium. De reg. iur. lib. 6. Dec. l. in omnibus causis. ff. De reg. iur. gloss. c. cùm
12 *veniſſent. extra De Inſtitut.* Utrum privilegium conceſſum debitori fidejuſſoribus ejus proſit, *videte Bart. & Bald. in l. Quoties. C. De precib. Imperat. offerend. Bart. & Alex. l. cùm filiusfamiliâs. §. 1. ff. De verb. oblig. Bald. l. tam*
13 *mandatori. C. De non num. pecun.* Utrum privilegium conceſſum alicui & filiis ejus tàm maſculis quàm fœminis opituletur, fœminis aliis nuptis, *tradit Bart. l. quoties. C. De privileg. ſchola. lib. 12. Alex. Iaſ. & Dec. l. cùm quadam. ff. De iurisd. omn. iud.* Quomodo privilegium amittatur, *videte gloſſ. Abb. Felin. & Dec. c. cùm acceſſiſſent. extra De Conſtit. gloſſ. c. ſuggeſtum. extra De decim. Bart. & Iaſ. d. l.*
14 *beneficium.* Utrum privilegium alteri conceſſum, is, qui illud conceſſit, revocare poſſit, *docet Abb. Felin & Dec. c. novit. extra De iudic. Alex. Conſ. 101. lib. 1. Conſ 216. lib. 2. Conſ. 16. lib. 5. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 124.* Item quomodo privilegia revocentur per generalem vel ſpecialem revocationem. *videte Iaſ. l. 1. n. 16. ff. De*
15 *Conſtit. princip.* Præterea utrum Imperator contra jus naturale, gentium vel divinum Leges condere, vel privilegium alicui concedere poſſit, *videte gloſſ. l. 1. ff. De Conſtit. princip. gloſſ. & Dd. l. fin. C. Si contr. ius vel util. publ. Abb. Felin. & Dec. c. Quæ in Eccleſiarum. extra De Conſtit.*

In §.

Prætorum.

SUMMARIA.

1. *Summa §.*

2. *Tàm Præfectus prætorio & ſimiles, quàm inferiores magiſtratus iurisdictionem perpetuam habentes, quomodo ſtatuta condant. & n. ſeq.*

3. *Qui*

3. Qui magistratus & quibus casibus etiam contra jus commune statuta condere & leges possint. & n. seq. & n. 5.

4. Et quid sit in Principibus secularibus regalem dignitatem perpetuam habentibus.

Et utrum in territoriis suis hi Cæsaris privilegiis utantur? ibid.

6. Magistratibus temporalem jurisdictionem habentibus qualiter statuta condere permissum sit?

7. Statuta condendi potestatem non habens, si dolo, caussa præoccupandæ jurisdictionis, statuta condat, quâpœnâ puniatur?

8. An, ut statuta à civitatibus condita juris non prætorii, sed civilis sunt, sic & à Marchionibus Ducibus & similibus magistratibus condita.

NON tantùm civitates, sed etiam magistratus, non 1
solùm Imperatorem, sed etiam alios quoscunque de his, quæ ad jurisdictionem illorum spectant, Leges atque Statuta condere posse, Imperator hîc tradit. Circa quod annotandum, majores magistratus, qua- 2
les sunt præfecti prætorio, legati sedis Apostolicæ & similes, licèt ipsi perpetuo magistratu non fungantur, absque dubio leges atque statuta condere posse, *l. formam. C. De offic. præfect. prætor. Orient. l. non ambigitur. ff. De legib. l. apertissimi, & ibi Iaſ. C. De iudic. l. fin. extra De offic. legat.* Alii autem magistratus inferiores, quales sunt Marchiones, Duces, Comites, Episcopi, Barones, Nobiles & alii jurisdictionem habentes, si ipsi jurisdictionem perpetuam habeant, simili modò statuta & leges condere possunt, *Bart. d. l. omnes populi. n. 5. Ang. §. Ius autem civile n. 5. supr. h. tit. nostr. arg. c. 2. extra De maior. & obed. c. 2. De Constit. lib. 6. c. 1. §. 1. De statut. contr. libertat. Ecclesiar.* Dummodò tamen tàm Præfectus prætorio & similes, quàm illi Magistratus, qui juris-

jurisdictionem perpetuam habent, non faciant legem vel statutum juri communi contrarium: Namque contra jus commune illis leges vel statuta condere non licet, *Hostiens. & Ioan. Andr. c. fin. arg. illius text. extra De offic. Archid. Ioan. Andr in addit. ad Specul. Rubr. De Election. Bald. Cons. 330. lib. 4. Curt. Sen. Cons. 79. col. fin. Martin. Laudens. in tract. De Princip. §. 92. Albert. Brun. Cons. 168. col. 3. Bald. & Ias. d. l. omnes populi. Abb. Cons. 1. n. 3. lib. 2. Alex. & Ias. l. nemo potest. ff. De legat. 1. Alex. Cons. 17. n. 14. lib. 4. Cons. 34. n. 4. lib. 6. Cons. 90. lib. 7. Felin. c. 1. extra De rescript. Felin. c. Quod super his. extra De maior. & obed. Ias. l. 1. C. De precib. Imperat. offer. Ias. d. l. apertissimi. Dec. Rubr. n. 22. C. Qui admitt. Dec. c. Quæ in Ecclesiarum. extra De Constit. Aym. Cravett. Cons. 103. n. 2. arg. l. formam. C. De offic. præfect. Illyr. c. cùm inferior. extr. De maior. & obed. Clem. Ne Romani. De iureiurand. gloss. c. fin. verb. figura. De hæret. lib. 6. Felin. c. novit. n. 11. extra De iudic. Felin. d. c. Quæ in*

3 *Ecclesiarum. n. 33.* Hoc tamen fallit primò, si hi magistratus superiorem non recognoscant, qualis est Rex Galliæ, Angliæ, Poloniæ, Daniæ, &c. Si enim indistinctè perinde ut ipse Imperator in regnis suis, contra jus commune leges vel statuta condere possunt: Quia ipsi in omnibus quoad regna sua Imperatori æquiparantur. *Bart. l. 1. §. de qua. ff. De postul. Bart. l. 3. ff. De minorib. Bart. l. infamem. ff. De publ. iudic. & l. hostes. ff. De capt. & postl. reversi. Bald. l. receptitia. C. De const. pecun. Bald. l. exemplo. C. De probat. Alex. Cons. 2. n. 9. lib. 1. Ias. l. 1. C. Quand. libell. princip. obl. fac. lit. contest. Ias. l. à iudice. C. De iudic. Ias. l. ex hoc iure. ff. De iustit. & iur. Dec. l. 1. ff. De offic. eius cui mand. est iurisd. Alb. Brun. Cons. 45. n. 19. Aym. Cravet. Cons. 135. n. 2. Rol. à Vall. Cons. 29. n. 26. & in lib. Quæst. de lucr.*

De lucr. dot. Quæst. 3. n. 8. Ruin. Conſ. 175. n. 22. lib. 1. Thom. Grammat. Conſ. civil. Conſ. 103. n. 3. Secundò hoc 4
fallit in principibus ſecularibus perpetuam regalem dignitatem obtinentibus; illi enim contra jus commune ſtatutum vel legem condere poſſunt, *Bald. l. fin. C. Quor. appell. recip. Paul. de Caſtr. Conſ. 225. Incip. Super primo dubio. Felin. d. c. 1. n. 2. extra De reſcript. Felin. d. c. Quod ſuper his. Iaſ. d. l. nemo poteſt. Corſet. in ſingularib. verb. princeps. Cl. 4. Thom. Gramm. Conſ. civil. 103. n. 4.* ubi ipſe illud procedere exiſtimat, etiamſi ſtatutum aliqualiter vergat in præjudicium ſuperioris. Namque & hi in territoriis ſuis Imperatoris privilegiis utuntur, *Socin. Conſ. 3. & Conſ. 66. lib. 3. Bald. l. more. ff. De iurisd. omn. iudic. Idemq. Bald. in l. receptitia. C. De conſtit. pecun. & in l. exemplo. C. De probat. Ang. Conſ. 139. Incip. In cauſſa accuſationis. Paul. de Caſtr. Conſ. 22. Incip. Super primo dubio. Alex. Conſ. 1. n. 29. lib. 5. Andr. Barbat. Conſ. 34. lib. 2. Albert. Brun. Conſ. 3. n. 7. Conſ. 19. n. 4. Conſ. 45. n. 18. Socin. Conſ. 66. lib. 3. Curt. Conſ. 49. Curt. Iun. Conſ. 1. n. 29. lib. 1. Conſ. 61. n. 9. Conſ. 100. lib. 2. Socin. Iun. Conſ. 73. n. 24. lib. 1. Conſ. 92. n. 3. lib. 3. Dec. Conſ. 403. n. 6. Alex. Conſ. 12. n. 9. lib. 7. Dec. c. paſtoralis in princ. n. 2. extra De appellat. Idemq. Dec. Conſ. 191. Calcan. Conſ. 2. Conſ. 7. Conſ. 26. Steph. Bertran. Conſ. 360. n. 4. lib. 1. Conſ. 156. lib. 3. Iaſ. Conſ. 100. n. 2. lib. 4. Carol. Ruin. Conſ. 200. n. 2. lib. 2. Conſ. 139. n. 2. lib. 5.* Hæc tamen limitatio vera non eſt, quia textui expreſſo refragatur, *d. l. formam: atq. contrarium tenet Alex. d. l. nemo poteſt. Iaſ. d. l. apertiſſimi. Dec. d. c. Quæ in eccleſiarum. Iaſ. in l. reſcripta. n. 3. C. De precib. Imper. offerend. Franciſc. Balb. in tract. De præſcript. 5. part. 5. part. princip. Quæſt. 8. n. 2. Natt. Conſ. 159. n. 9.* Nec verum eſt, Principes ſeculares regalem dignitatem

tatem habentes, si ipsi superiorem recognoscant Imperatoris privilegijs in suis territoriis uti, *Petr. de Anchor. Cons. 33. n. 2. Alb. Cons. 61. lib. 1. Socin. Cons. 7. lib. 3. Felin. d. c. Quæ in Ecclesiarum. Card. Molin. in Consuet. Paris. §. 5. gloss. 49 & in addit. ad Dec. c. postoralis in princ. n. 2. extra De appell. Soccin. iun. Cons. 69. n. 43. lib. 1. Bald. Cons. 327. n. 14. lib. 1. Felin. c. cum nobis n. 6. extra De præscr. Roland. à Vall. Cons. 86. n. 20. Dec. Cons. 580. Bald. Cons. 464. n. 1. lib. 1.* Tertiò hoc fallit, si magistratus velint contra jus commune condere legem vel statutum ex causa justa & rationabili, quæ verisimiliter incognita fuit illi, qui jus commune condidit: hoc enim illis licet, *Bald. & Ias. d. l. omnes populi. Abb. c. fin. extra De Consuet. Felin d. c. Quæ super his. n. 4. Ias. d. l. nemo potest. Dec. d. Rubr. C. Qui admitt. arg. l. si hominem & ibi Bart. ff. Mand. l. si quis filio exheredato. §. Illi autem omnes. ff. De iniust. rupt. l. pen. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.* Quartò hoc fallit, si inferior à Principe tale statutum vel legem condat, per quam jus commune non tollitur vel corrigitur penitùs, sed tantùm distinguitur: hoc enim ei licet, *Alex. Cons. 106. n. 15. lib. 2. Felin. d. c. Quod super his. arg. gloss. d. l. fin. C. Si contr. ius vel util. publ.* Quintò statutum inferioris magistratus valet, per quod jus civile dubium interpretatur, *Felin. d. c. Quod super his. n. 9.* Sextò hoc fallit, si statutum inferioris magistratus consuetudine confirmatum fuerit, *Anton. de Butr. c. cum dilectus. extra De Consuet.* Septimò hoc fallit, si magistratui inferiori fuerit concessum privilegium, ut ipse omnia possit facere in suo territorio, quæ Imperator in imperio facere potest, *Felin. d. c. Quæ in Ecclesiarum. n. 33.* Octavo hoc fallit, si ipse cum consensu subditorum suorum hoc statutum conderet, *arg.*

5

eius.

eius quod docet. Bart. d. l. omnes populi. n. 8. Archid. c. certè. 12. q. 1. Dom. c. platuit. Dist. 32. arg. l. 1. C. De vet. iur. enuclean. Nonò, licet inferior à Principe magistratus contra jus commune legem vel statutum condere non possit, contra jus tamen consuetudinarium, in suo territorio præter vel contra jus commune receptum, legem vel statutum condere potest, *Dom. c. in his. Dist. 11. Abb. c. ad audientiam. extra De Cleric. non resident. Felin. d. c. Quod super his. n. 8. arg. c. cum vi. & c. cùm omnes. extra De Constitut.* Illi autem magistratus, qui temporalem jurisdictionem habent, quales sunt potestates, rectores terrarum, item & scholarium, itemque præfecti Ducum, Comitum, &c. convocato concilio & omnibus suis subditis illisque consentientibus statuta condere possunt, *Bart. d. l. omnes populi. n. 8. Ang. d. §. ius autem civile. n. 5.* sed absque hoc iis statuta vel leges condere non permittitur, *arg. l. programma. C. comminat. vel epist.* nisi ipsi velint condere statuta valitura tantùm eo tempore quo ipsi administrationem habent, pro necessitatibus tempore illius administrationis incidentibus, proque factorum exigentia, qualia sunt statuta prohibentia, ne quis frumentum extra territorium vehat, ne quis arma portet & similia: hæc enim iis condere indistincte permittitur, *Bart. d. l. omnes populi. n. 8. arg. l. 1 § fin. ff. De offic. pr. sf. urb.* Ludimoderatores etiam sive Magistri Grammatices in his, quæ morum emendationem respiciunt, statuta inter discipulos suos condere possunt, *Bart. d. l. omnes populi. n. 12. Ang. d. §. ius autem civile. n. 5.* dummodò transgredientibus statuta pœnas pecuniarias non irrogent: namque hoc iis non licet, *arg. l. 1. §. taceat. C. De rei uxor.* Et si quis non habens potestatem 7

6

condendi ſtatuta, dolo malo, cauſſa præoccupandæ jurisdictionis ſtatuta vel leges condere aggreſſus fuerit; is pœna legis Juliæ Majeſtatis punitur, *Bart. d.l. omnes populi, n. 14. arg. l. 3. §. fin. ff. Ad leg. Iul. Maieſt.* Porro licet
8 ſtatuta à civitatibus etiam ſuperiorem recognoſcentibus condita jus civile, non autem prætorium ſint, *§. Ius autem civile. ſupr. h.tit noſt.* ſtatuta tamen condita, à Marchionibus Ducibus, & ſimilibus Magiſtratibus juris non civilis ſed prætorii cenſentur, *Bart. Alex. & Iaſ. l. 5. in princ. ff. De verb. oblig. Bart. l. fin. ff. De pœn. Abb. c. fin. extra De offic. legat. Ang. & Gomeſ. §. ſed iſtæ. & ibi Iaſ. n. 27. infr. De action. Alex. & Iaſ. l. creditori. ff. De legat. 1. Iaſ. l. Qui bis idem. ff. De verb. oblig. Iaſ. l. à. iudice. col. fin. limitat. 3. C. De iudic.* vel niſi illi magiſtratus ſuperiorem non recognoſcerent, *Alex. & Iaſ. d.l. 5. in princ. ff. De verb. oblig. Iaſ. d. §. Sed iſtæ. n. 31. & in l. 1. ff. De condict. ex leg. item & in l. fin. n. 7. C. und. legit.* vel ipſe ſtatutum vel legem conderet cum concilio ſubditorum, illis nempe ſolenniter convocatis & conſentientibus hoc ſtatutum condi, *arg. eius quod docet Bart. d.l. 5. in princ. ff. De verb. oblig. text. l. Quæritur. ff. De ſtat. homin. Contrarium tamen quòd talia ſtatuta ſint iuris civilis, tenet Roland. à Vall. Conſ. 29. n. 26. & in lib. Quæſt. De lucr. dot. Quæſt. 3. n. 8. & Conſ. 86. n. 12.*

In §.

Reſponſa prudentum.

SUMMARIA.

1. *Iureconſultorum noſtri temporis reſponſa Legis vigorem non obtinent.*
2. *Opinioni tamen Doctoris quando innitendum.*

3. *Opinio*

3. Opinio non Doctoris vel Licentiati ne probabilis quidem est.

4. Licentiati, in quibus Doctorum appellatione veniant, iisdemq; cum his privilegiis fruantur?

5. Doctoris publicè promoti opinio quando probabilis?

6. Doctoris alicuius demortui magnæ auctoritatis opinione motus litigans si succumbat, in expensas non condemnatur.

7. Consilia Iureconsultorum qualiter, quem, & quando excusent?

8. Iudex in judicando opinionem communem sequi debet.

Quod tamen limitatur & declaratur valdè notabiliter novem modis. n. 11. & 12.

9. Pœna judicantis contra communem.

10. Iudex sequendo singularem præceptoris sui opinionem contra communem judicans, qualiter nullam pœnam incurrat.

12. Iudex quid faciet, si dubitetur, quæ sit communis opinio, & utraq; æquè firma fuerit?

13. Ex pluribus opinionibus relatis, ultimo relata approbata intelligitur.

14. Lex plures intellectus habens ad causarum decisionem allegari nequit.

15. Quæ requirantur ad hoc, ut quis in Doctorem promoveri possit?

16. Doctores quæ habeant privilegia, & num militibus præferantur? remiss.

17. An Doctor, cui prætermisso rigore examinis ab Imperatore vel Papa doctoralis dignitas collata est, Doctorum privilegiis fruatur. N.

18. Virum Licentiatus suscipiens post insignia doctoralia, præferatur illis, qui antea Dd. creati sunt remiss.

19. Non Doctor, pro Doctore se gerens, quâ pœnâ teneatur?

20. Inter plures Dd. quis alteri præferatur?

21. Cujus ætatis debeat esse Doctorum insignibus decorandus?

22. Virum Doctoratus sit dignitas. remiss.

23. Viginti annis publicè professus, qualem dignitatem consequatur?

24. Doctor indoctus an Doctorum privilegiis utatur. remiss.

25. Doctor an, ut alicui consulat, invitus cogi possit?

26. Doctor, quando & ad quid ob malum consilium teneatur?

27. Ex quibus causis Doctor degradari possit? remiss.

28. Doctori semel degradato quo casu insignia doctoralia iterum concedi possint?

29. Scholaris propter inscitiam repulsam semel passus, peritior factus, reprobari iterum non debet.

30. Doctoralia insignia alicui collata esse, unico teste probatur.

31. Doctor moriens in principio anni, num salarium totius anni, longiorive temporis ad heredes transmittat? remiss.

32. Vtrum Doctor Professor publicus per substitutum legere possit? remissivè.

33. Vtrum casu vel alio modo legere impeditus salarium suum petere nihilominùs possit? remiss.

34. Vtrum is, cui aliquo in loco licentia concessa est, alio in loco promoveri possit? itidem remissivè.

1 RESPONSA, sententias atque opiniones Jureconsultorum, quibus primùm à divo Augusto, deinde à sequentibus Imperatoribus de jure respondendi potestas concessa fuit, *l. 2. ff. De orig. iur.* legum vigorem obtinere certum est, *ut hîc.* Jureconsultorum verò nostri temporis sententiæ atque responsa legum vigorem non obtinere, usque adeò verum est, *gloss. & Bart. l. 1. C. De legib. gloss. l. si de interpretatione. ff. De legib. Bart. Alex. Iaf. & Dec. l. 1. ff. Si cert. petat. Card. Paris. Conf. 68. n. 80. & Conf. 131. n. 10 lib. 4. Nicol. Everh. in loc. Ab auctor.*

2 ut nullius quantumvis magnæ auctoritatis Doctoris opinioni, nec glossæ. *gloss. l. sed & licet. ff. De offic. præsid.* innitendum sit, nisi illa legibus vel rationibus concludentibus juvetur, *Archid. c. nolite, 11. q. 3. Card. Conf. 78. Felin. c. 1. n. 54. extra De Constit. Dec. l. 1. ff. Si cert. petat. Iaf.*

3 *l. illam. n. 8. C. De collat.* Quod absque dubio procedit in opinionibus atque responsis illorum Jureconsultorum, quibus insignia doctoralia collata non sunt: namque illorum sententiæ, non modò legum auctoritatem non


image
not
available

poteſt, *Petr. de Anchor. Clem. Ne Romani. De Elect. Card. Clem. 2. De magiſt. Abb. c. ut calumniam. extra De pœn. Iaſ. l. properandum. §. Sin autem alterutrâ. C. De iudic. Dec. & Dd. c. ut debitus. extra De appellat. Card. Pariſ. Conſ. 7. n. 43. lib. 3.* Idem eſt in eo, qui Dd. adhuc ſuperſtitum conſiliis motus vel actionem contra alium inſtituit, vel ab alio
7 conventus fuit, *Iaſ. d. §. Sin autem.* Similiter excuſatur & is, qui Jureconſultum conſilio ductus, errore juris lapſus quid vel fecit vel omiſit, *Bart. l. in bonorum. arg. illius text. ff. De bonor. poſſ. Bald. Alex. Iaſ. & Dec. l. iuris ignorantia. C. Qui admitt. facit text. l. regula. §. ſed iuris. ff. De iur. & fact. ignor.* Dummodò tamen hiſce duobus poſterioribus caſibus, is qui Jurisconſultorum conſilium ſecutus eſt, non ſit talis, qui ſuâ prudentiâ inſtructus eſſe debet, qualis eſt Dd. juris & ſimiles relati, per Bart. *in l. generali. C. De tabul. lib. 10.* Namque hunc, conſilium aliorum Jureconſultorum non excuſat, *Bart. d. l. in bonorum. Bart. & Dd. l. ſi convenerit. ff. De re iudic. Bald. Alex. & Iaſ. d. l. iuris ignoraptia. Iaſ. d. §. Sin autem alterutra.* Deinde etiam conſilium Doctorum ita demum quem excuſat, ſi quis non vulgarium aut illorum, qui levi ſcientiâ juris inſtructi ſunt, ſed excellentium Jurisconſultorum, *Ang. l. plagii. C. Ad leg. Flav. de Plagiar. Fulgoſ. & Iaſ. d. l. iuris ignorantia. arg. l. Quod ſi nolit. §. ſi mancipium. iunct. gloſſ. verb. adhibuerit. ff. De Aedil. edict.* non unius ſed plurium, *Bald. Fulgoſ. Alex. & Iaſ. d. l. iuris ignorantia. Iaſ. d. §. Sin autem alterutra. arg. d. l. in bonorum. c. ſtatutum De reſcript. lib. 6.* Dummodò in iſto loco plures reperiantur, *arg. §. quod autem. Auth. De non alien. aut permit. Bart. Iaſ. & Dd. l. 1. §. fin. ff. De verb. oblig.* Conſilium
8 ſecutus, quid fecerit vel omiſerit. Præterea judex in judi-

judicando communem ſententiam Dd. quam videlicet plures atque gravioris auctoritatis Dd. tenent, *Felin. c. 1. n. 54. & ibi addit. ad Abb. extra De Conſtit. Iaſ. l. ſi quis mihi bona. § juſſum. n. 14. ff. De adquir. hered. Iaſ. l. re coniuncti. n. 142. ff. De legat. 3. Idemq. Iaſ. l. ſi is, qui pro emptore. n. 247. ff. De uſucap. itemq. in Auth. ſi qua mulier. n. 15. C. De SS. Eccleſ. arg. c. in Canonicis. Diſt. 19. § Verùm illa ſententia. De pœnit. Diſt. 3.* uſque adeò ſequi debet, *Abb. Felin. & Dec. c. 1. extra De Conſtit. Bald. c. 1. § Iudices. De pac. iuram. firmand. Bald. l. 1. arg. illius text. ff. De Senator. Alex. Conſ. 51. lib. 5. Abb. c. novimus. arg. illius text. extra De verb. ſign. facit text. c. de induciis. 3. q. 3. l. 1. ff. De offic. Quæſt. l. Athletas in princ. ff. De his qui not. infam. l. fin. C. De fideicom. c. prudentiam in princ. extra De offic. deleg.* ut & judex, qui contra com- 9
munem opinionem judicat, imperitus præſumatur, *Alex. Conſ. 95. n. 6. lib. 2.* & faciat litem ſuam atque parti læſæ ad id quod intereſt, condemnetur, *Bart. l. fin. C. De pœn. iudic. qui mal. iudic. Ang. l. terminato. C. De fructib. & lit. expenſ. Abb. d. c. prudentiam in princ. Abb. c. 1. extra De ſent. & re iudic. Abb. c. 1. extra De decim. Petr. de Anchor. Clem. Ne Romani. De Elect. Anton. de Butr. c. ex literis. Cl. 1. extra De ſponſal. Felin. c. 1. n. 54. Iaſ. l. cum prolatis. ff. De re iudic.* Niſi judex ſequendo ſingularem opinionem 10
præceptoris ſui contra communem opinionem Dd. judicaverit: tunc enim ipſe non facit litem ſuam, nec parti læſæ ad id, quod intereſt, tenetur, *Oldrad. l. quæſitum. § 1. ff. De fund. inſtr. Ang. d. l. terminato. Abb. c. 1. n. 25. extra De poſtul. prælat. Felin. d. c. 1. n. 56. extra De Conſtit. Iaſ. l. generaliter. n. 10. ff. De in ius vocand. Andr. de Falco in addit. ad Abb. c. fin. arg. eius quod ibi docet, Abb. extra De Magiſt. arg. l. dicere. ff. De arbitr. gloſſ. c. cùm beatiſſimus.*

24. q. 1. Dummodò tamen ille præceptor, cujus opinionem quis contra communem sequitur, sit non vulgaris, sed eximiæ eruditionis Doctor, *Addit ad Alb. c. 1. n. 25. extrà De Constit. facit quod docet Fulgos. Ias. & Dd. d. l. iuris ignorantia.* & non temerè, sed gravissimis atque evidentissimis rationibus motus à communi opinione recedere solitus, *arg. eius quod doc. Bald. l. fin. n. 10. C. De pœn. iudic. qui mal. iudic.* Hæc tamen quod dictum est, judicem
II in judicando non singularem, sed communem opinionem sequi debere: ita demum procedit, nisi vel communis opinio evidenter falsa sit vel singularis opinio, melioribus atque firmioribus rationibus nitatur, *Ioan. Andr. Alb. Felin. Dec. d. c. 1. extra De Constit. Abb. d. c. prudentiam in princ. Abb. c. Capellanus. arg. illius text. extra De for. Abb c. 3. extra De Censib. Abb. c. ex literis. Cl. 1. extra De sponsal. Idem Abb. c. tua nos. extra De usur. & Conf. 1. lib. 1. Bald. d. §. iudices. Alex. & Ias. d l. cum prolatis. Ias. Auth. Novissima. n. 22. C. De inoffic. testam Dec. Conf. 33 n. 6. Conf. 259. n. 1. Conf 481. n. 12. Ioan. Nevizan. in sylv. nupt. lib. 5. n. 67. Natt. Conf. 120. n. 1. facit l. 1. §. sed neq. C. De veter. iur. enucl. l. Aemilius. ff. De minor.* Secundò hæc conclusio fallit, si singularis opinio, alicujus excellentis Doctoris juvetur auctoritate glossæ: tunc enim illa communi opinioni præferenda est, *Iacob. Buttig. l. 1. C. Qui pro sua iurisd. Bald. l. hereditas. C. Depos. Bald. l. precibus. C. De impub. & alii. substit. Bald. Auth. Cessante. C. De legit. hered. Alouz. de Butr. c. 1. extra De offic. deleg. Alex. Conf. 147. n. 4. lib. 5. Felin. & Dec. c. 1. & ibi Addit. ad Abbat. extra De Constit. Ias l. ut vim. ff. De iustit. & iur.* Similiter & Archidiaconi opinio super Sexto, licet singularis sit, communi opinioni præfertur, *Domin. de Rot. in Decis. antiq. Decis. 348 Felin.*

Felin. d. c. 1. & ibi Addit. ad Abb. extra De Constit. Hoc tamen ita demum verum judico, quando vel opinio glossæ, aut Archidiaconi melioribus rationibus nititur, vel dubitatur, quæ opinio sit communis: secus verò est, si constet, quæ opinio sit communis, tunc enim illa, si contraria opinio melioribus rationibus non juvetur, hæc opinio communis etiam contra glossam vel Archidiaconum sequenda est; *Dec. d. c. 1. extra De Constit. Nicol. Everh. in loc. A contrar. sens. circ. fin. Nevezan. in syl. nupt. lib. 5. n. 25. usq. ad n. 26 arg. l. 1. ff. De offic. quæstor. l. Athletas in princ. ff. De his qui not. infam. c. novimus. extra De verb. signific.* Et si reperiantur opiniones glossæ contrariæ, illa opinio tenenda, quàm plures glossæ sequuntur, *Bald. l. precibus. C. De impub. & aliis substit. Ias. l. ut vim. n. 36. ff. De iustit. & iur. arg. Auth. De consang. & uterin. fratr. in princ. Auth. ita quòq. C. Commun. de success. c. 1. extra De treug. & pac.* Tertiò hoc fallit, si opinio singularis sit pro matrimonio, testamento, libertate, anima, pia causa vel similibus favorabilibus causis, *Host. & Abb. c. fin. extr. De sentent. & re iudic. Andr. Sicul. Cons. 60. lib. 1. Felin. & Dec. c. 1. & ibi addit. ad Abb. c. 1. extra De Constit. Dec. Cons. 501. Nicol. Everh. in loc. à contrar. sens. col. fin. Anton. Corset. in sua Singular. ver. opinio. Ang. de Clava. in sua summ. verb. matrimonium. arg. l. Iulianus De manumiss. l. inter pares. ff. De re iudic. c. fin. extra De sent. & re iudic. gloss. c. Ex literis. extra De probat. Ias. l. 1. n. 53. C. De sum. trinit. Ias. Auth. si qua mulier. n. 13. C. De SS. Eccles. text. l. sunt personæ. ff. De religios. & sumpt. funer. Dec. l. favorabiliores. ff. De reg. iur.* Quod tamen ita demum verum judico, si vel opinio quæ est, contra communem melioribus rationibus nitatur, vel dubitetur, quæ opinio sit communis, secus si constet, quæ opinio communis sit,

eaque firmis rationibus non superetur: tunc enim illa etiam contra matrimonium & similem favorabilem causam sequenda, *Alex. d. l. cùm prolatis. Andr. Sicul. Conf. 3. lib. 1. Dec. d. c. 1. n. 31. extra De Constit. arg. d. l. Iulianus. d. l. inter pares. d. c. fin. extra De sentent. & re iudic. l. maiorem. ff. De pact. c. ex tenore. extra De for. compet. c. fin. extra De donat. int. vir. & uxor. l. si pars. ff. De inoffic. testam.* Quartò hoc fallit in opinione singulari, quæ potestati clavium favet: illa enim communi opinioni præfertur, *Hostiens. c. rursus. Qui Cler. vel noven. Felin. d. c. 1. & ibi addit ad Abb. extra De Constit.* Quod tamen limitandum & declarandum est, prout præcedentem fallentiam limitavimus & declaravimus, *Ioan. Nevizan. in Syl. nupt. lib. 5. n. 64.* Quintò hoc fallit, si singularis opinio alicujus Doctoris consuetudine approbata sit: ea enim etiam contra communem sequenda, *arg. l. minimè. ff. De legib. c. cùm dilectus. extra De consuet. Bald. l. illud. arg. illius text. ff. De excusat. tutor. Bald. c. 1. De feud. fin. culp. non amitt. Petr. de Anchor. Conf. 177. Incip. Visis. Dec. d. c. 1. n. 22. extra De Constit. Carol. Molin. in Consuetud. Paris. §. 31. n. 11.* Sextò hoc fallit, si opinio singularis Doctoris, habeat pro se textum expressum juris Canonici, tunc enim illam contra opinionem communem etiam in foro civili sequi debemus, *arg. c. 1. & ibi Abb. extra De oper. nov. nunciat.* Septimò hoc fallit, si vel statuto cautum vel consuetudine receptum fuerit, ut judex in judicando certi Doctoris opinionem sequatur? tunc enim illam sequi debet, licet communis opinio refragetur, *Addit. ad Abb. d. c. 1. extra De Constit.* Octavò, sententia judicis lata contra communem opinionem, non est ipso jure nulla, *Ang. & Imol. l. Qui Romæ. §. duo fratres. ff. De verb. oblig. Felin. d. c. 1.*

d.c.1. n. 56. & ibi. Addit. ad Abb. extra De Conſtit. Nonò, 12
quando Dd. opiniones ſunt variæ, & dubitatur, quæ opinio ſit communis, atque utraque æquè firmis rationibus nitatur: judex poteſt ſequi illam opinionem, quam vult, nec eam ob cauſſam ullâ pœnâ plectitur, *Ang. Iaſ. & Alex. d. l. cum prolatis. Bald. c. 1. §. iudices. De pac. iuram. firman. Abb. & Dec. c. 1. extra De Conſtit.* Et poteſt hoc caſu mediam viam eligere, remque controverſam inter pares dividere, *Petr. de Anchor. Conſ. 211. Incip. Inter contraria. Felin. c. 1. n. 55. & ibi Dec. n. 32. extra De Conſt. Bald. l. ſi paterfamiliâs. §. fin. arg. illius text. ff. De hered inſtit. Alex. l. citius. arg. illius text. ff. Ad SC. Trebell. Dec. c. 1. extra De probat.* Hoc tamen ita demum procedit, niſi vel una opinio nitatur melioribus & firmioribus rationibus, *arg. l. 1. §. Sed neq. C. De veter. iur. enucl.* vel ſit benignior, *l. proximè. ff. De his, quæ in teſtam. debent. l. benignius. ff. De legib. l. ſi fuerit. ff. De reb. dub. Dec. c. 1. n. 24. extra De Conſtit.* vel, niſi faveat matrimonio, animæ, libertati, teſtamento, Eccleſiæ, piæ vel favorabili cauſſa, *arg. c. fin. & ibi. Abb. extra De ſentent. & re iudic. l. Iulianus. ff. De manumiſſ. l. inter pares. ff. De re iudic.* vel auctoritate gloſſæ juvetur, hanc enim opinionem judex omninò ſequi tenetur, *Iacob. Butrig. l. 1. C. Qui pro ſua iurisd.* Præterea 13
quando à gloſſa vel Doctore plures opiniones referuntur, & nulla expreſsè approbatur, illa approbata intelligitur, quæ ultimo loco relata eſt, *gloſſ. l. Qui filium. §. Salinus. ff. Ad SC. Trebell. Bart. l. Bona fides. arg. illius text. C. Depoſ. Bald. l. ſi mater. C. Ne de ſtat. defunct. Bald. Iaſ. & Dec. l. ſi idem cum eodem. §. fin. ff. De iurisd. omn. iudic. Felin. & Dec. c. 1. extra De Conſtit. Nicol. Everh. in ſua Topic. in loc. Ab auctor. Ang. hîc. Ang. §. item precium. inſt. De empt.*

14 *vendit.* Et lex habens plures intellectus ad decisionem causarum allegari nequit, *Bart. l. in ambiguo. arg. ill. text.*
15 *ff. De reb. dub. Felin. c. 1. extra De Constit.* Porrò quæ requirantur ad hoc, ut quis in Doctorem promoveri possit, *videte Bart. & Alex. l. magistros. C. De profess. & med. lib. 10. Abb. & Dec. c. proposuisti. extra De probat. Bart. l. 1. C. De profess. urb. Constant. lib. 12. Ias. Rubr. C. ut nemin. lic. sin.*
16 *auctor. iud.* Et quæ habeant privilegia Doctores, *videte Alex. in addit. ad Bart. l. 1. C. De dignitat.* Et utrum Doctor præferatur militi, *videte Ang. supr. in proœm. Institit. in princ. n. 3. Abb. c. 3. & ibi Felin. extra De magist.*
17 *Alex. l. Centurio. ff. De vulg. & pupill. substit.* Et quod is, cui ab Imperatore vel Papa unico verbo, prætermisso rigore examinis doctoralis dignitas confertur, privilegia Doctorum non habeat, *tradit Ias. l. 2. §. si prius. n. 17. ff. De vulg. & pupill. & in l. si quis maior. n. 30. C. De transact. Paul. de Castr. l. fin. C. ubi Senat. vel clariss. Felin. c. Clerici. extra De iudic. Claud. de Seisel. l. Centurio. ff. De vulgar. & & pupill. Andr. Sic. in proœm. Clem. Maria. Socin. c. qualiter. Cl. 3. extra De accusat. Carol. Molin. in addit. ad Dec. d. c. Clericis. Felin. c. per tuas. n. 3. De maior. & obed. arg. l. si nemo. C De Advoc. diversi. iudic. Quamvis contrarium, sed malè teneat Dec. d. c. Clerici. Hieron. Cognol. repetit. l. si quis*
18 *maior. n. 16 9. C. De transact.* Et, utrum is, cui Licentia Doctoratus collata est, susципiens deinde post aliquod tempus insignia doctoralia præferatur illis, qui interea Doctores creati sunt, *videte Ang. §. Quædam. infr. De action. Felin. in proœm. decretal. ver. Gregorius. n. 18. Felin. Rubr. n. 3. extra De maior. & obed. Alex. in addit. ad Bart. l. 1. C. De dignit. lib. 12. Ias. & Dec. l. Cùm quid. ff. Si cert. petat. Dec. c. Clerici. & ibi Felin. extra De iudic. Socin.*

Cons.

Conſ. 70. lib. 4. Et quòd is, qui cùm Doctor non eſt, ſe 19
pro Doctore gerit, teneatur pœna falſi, *tradit Bart. in l. redditur. C. De profeſſ. & medic. lib. 10. Bart. l. Eos. §. fin. arg. illius. text. ff. De falſ. Abb. c. 1. n. 4. extra De magiſt. Abb. c. 1. n. 1. De Cleric. non ordin. miniſt. Felin. c. tertio loco. n. 1. & ibi Dec. n. 6. extra De probat. Felin. c. 1. n. 5. extra De magiſt.* Dummodò is reipſa non ſolis verbis doctoralem dignitatem uſurpet: Namque ſi ſolis verbis doctoralem dignitatem quis non Doctor uſurpet, is non pœna falſi, ſed extraordinariè abitrio judicis plectitur, *Dec. d. c. tertio loco. & ibi Addit. ad Felin Bald. l. Qui ſub prætextu. C. De SS. Eccleſ. arg. l. ſi quis. C. De aquæd. lib. 12.* Et inter plures Doctores quis alteri præferatur, *videte Alex. Iaſ. & Dec. d. l. cùm quid. Felin. Rubr. n. 3. extra De maior. & obed. Abb. c. 1 extra De conſang. & affinit. Felin. & Dec. c. Clerici. extra De iudic. Felin. c. fin. extra De magiſt. Dec. c. conſtitutis. Cl. 2 extra De appellat. Alex. & Iaſ. l. 2. §. primùs. ff. De vulg. & pupill. ſubſtit.* Cujus ætatis debeat eſſe is, qui Doctorum inſigniis 21
ſe decorari petit, *videte Bart. in l. 1. §. initium ff. De poſtul. Bald. l. 1. §. Interdum. ff. De legit. tutor. Felin. Rubr. extra De magiſtr. Iaſ. Rubr. C. De procurat. Arg. §. Cùm ergò. n. 1. infr. Quib. ex cauſſis manumitt. non nect.* Utrum Doctoratus ſit dignitas, *videte c. quanto. & ibi* 22
Abb. & Felin. extra De magiſtr. Bart. in 1. Conſtit. Codic. n. 10. Bart. l. omnes. & l. generali. C. De decur. lib. 10. Bart. l. Ex eo. ff. De teſtam. milit. Bald. in proœm. Dig. ff. Alexth. de Afflict. c. Dominus Oberto. n. 38. De feud. cognit. item q. in c. qui à principe. n. 14. Quis dicat: dux. Et quod is, qui 23
20. annis publicè profeſſus eſt, illuſtrem conſequatur dignitatem, *videte l. 1. iunct. gloſſ. C. De profeſſ. urb. Conſtant.*

Constant. lib. 12. Bart. in 1. Const. Cod. n. 11. Alex. & Dec. l. 1. ff. De offic. eius cui mand. est iurisd. Dec. l. cùm quid. ff. Si
24 *cert. petat.* Utrum Doctor indoctus utatur privilegiis
25 Doctorum, *tradit Felin. d. c. Clerici. n. 2.* Utrum Doctor invitus cogi possit, ut alicui in causa sua consulat sive consilium præbeat, *videte Felin. c. si pro debilitate. n. 6. extra De offic. deleg. Iaf. d. l. Eum qui. & l. invitus. C. De*
26 *procurat.* Et quòd Doctor dolo vel imperitiâ alicui malum consilium præbens parti, quæ id consilium secuta damnum accepit, ad id, quod interest, teneatur, *tradit Specul. §. 1. n. 5. De requis. consil. Felin. c. pastoralis. §. Quia verò. n. 22: extra De offic. deleg. Abb. c. si culpa. extra De in-*
27 *iur. Idemq; in c. tua nos. n. 3. extra De homic.* Ex quibus caussis Doctor degradari atque exauctorari possit, *videte Bart. l. Magistros. C. De prof. & medic. lib. 10. Nicol. de Neapol. l. sed & reprobari. in princ. n. 2. ff. De excusat. tutor. Felin. c. ex literis. n. 6. & ibi Dec. n. 3. extra De Constit. Bart. l. Grammaticos. C. De profess. & medic. lib. 10. Abb. c. cùm secundum. n. 12. extra De præbend. Abb. c. de illis. n. 8. extra De desponsat. impub. Dec. c. cùm venerabilis, col. fin. extra De*
28 *except.* Et quod Doctori semel degradato sive exauctorato, non possint insignia Doctoralia iterum concedi, nisi interveniente mandato Imperatoris, *tradit Bald. l. 2. n. 6. C. De libert. & cor. liber. Iaf. l. Barbarius. n. 60. ff. De offic. proconf. Iaf. l dedi. §. 1. n. 7. ff. De condict. ob causs. Idemq; Iaf. l. naturalis. in princ. n. 2. ff. De præscript. verb. Add. ad Abbat. c. 2. extra De postul. præl. Matth de Afflict.*
29 *c. 1. in princ. n. 174. Quæ sunt regal.* Quamvis scholaris petens insignia Doctoratus, & propter insciti am reprobatus, si postea peritior factus fuerit, æquè in Doctorem promoveri possit, atque si ipse nunquam reprobatus

fuisset,

fuiſſet, *Bald. c. officii. extra De Elect. Dec. c. cùm venerabilis. n. 9. extra De except.* Præterea hoc quod alicui inſignia 30
doctoralia collata ſint, unico teſte plenè probari poteſt, *Iaſ. l. huiusmodi. §. ſi legatum. n. 20. ff. De legat. 1.* Utrum 31
Doctor moriens in principio anni ſalarium totius anni vel etiam longioris temporis ad heredes ſuos tranſmittat, *videte Bart. Iaſ. & Dec. & Dd. l. diem functo. ff. De offic. aſſeſſor. Bart. l. 1. §. Divus. ff. De var. & extraord. cogn.* Et utrum Doctor, qui eſt Profeſſor publicus, per ſubſti- 32
tutum legere poſſit, *videte Bart. l. nemo eſt, qui neſciat. ff. De duob. reis. Abb. c. 1. extra De ſum. trinit. & fid. cath. idem Abb. c. cùm dilecta. n. 10. extra De reſcript. itemq; in c. extirpanda. §. Quia verò. extra De præbend. Matth. de Afflict. c. 1. §. Si quis deceſſerit. Si de feud. def. content.* Utrum Doctor 33
conductus ad lecturam publicam, ſi ipſe non profiteatur, caſu vel alio modo impeditus, nihilominus ſalarium ſuum petere poſſit, *tradit Bart. d. §. divus. Dd. d. l. diem functo. Dec. Conſ. 70. facit quod docet. Abb. c. ſignificaverunt. n. 8. extra De iudic. Matth. De Afflict. c. Qui à Principe. n. 46. Quis dicat. dux.* Et utrum is, cui in uno loco 34
conceſſa eſt licentia promovendi in Doctorem, in alio loco doctoralibus infulis decorari poſſit, *videte Iaſ. in l. nulli. C. De iudic.*

In §.

Ex non ſcripto.

SUMMARIA.

1. *Continuatio & argumentum §.*
2. *Conſuetudo quàm varie accipiatur.*
2. *Conſuetudinis de qua hic agitur, definitio, ejuſq; explicatio. & n. ſeq.*

4. Consuetudo in scripturam redigi potest.

5. Consuetudo non nisi tacito populi consensu interveniente introducitur.

6. Qualiter autem sic indistinctè, ubi pulchrè.

7. Consensus populi quomodo probetur?

8. Non omnis consensus sufficit: At qualis? ibid.

9. Consensus ex moribus colligi debet, ut consuetudo inducatur.

10. Unicus actus notorius & tractum temporis habens ad consuetudinem inducendam non sufficit contra quosdam.

11. Quot verò & quales sufficiant?

12. Et quo qualiq; tempore illos celebratos esse necesse sit?

13. Quoq; animo?

14. Actus animo consuetudinem inducendi gestos quomodo probetur?

15. Actus non positivi sed privativi esse debent.

16. Et conformes non difformes: illustratur & ampliatur. Ibid.

17. Et limitatur quinq; casibus.

18. Nec meræ facultatis esse debent: Limitatur ibid.

19. Nec violenti.

20. Ex actibus legitimis qualiter indistinctè consuetudo inducatur. & n. seq.

21. Et quid si hi actus non contradicente adversario celebrati fuerint: contra Ang. & Alex.

22. Ex sententiis judicum executioni non mandatis qualiter & quando consuetudo inducatur.

23. Ad consuetudinem inducendam quod tempus requiratur.

24. Decennii lapsu consuetudo quando indistinctè inducatur?

25. Quo casu tempus requiratur, cuius in contrarium non extat memoria.

26. Et quando 40. anni vel 30.

27. Quod tempus de jure Saxonico requiratur.

Ubi auctor pulchrè contra communiter pronunciantes Scabinos.

28. Tempus decennii à quo die computetur.

29. De causa materiali & finali consuetudinum. remissivè.

30. Ex consuetudine quod remedium oriatur, & quomodo consuetudo in judicium deducatur?

Ubi re-

Vbi reprobatur Bart. & Ang. sententia.

31. Consuetudo etiam notoria in judicio allegari debet contra quosdam.

32. Et ab allegante probari plenè, nisi in casibus. Ibid.

33. Consuetudo quomodo probanda?

34. Quot testes & qui & qualiter consuetudinem probent.

35. In probatione consuetudinis in defectum semiplenæ probationis juramentum non defertur.

36. Quomodo non consuetudo probetur? remissivè.

EXPLICATA juris scripti materia, Imperator hic tractat materiam juris non scripti, quod ex moribus diuturnis consensu utentium comprobatis descendit, quodq; consuetudo dicitur. Circa quod annotandum, consuetudinem interdum accipi pro assuefactione certi hominis, quæ meri facti est, *l. vel universorum. ff. De pign. act. l. si servus plurium. §. fin. ff. De legat. 1. l. item Mela. ff. De alim. & cibar. legat. l. dominus. §. pen. ff. De pecul. legat. facit. §. apium. infr. De rer. divis.* Interdum verò pro facto populi usu vel moribus, ex quo facto jus oritur, *arg. l. de quibus. ff. De legib. l. 1. C. Quæ sit long. consuet.* interdum verò pro jure usu atque moribus introducto, *d. l. de quibus. & ibi Bart. Ang. hic.* & hujus consuetudinis materiam Imperator hic tractat. Est autem hæc consuetudo jus non scriptum tacito consensu populi longo usu moribusque diuturnis introductum. Namque certum est, consuetudinem jus esse, *ut hic. c. consuetudo. Dist. 1. Bart. d. l. de quibus. n. 7. & ibi Ias. n. 82.* atque appellatione juris contineri, *gloss. l. præscriptione. & ibi Ias. C. Si contr. ius vel util. publ. Bald. l. constitutiones. C. De bon. quæ lib. Bald. in Tit. De pac. Constant. ver. Nos Romanorum.* Quod

1

2

3

usque adeò verum est, ut sententia lata contra consuetudinem notoriam æquè ipso jure nulla sit, *Abb. in 1. n. 17. & ibi Felin. n. 4 ff. De sentent. & re iudic.* sicut sententia lata contra jus scriptum ipso jure nulla est, *l. 1. ff. Quæ sentent. sin. appell. rescind. l. 2. C. Quand. provoc. non est necess.* Similiter certum est, consuetudinem esse jus non scri-
4 ptum, *ut hic. d. l. de quibus. & l. imò. ff. De legib.* Quamvis tamen si consuetudo scriptis comprehensa fuerit, ipsa nihilominùs & nomen & vigorem consuetudinis retineat, *Bart. d l. De quibus. n. 8. Bart. l. 2. C. Quæ sit long. consuet. Ang. hic. arg. l. contractus. C. De fid. instrum. l. contrahitur. ff. De pign.* Et si quidem consuetudo à populo introducta fuerit, ea juris non prætorii, sed civilis dicitur, *Bald. l. fin. C. und. legit. Bald. l. explacito. Quæst. 10.*
5 *C. De rer. permut. Iaf. d. l. de quibus. n. 83.* Nec aliter consuetudo induci potest, nisi interveniente tacito consensu populi, *ut hic. & d. l. de quibus. Bart. l. 2. n. 12. C. Quæ sit long. consuet. Abb. c. fin. n. 12. extra De consuet. Corn. Cons. 279. n. 3. lib. 3. Cons. 296. n. 5. lib. 4. Borgn. Cavalc. in tract. De tutor. n. 44.* Ideoque error talis, qui excludit populi consensum, consuetudinem induci impedit, *Bart. l. 2. n. 21. C. Quæ sit long. consuet. Roch. Curt. in tract. De consuet. n. 308. Sylvest. Aldobr. hic. n. 26. & 27. Abb. d. c. fin. n. 12. extra De consuetud. Iaf. d. l. de quibus. Ioan. Fabr. hic. n. 7. arg. l. si per errorem. ff. De iurisd. omn. iudic. l. 2. ff. De iudic.* multò verò magis ignorantia populi consuetudinem introduci prohibet, *Ioan. Fabr. hic. n. 5. & ibi Ang. n. 28. Corn. Cons. 273. n. 24. lib. 1. arg. l. nec ignorans. C. De*
6 *donat. l. mater decedens. ff. De inoffic. testam.* Cæterùm consensu populi interveniente consuetudo indistinctè introducitur, sive iste consensus simul sive separatim,

Ang.

Ang. hic. n. 28. arg. l. per fundum. ff. De servit. rustic. prad. sive collegialiter, sive non collegialiter interveniat, *Bald. d. l. de quibus. n. 22. Corn. Cons. 296. n. 5. lib. 4.* item sive totus populus, *d. l. de quibus*, sive major pars illius, *Bart. d. l. de quibus. Bart. d. l. 2. n. 12. & 13. C. Quæ sit long. consuet. gloss. Rubr. C. eod. tit. arg. l. quod maior. & ibi Bart. ff. Ad municip. l. aliud. §. refertur. & ibi gloss. & Dec. ff. De reg. iur. Abb. Felin. & Dec. c. cùm omnes. extra De Constit.* sive concilium, quod populum repræsentat, *refragante in hoc tamen Angelo, hic, n. 23. consentiat gloss. Rubr. C. Quæ sit long. consuet. Corn. Cons. 268. n. 14. lib. 4. arg. l. municipes. ff. Ad municip. l. municipibus. ff. De condit. & demonst. Bart. l. nullo. n. 6. ff. Quòd quisq. iur. Idem Bart. in l. omnes populi. ff. De iust. & iur. itemq. in l. civitas. ff. Si cert. pet.* Item etiamsi in hac consuetudine superioris consensus vel auctoritas non intervenerit, *gloss. c. in istis. §. leges. Dist. 4. gloss. c. frustra. Dist. 8. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Forian. & Ioan. de Immol. c. fin. & ibi Abb. n. 13. extra De consuet. Ioan. Fabr. hic. n. 8. Corn. Cons. 155. n. 3. & Cons. 268. n. 15. lib. 4. Bart. l. omnes populi, n. 2. ff. De iustit. & iur. Roch. Curt. in tract. De consuet. n. 351. ubi hanc communem dicit Borgn. Cavalc. in tract. De tutor. n. 45. & 46.* item etiamsi hic populus jurisdictionem non habeat, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. compendiosè, vers. sed nunquid. in addit. Incip. Interposuit Libertus De instr. edit. Ang. Immo. & Cuman. l. 3. ff. De testamen. Iaf. in repetit. l. omnes populi. n. 42. ff. De iustit. & iur. Idemq. Iaf. l. si quis à filio. §. fin. n. 4. ff. De legat. 1. Curt. in tract. feud. 1. part. 3. part. princip. n. 10 Card. Paris. Cons. 72. n. 11. lib. 4. Socin. Cons. 61. lib. 3. Quamvis in hoc contrarium sed malè teneat Alex. Cons. 173. lib. 6.* Item consensus populi vel majoris partis inducit consuetudinem,

sive is populus constituat civitatem sive collegium vel aliam universitatem aliquam, *Abb. c. fin. n. 18. extra De consuet.* Majorem autem partem populi, quæ in consuetudine introducta requiritur, intelligo majorem partem non totius populi, sed illorum, qui habent consensum habilem ad legem condendam, exclusis illis, qui consensum habilem ad legem condendam non habent, quales sunt minores 25. annorum, infantes, mulieres & similes, *Bart. l. 2. n. 14. C. Quæ sit long. consuet. Abb. c. fin. n. 18. extra De consuet. arg. l. ut gradatim. §. 1. ff. De muner. & honor. l. 1. iunct. gloss. C. De SS. Eccles. & idem tenet Corn. Cons. 268. n. 14. lib. 4. facit quod docet Bart. Alex. & Ias. l. 1. §. nunciatio. ff. De oper. nov. nunc. Idem in specie tenet Socin. Cons. 7. n. 8. lib. 1.* Minoris autem partis populi consensus, quoad præjudicium totius quidem populi consuetudinem inducere non potest, *gloss. c. frustra. Distinct. 8. Socin. Cons. 7. n. 8. lib. 1.* sed ad proprium suum præjudicium sic, *Bart. d. l. de quibus. n. 15. Ias. d. l. si quis à filio. §. fin. n. 3. arg. illius text. Socin. Cons. 61. lib. 3. Bart. l. 2. n. 18. C. Quæ sit long. consuet. facit quod docet. Bart. in l. omnes populi. n 17. & ibi Ias. in repetit. n. 41. Bald. l. testatrix. § plures. ff. Si servit. vendic.* Quamvis, quod nec in proprium præjudicium minor pars populi vel universitatis consuetudinem introducere possit, teneat *Ang. hic.* 7 *n. 23.* Cæterùm hic consensus populi eo ipso probatur, quòd quis fidem facit actus, ex quibus consuetudo inducitur, vel sciente populo celebratos, vel postea ad notitiam populi deductos, nec populum iis illicò contradixisse, *Bart. l. 2. n. 14. C. Quæ sit long. consuet. Bart. l. de quibus. lect. 2. n. 21. ff. De legib. arg. l. 2. ff. Ad municip. l. an* 8 *in totum, C. De ædific. privat.* Præterea non omnis consensus

ſenſus populi ad conſuetudinem inducendam ſufficit, ſed ad conſuetudinem inducendam requiritur conſenſus ſpontaneus populi, non autem ſufficit coactus, per vim nempe vel metum extortus, *Bart. l. 2. n. 22. C. Quæ ſit long. conſuet.* Dummodò tamen hæc coactio illicita ſit, *arg. l. privatus. ff. Qui & à quib. l. prohibitum. C. De jur. fiſc. lib. 10.* ſecus autem eſt, ſi illa coactio licita eſſet, *arg. l. cum de conſuetudine. l. nam Imperator. ff. De legib.* Deinde ad conſuetudinem inducendam requiritur, ut 9
conſenſus populi vel majoris partis ex uſu atq; moribus
colligatur, *ut hic.* Nec ſecundum receptam atq; commu- 10
nem Dd. ſententiam unicus actus, quantumvis notorius, ad conſuetudinem inducendam ſufficit, *ut hic. & ibi gloſſ. & Ang. n. 11. d. l. de quib. & ibi gloſſ. Bart. in lect. 11. & in repetit. n. 12. Bald. n. 15. & Jaſ. n. 51. l. moribus in princip. ff. De vulg. & pupill. l. ſi tibi filius. ff. De adopt. l. nam Imperator. ff. De ll. l. 1. C. Quæ ſit long. conſuet. l. An in totum. C. de ædific. privat. gloſſ. Rubr. Quæ ſit long. conſuet. Bart. l. 2. n. 12. C. cod. tit.* quamvis in hoc contrarium, ſed malè teneant aliqui Dd. volentes unicum actum notorium & tractum temporis habentem ad conſuetudinem inducendam ſufficere, *Ioan. Fabr. hic. n. 5. Alb. d. c. fin. n. 17. extra De conſuetud. Corn. Conſ. 90. lib. 2.* ſed ad conſuetu- 11
dinem introducendam requiruntur actus ad minimum duo, ſi illi valdè notorii ſint: ſin autem illi non valdè notorii ſint, tot taleſque actus, tres nempe vel plures, judice tanquam bono viro hoc æſtimante, *Menoch. in tract. De Arbitr. iudic. Quæſt. lib. 2. Cent. 1. Caſ. 81. arg. l. 1. ff. De iur. delib. l. continuus. §. Cùm ita. ff. De verb. oblig. c. de cauſſis, extra De offic. deleg.* ad conſuetudinem inducendam requiruntur, ex quibus veriſimiliter

colligi

colligi possit, hos actus ad notitiam populi pervenisse, *Bart. d. l. de quibus. in lect. n. 10. & in repetit. n. 11. & ibi Bald. n. 15. & Iaſ. n. 51. Ang. hic. n. 11. Bart. l. 2. n. 12. C. Quæ ſit long. conſuet. Bald. l. 3. C. De Epiſcop. aud. Alex. Conſ. 45. Conſ. 131. lib. 2. Conſ. 173. lib. 6. Corn. Conſ. 179. lib. 3. Conſ. 125. Conſ. 247. n. 7. & Conſ. 295. n. 5. lib. 4. Dec. Conſ. 215.*

12 *Socin. Conſ. 7. n. 8. lib. 1.* Nec ſatis eſt ad conſuetudinem inducendam, duos pluresve actus eodem die eodemque tempore celebratos fuiſſe, ſed opus eſt, ut hi actus, ex quibus conſuetudo induci debet, diverſis diebus atque tempore. diſtincto ſive interpolato celebrati fuerint, *Bart. d. l. de quibus in lect. n. 12. & in repetit. n. 17. Ang. hic. n. 15. arg. l. illud. §. fin. & ibi gloſſ. & Bald. ff. Ad leg. Aquil. l. ſi mulier. C. Ad SC. Velleian. l. lecta. ff. Si cert. petat. gloſſ. l. ſi convenerit. la. 1. ff. De pignor. act. gloſſ. l. Qui de crimine.*

13 *C. De his qui accuſ. poſſ. vel non.* Requiritur etiam ad conſuetudinem inducendam, ut hi actus fuerint celebrati animo conſuetudinem inducendi, *gloſſ. c. conſuetudo. Diſt. 1. c. fruſtra. Diſt. 8. Abb. c. fin. n. 17. extra De conſuet. Dec. Conſ. 215. Ioan. Fabr. hic. n. 6. Dec. c. cùm acceſſiſſent. n. 17. verſ. Quintò intelligitur. extra De Conſtit. Card. Pariſ. Conſ. 27. n. 40. lib. 1. Cravett. Conſ. 178. n. 14. Conſ. 197. n. 12.*

14 *Hercul. in tract. Negat. n. 303.* Cùm tamen ex curſu longi temporis omnia ſolenniter acta præſumantur, ego veriſſimum judico, eo ipſo, quod quis probat actuum frequentiam cùm temporis diuturnitate ſatis ſuperque probatum hos actus animo conſuetudinem inducendi geſtos, *Guid. Pap. Conſ. 131. n. 4. Ioan. Fabr. §. Ex non ſcripto. n. 6. Inſtit. De iur. nat. gent. & civil. Roch. Curt. in tract. De conſuet. n. 602. arg. l. ſi filius. C. De petit. hered. l. qui in aliena. §. ſed ſi non adierit. & ibi Iaſ. ff. De adquir. hered.*

hered. Iaſ. l. ſciendum. ff. De verb. oblig. Felin. c. ſicut. n. 29. extra De ſentent. & reiudic. Alex. Conſ. 6. lib. 1. Similiter 15
ad conſuetudinem inducendam requiritur, ut actus, per quos quis conſuetudinem introducere vult, ſint actus non privativi ſed poſitivi: Nam ex non actibus conſuetudo induci nequit, niſi illi non actui tacitè actus poſitivos contineant, *Bald. d. l. De quibus. n. 21. Bart. §. Et antea in proœm. Digeſtor. Bart. l. 2. C. De iur. dom. impetrand. Ang. §. Igitur. n. 4. ſupr. in proœm. Inſtit. Ang. hic. n. 17. Felin. c. cùm acceſſiſſent. n. 25. & 26. & ibi Dec. extra De Conſt. Felin. c. 1. n. 10. extra De treug. & pac. Roch. Curt. in tract. De conſuetud. n. 368. & n. 410. cum trib. ſeq. arg. l. Et Atilicinus. ff. De ſervit. ruſtic. præd. l. ſancimus. C. De teſtament. l. præcipimus. C. De appellat. gloſſ. c. Abbate S. Silvani. & ibi Abb. extra De verb. ſignific. Bart. l. in filiis. arg. illius text. C. De decurion. lib. 10. Bart. l. cùm ſcimus. arg. illius text. C. De agricol. & cenſit. lib. 11. Iaſ. l. fin. n. 53. ff. De Conſtit. princ.*
Neceſſe eſt etiam ad conſuetudinem inducendam, ut 16
actus, per quos conſuetudo induci debet, ſint conformes: namque ex actibus difformibus conſuetudo induci non poteſt, imò eo ipſo, quod unicus actus difformis celebratur conſuetudo, quæ jam incepit induci, ſed nondum per lapſum longi temporis perfectè inducta fuit, interrumpitur, ita, ut à tempore interruptionis factæ alii actus novi, atque longi temporis curſus ad conſuetudinem inducendam requirantur, *gleſſ. l. nemo. §. temporalis. & ibi Dec. ff. De reg. iur. Bart. in repetit. d. l. de quibus. n. 16. & ibi Bald. n. 29. & Iaſ. n. 79. Alex. Conſ. 5. n. 13. & Conſ. 127. n. 10. lib. 5. Socin. Conſ. 7. n. 11. lib. 1. Felin. c. cùm acceſſiſſent. n. 31. extra De Conſtit. Roman. Conſ. 368. n. 7. Hippol. Rimin. Conſ. 73. n. 117. lib. 2. Franciſc. Hercul.*

intract. Quis teneat. prob. negat. n. 298. & n. 302. circ. fin. Corn. Conſ. 296. lib. 4. Ang. hic. n. 20. Alb. c. fin. n. 19. extra De conſuetud. Dec. Conſ. 215. Bart. l. 2. n. 34. C. Quæ ſit long. conſuet. Hieron. Schurf. Conſ. 47. lib. 3. facit text. l. Seio. ff. De ann. legat. Bald. l. Malè agitur. C. De præſcript. 30. vel 40. annor. Et hoc uſque adeo verum eſt, ut actus unicus contrarius vel difformis conſuetudinem impediat, etiamſi mille actus ad conſuetudinem inducendam celebrati
17 ſint, *Bald. d. l. de quibus. n. 29.* Quod tamen fallit primò, ſi hic actus difformis vel contrarius effectum ſortitus fuerit: alioquin verò ſecus, *arg. eius quod docet Anton. de Butr. c. paſtoralis. extra De cauſſ. poſſeſſ. & propriet. Felin. d. c. cùm acceſſiſſent. n. 31. verſ. 6. & ibi Dec. n. 17. verſ. Quartò declaratur. text. l. 1. §. fin. ff. Quod quiſq. iur. Bonoritis. Sing. verb. præſcriptio. n. 14.* Secundò hoc fallit, ſi hic actus difformis non pervenerit ad notitiam populi vel majoris partis, *arg. l. mater decedens. ff. De inoffic. teſtam. l. nec ignorans. C. De donat.* Tertiò hoc fallit, ſi populus vel huic actui difformi contradixerit, vel aliundè appareat, populum hunc actum difformem improbaſſe, *Bart. repetit. d. l. de quibus. n. 16. Bart. d. l. 2. n. 134. C. Quæ ſit long. conſuetud.* Quartò hoc fallit, ſi actus difformis, ſit difformis quidem in cauſſa, ſed conformis in effectu, *Socin. Conſ. 61. lib. 3. arg. l. cùm ſervum. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. ff. De verb. oblig.* Quintò hoc fallit, ſi ſit modica difformitas actuum, præſertim ſi hæc difformitas non actus principales, ſed qualitates vel circumſtantias ejus reſpiciat, *arg. eius quod docet Anton. de Butr. c. 2. extra De regularib. Alex. Conſil. 5. n. 10. lib. 1. Conſ. 24. n. 43 Conſ. 65. n. 4. Conſ. 122. lib. 2. Conſ. 42. n. 19. lib. 3. Conſ. 105. lib. 4. Conſ. 149. lib. 4. Corn. Conſ. 149. lib. 2. Iaſ. l. Quæ extrinſecùs. ff. De verb. oblig.*

oblig. Iaſ. l. 2. n. 17. C. De bonor. poſſ. ſecund tab. Dec. c. licet cauſſam. n. 6. extra De probat. Dec. Conſ. 163. & Conſ. 442.

Deinde etiam opus eſt ad conſuetudinem inducendam, 18
ut actus, per quos conſuetudo inducitur, non ſint actus meræ facultatis: namque per actus facultatis meræ, conſuetudo non inducitur: niſi vel contradictio, vel quid aliud factum interveniat, ex quo colligatur, vel hos actus non tanquam actus meræ facultatis celebratos, vel populum ejus animi fuiſſe, ut per hos conſuetudinem induceret, *Abb. c. ſuam nobis. extra De Simon. Abb. c. ad audientiam. extra eod. tit. Ang. hic. n. 19. Cornel. Conſ. 296. lib. 4. Dec. Conſ. 215. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. ver. & cum molendinis. n. 4. Abb. c. quod ad translationem. extra De offic. legat. Abb. c. Abbate ſancti Silvani. n. 10. extra De verb. ſignific. Iaſ. l. Quò minùs. n. 30. ff. De fluminib. Dec. Conſ. 437. n. 5. Conſ. 672 n. 9.* Præterea 19
ad conſuetudinem inducendam requiritur, ut actus, per quos quis conſuetudinem inductam allegat, initium violentum non habuerint: Namque ex actibus violentis, ſive initium violentum habentibus conſuetudo non inducitur, *Abb. c. dilecti. n. 7. extra De arbitr. Abb. & Felin. c. ſuam. extra De Simon. Abb. & Felin. c. Apoſtolicam. extra eod. tit. Corn. Conſ. 226. lib. 4. Dec. Conſ. 215. Card. Pariſ. Conſ. 27. n. 41. lib. 1.* Ex duobus autem pluribusve, 20
animo conſuetudinem inducendi diverſo tempore geſtis, ſi illi actus ſint poſitivi, conformes, & non meræ facultatis, conſuetudo inducitur, ſive hi actus ſint judiciales ſive extrajudiciales, *Abb. c. Abbate ſancti. n. 13. extra De verb. ſignific. c. fruſtra. Diſt. 8. Andr. Flor. Anton. de Butr. & Immol. c. fin. & ibi Abb. n. 16. extra De Conſuet.*

Bart. d. l. De quibus, in lect. n. 13. & in repetit. n. 18. & ibi Iaſ. n. 51. Bart. l. 2. n. 19. C. Quæ ſit long. conſuet. Abb. Conſ. 72. lib. 2. Bart. l. ſemper in ſtipulationibus. arg. illius text. ff. De reg. Ang. hic. n. 16. Corn. Conſ. 293. n. 19. lib. 1. Conſ. 73. n. 9. lib. 2. Conſ. 155. lib. 4. Guid. Pap. Conſ. 131. n. 4. Cravet. in tract. De antiq. temp. part. 4. §. tranſeo nunc ad quartam. n. 33. arg. l. de quibus. l. diuturna. l. cùm de conſuetudine. l. ſed ea. l. ſi de interpretatione. l. nam Imperator. ff. De legibus. l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. De legat. 1. l. nummis. ff. De legat. 3. l. cùm de lanionis. § aſinam. ff. De fund. inſtruct. Et hæc ſententia verior & communior eſt, quamvis contrarium, ſed malè tenent Alex. Conſ. 173. lib. 6. & Conſ. 136. n. 20. lib. 2. Item ſive hi actus ſint legitimi ſive illegitimi, *Bald. d. l. de quibus. n. 15.* ſive per ſe validi ſive per ſe nulli, *Bart. d. l. de quibus in lect. n. 14. & in repetit. n. 17. & ibi Bald. n. 16. Bart. d. l. 2. n. 23. C. Quæ ſit long. conſuet. Ang. hic. n. 17. & 18. arg. l. fin. & ibi Bart. ff. De reb. eor.* ſive puri ſive conditionales, *Bald. d. l. De quibus. n. 19. Ang. hic. n. 10. arg. §. omnis. infr. De verb. obligat. l. 1. ff. Pro Soc.* ſive addant aliquid ſolennitati legitimæ ſive detrahant, *Ang. hic. n. 17. Bald. d. l. de quibus. n. 20. arg. c. cùm dilectus. extra De fid. inſtrum gloſſ. Auth. ut præponat. nom. Imp. Bald. Abb. Felin. & Dec. c. 2. extra De probat.* item ſive ex certa ſcientia, ſive per errorem conſenſum non excludentem geſti fuerint, *Bart. l. 2. n. 21. C. Quæ ſit long. conſuet. Abb. c. fin. n. 12. extra De conſuet. Iaſ. d. l. de quibus. n. 55. arg. l. Quod non ratione. ff. De legib.* item ſive hos actus geſſerint illi, qui ſunt habiles ad legem condendam, ſive hos actus geſſerint illi, qui non ſunt habiles ad legem condendam, quales ſunt mulieres: Dummodò tamen hi actus geſti fuerint, patiente & conſentiente populo vel majore ejus parte, *Bart. l. 2.*

n. 13.

n. 13. C. Quæ sit long. consuet. Item etiam ex sententiis latis ab arbitris consuetudo inducitur, *Bart. repetit. d. l. de quibus. n. 18. & ibi Bald. n. 20. Bart. l. 2. n. 25. C. Quæ sit long. consuet. arg. gloss. l. 2. C. Commun. utr. iudic.* Præterea etiam ex hisce actibus consuetudo inducitur, licet hi actus non contradicente adversario celebrati fuerint, *Bart. l. 2. n. 28. C. Quæ sit long. consuet. Panorm. c. Abbate. extra De verb. signific. Paul. de Castr. l. de quibus col. 2. ff. De legib. Corn. Cons. 293. col. 3. lib. 1. Guid. Pap. Cons. 131. n. 4. Roch. Curt. repetit. c. fin. n. 362. extra De consuetud. in quibus locis Castr. Corn. & Curt. attestantur, hanc opinionem communem. arg. l. cùm de consuetudine. ff. De legib. l. 1. iunct. l. de quibus. ff. eod. l. Quod maior. ff. Ad municip. iunct. l. dotem. ff. Solut. matrim. l. aliquando. §. fin. ff. Ad SC. Velleian.* Quamvis, quod ad consuetudinem inducendam indistinctè contradictio adversarii requiratur, tradiderit, sed malè, *Ang. hîc. n. 19. Alex. Cons. 6. lib. 5. Cons. 173. lib. 6.* quorum sententiam nullo casu veram judico, nisi quando quis ex actibus meræ facultatis consuetudinem inducere vult. 21 22 Ex sententiis etiam judicum executioni non mandatis consuetudo inducitur, *Bart. repetit. d. l. de quibus. n. 17. Bart. l. 2. n. 24. C. Quæ sit. long. consuet. Ang. hîc. n. 22.* Dummodò illæ sententiæ per se sint validæ, sed vel ideò non fuerunt mandatæ executioni, quia vel pars pro qua illæ sententiæ latæ fuerunt, hoc non petiit, *arg. l. 3. in princ. ff. Quod quisq. iur.* vel quia de facto impeditum fuit, ne hæ sententiæ executioni mandari potuerunt, *Ang. hîc. n. 22. arg. l. sed licet. ff. De offic. præsid.* Sin autem ideò sententiæ executioni mandatæ non fuerint, quia vel sententiæ ipso jure nullæ fuerunt, *arg. l. si expressius. ff. De appellat. l. 1. ff. Quæ sint. sine*

appell reſcind. l. 4. §. condemnatum. ff. De re iudic. vel, quia fuerunt per appellationem, *l. 1. §. fin. ff. Ad SC. Turpill.* aut reſtitutionem in integrum reſciſſæ: tunc enim ex illis conſuetudo non inducitur, *Bart. l. de quibus in repetit. n. 17. Ang. hic. n. 22.* Hoc tamen quod diximus ex ſententiis per reſtitutionem in integrum reſciſſis, conſuetudinem non induci: ita demum procedit, ſi ſententia per reſtitutionem in integrum reſciſſa fuerit, propter iniquitatem ipſius ſententiæ: ſecus verò eſt, ſi ſententia per beneficium reſtitutionis in integrum reſciſſa fuerit propter ſpeciale privilegium, vel ſingularem favorem perſonæ, quæ hanc reſtitutionem petiit; tunc enim hæc reſciſſio non impedit, quò minùs hæc ſententia ad conſuetudinem inducendam proficiat, *Bart. repetit. d. l. de quibus. n. 17. l. 1. & ibi gloſſ. C. ſi in comm. cand. cauſſ. l. 2. C. Si un ex plur. l. Quatale. & ibi Bart. & Bald. ff. Solut. matr. l. in omnibus. & ibi Dec. ff. De reg. iur.* 23 Ultimò ad conſuetudinem inducendam requiritur tempus longum, mores diuturni, *ut hic. l. diuturna. & l. ſed ea. ff. De legib.* Quod tempus longum ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam, decennium denotat, *gloſſ. hic. ver. diuturni. & ibi Ang. n. 10. Ioan. Fabr. n. 9 gloſſ. d. l. de quibus. & ibi Bart. in lect. n. 9. in repetit. n. 14. Bald. n. 27. & Iaſ. n. 43. gloſſ. Rubr. & ibi Bald. C. Quæ ſit long. conſuet. arg. l. ſi cum fideicommiſſaria. §. Ariſto. ff. Qui & à quib.* nec minori tempore decennio conſuetudo ulla caſu ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam induci poteſt, *prout tenent Dd. in locis præallegat: Alex. Conſ. 173. lib. 6. Corn. Conſ. 140. n. 14. lib. 1. Dec. Conſ. 215.* Quamvis in hoc contrarium ſed malè teneat *Ang. hic. n. 13.* 24 Cæterùm decennii lapſu conſuetudo indiſtinctè inducitur, ſive

sive consuetudo sit præter jus commune sive contra, *Anton. de Butr. c. fin. & ibi Abb, n. 11. extra De consuet. Ioan. Fabr, hic. n. 19. & ibi Ang. n. 10. Corn. Conſ. 125. lib. 4. Iaſ. d. l. de quibus. n. 43. Card. Pariſ. Conſ. 25. n. 66. lib. 1. Hieron. Schurf. Conſ. 47. lib. 3. Curt. iun. Conſ. 42. col. pen. Petr. Duen. Reg. 138. Ayn. Cravett. in tract. De antiq. tempor. part. 4. §. tranſeo nunc ad quartam. n. 7.* sive habeat cauſſam continuam, sive habeat cauſſam diſcontinuam, *Bart. in repetit. d. l. de quibus. n. 14. & ibi Iaſ. n. 42. Bart. l. 2. n. 16. C. Quæ ſit long. conſuet. Ioan. Fabr. hic. n. 9. Ang. n. 10. Corn. Conſ. 125. & Conſ. 278. lib. 4. arg. l. cùm tantùm. l. Quinquaginta. l. Eum qui. ff. De probat. l. Lucius. la. 1. ff. De legat. 2. l. ſi is qui anno, iunct. gloſſ. ff. De adquir. poſſeſſ.* Quamvis in hoc contrarium, sed malè, teneat *Alex. Conſ. 173. lib. 6. Dec. Conſ. 483. n. 26.* Item lapsus decennii ad consuetudinem inducendam sufficit, sive agatur de præjudicio præsentium sive absentium, *Bart. repetit. d. l. de quibus. n. 14. Bart. d. l. 2. n. 16. C. Quæ ſit long. conſuet. Ang. n. 10. Corn. Conſ. 293. lib. 1. Conſ. 155. & Conſ. 268. lib. 4. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. tranſeo nunc ad quartam. n. 9. Abb. c. certificari. n. 5. extra De ſepultur. arg. l. quòd maior. ff. ad municip. iunct. l. Qui poteſt invitis. ff. De reg. iur.* item etiamsi illi, qui consuetudinem inducere volunt, non habeant neque titulum, neque bonam fidem, *Abb. c. cùm Eccleſia Suterina. n. 45 extra De cauſſ. poſſeſſ. & propriet. Abb. c. ſuper quibuſdam. n. 9 extra De verb. ſignif. Ang. d. l. De quibus. & ibi Iaſ. n. 43. & 49. Alex. Conſ. 6. lib. 1. Conſ. 124. lib. 4. Dec. Conſ. 134. Dec. Rubr. n. 2. extra De conſuet. Quamvis in hoc contrarium ſed malè teneat. Alex. Conſ. 136. n. 29. lib. 2.* Similiter & hoc procedit secundum dispositionem juris canonici, si consue-

consuetudo non sit contra jus canonicum, neque juribus alicujus Ecclesiæ deroget, *gloss. c. fin. De consuet. lib. 6.*
25 *gloss. c. consuetudo. Dist. 1.* Hæc conclusio fallit primò, si consuetudo deroget iis, quæ sunt reservata soli Principi in signum specialis privilegii, *de quibus videte gloss. c. quod ad translationem. extra De offic. delegat. Specul. §. Nunc dicendum. De legation. Bald. l. rescripta. C. Si contra ius vel util. public. Bald. l. 2. C. De iur. aureor. annulor. Bald. l. Imperium. ff. De iurisd. omn. iudic. Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. ver. Sed an princeps. Matth. de Afflict. c. 1. ver. Regalia. Quæ sint regal.* Hoc enim casu ad consuetudinem inducendam decem anni non sufficiunt, sed requiritur tempus, cujus in contrarium memoria non extat, *Anton. de Butr. & Immol. d. c. 1. fin. & ibi Abb. n. 11. extra De consuet. Ias.*
26 *d. l. De quibus. n. 45.* Secundò hoc fallit in consuetudine, quæ refragatur juri canonico, ad eam enim inducendam præscriptio 40. annorum requiritur, *gloss. Bald. & Abb. c. fin. arg. illius text. extra De consuet. gloss. c. fin. arg. illius text. eod. tit. lib. 6. gloss. c. consuetudo. Dist. 12. Ioan. Fabr. hic. n. 9. Ias. d. l. De quibus. n. 43. arg. c. cùm de beneficio. De præbend. lib. 6. C. Cumana. extra De Elect.* si per eam præjudicetur Ecclesiæ: sin autem per eam præjudicetur non Ecclesiæ, sed aliis personis, consuetudo etiam, quæ derogat juri canonico triginta annis inducitur, *Corn. Cons. 293. lib. 1. Ias. d l. de quibus. n. 48. Alex. Cons. 68. n. 10.*
27 *lib. 2.* Tertiò hoc fallit in terris Saxonicis: Namque in terris Saxonicis ad inducendam consuetudinem requiruntur triginta anni, annus, sex menses & tres dies: Quod licet jure Saxonico expressè cautum non sit: tamen communiter ita pronunciatur. Et ad hanc sententiam tenendam Dd. ea moventur ratione, quod ad inducendam

cendam consuetudinem requiratur hoc, ut consuetudo sit præscripta, & per consequens, cùm præscriptio decem vel viginti annorum de jure Saxonico sit incognita, ad consuetudinem inducendam requiri spacium 30. annorum, unius anni, sex mensium, & diei, quæ præscriptio de jure Saxonico omni casu, præterquam in rebus mobilibus servatur, *Art. 29. iunct. gloss. 1. Art. 38.* Landrecht. *lib. 1.* Quæ tamen ratio juxta quod secundum communem Dd. sententiam legibus civilibus sancitum, nullo modo defendi potest: Namque secundum legum civilium dispositionem ad consuetudinem inducendam non requiritur præscriptio, sed tantummodò longi temporis cursus, non ad hunc finem, ut ex eo præscriptio consuetudinis inducatur, sed ut exinde colligatur tacitus consensus populi, *Abb. c. fin. n. 7. extra De consuetud. Ang. hic, n. 10. Corn. Cons. 293. lib. 1. Cons. 155. Cons. 268. lib. 4. arg. text. nost: hîc. l. de quibus. ff. De ll. l. diuturna & l. Sed ea. ff. De legib.* Quare cùm neque verbis neque mente juris Saxonici, quoad consuetudinem inducendam jus civile mutatum vel correctum sit, quoad consuetudinem inducendam, sequitur, quod ad consuetudinem inducendam etiam in terris Saxonicis jus civile servandum sit, *arg. l. præcipimus. C. De appellat. l. sancimus. C. De testam. l. 3. §. hæc verba. ff. De negot. gest. l. 1. §. is qui navem. ff. De exercit. act.* Et licet contrarium pronuncietur, cùm tamen non exemplis, sed legibus judicandum sit, *l. nemo. C. De sentent. & interlocut. omn. iudic.* ego hanc contrariam sententiam servandam judico in illis locis Saxoniæ, in quibus hæc sententia consuetudine comprobata est, *arg. l. minimè. l. sed &. l. nam Imperator. ff. De legib.* In aliis verò locis Saxoniæ, in quibus hæc sen-

tentia legibus comprobata non est, ego juris communis
28 dispositionem servandam judico. Cæterùm hoc tempus decennii computatur ab eo tempore, quo unus ex illis actibus, per quos consuetudo inducitur, ad notitiam populi vel majoris ejus partis pervenit, *Bart. d. l. de quibus in repetit. n. 14. & ibi Bald. n. 28. Ang. hic. n. 10. Anton. de Butr. & Immol. c. fin. extra De Consuetud. Carnel. Cons. 125. lib. 1.*

29 Hactenus explicavimus definitionem, item causam tàm efficientem, quàm formalem consuetudinis: Cæterùm quoad causam materialem circa quam: item & causam finalem, sive effectus, consuetudo exceptis paucis convenit statutis: ideoque hîc repetenda erunt, quæ de causa materiali, item & finali statutorum *diximus superiùs item videnda ea, quæ tradit Bart. & Bald. d. l. de quibus. Bart. l. 2. C. Quæ sit long. consuet.* Præterea quod re-
30 medium ex consuetudine oriatur, atque quomodo consuetudo in judicium deducatur, *videte Bart. d. l. de quibus lect n. 16. & in repetit. n. 19. Iaf. n. 85. Bart. d. l. 2. n. 28. C. Quæ sit long. consuet. Ang. hic. n. 24. & ibi Ioan. Fabr. n. 12.* quorum dicta & vera sunt, & communiter approbata, præterquam in eo dum Bart. & Ang. volunt ex contractu nominato à consuetudine invento, non condictionem ex moribus, sed actionem nominatam ex contractu descendere: in hoc enim illorum sententia communiter reprobata est, *ut patet ex iis, quæ tradit Iaf. in l. 1. n.*
31 *7. 8. & 9. ff. De cond ex leg idemq. Iaf. in prælud. feud.* Deinde etiam consuetudo in judicio semper allegari debet. Et licet aliqui Dd. velint, consuetudinem notoriam in judicio allegare necesse non esse; *Bart. l 2. n. 29. C. Quæ sit long. consuet. Ang. hic. n. 25.* Ego tamen veriorem judico,

eam

eam sententiam, quæ vult, consuetudinem in judicio allegandam, nec circa eam non allegatam judicem quidquam supplere posse, *Alex. l. 1. C. ut quæ def. advoc. part. Iaf. d. l. de quibus. n. 88.* Namque notoria licent aliquem relevent ab onere probandi, tamen ab onere allegandi neminem relevant, *gloss. Clem. appellanti. De appellat. Abb. c. accedens. Cl. 1. extra Vt lit. non contest. Dec. c. ut debitus. n. 3. extra De appellat.* Is quoque, qui consuetudinem al- 32
legat, eam probare cogitur, *gloss. l. 1. verb. probatio, arg. illius text. C. Quæ sit long. consuet. Bart. l. 2. n. 29. C. eod tit. Alex. Cons. 67. lib. 7. Socin. Cons. 39. n. 27. Cons. 46. n. 51. & Cons. 111. n. 1. lib. 4 Dec. Cons. 538. n. 8. Cons. 472. n. 16. Cons. 483. Ang. hic. n. 26 & Ioan. Fabr. n 13. Card. Parif. Cons. 27. n. 35. lib 1. Cons. 86. n. 11. lib. 2. Hieron. Schurf. Cons. 47. n. 10. lib. 3. Corn. Cons. 322. n. 14. lib. 1. Roland. à Vall. Cons. 53. n. 31. lib. 2. Cons. 94. n. 15. lib. 2. Cons 73. n. 42. lib 2 Cons. 32. n. 23. lib. 2. Cons. 49. Cons. 52. n 31. lib. 2. probat text. c. cum Ecclesia Sutrina. extra De causs. poss. & propriet. l si quis reum. & ibi Bart. ff. De Cust. reor.* atque ad hoc, ut probatio consuetudinis ipsi proficiat, eam plenè probare debet, *Bart. d. l. 2. n. 31. C. Quæ sit long. consuet. Bart. l. de quibus. ff. De Legib. Curt. iun. Cons. 184. n. 9. Roch. Curt. in repetit. c. fin. n. 591. extra De consuet. Aym. Cravett. Cons. 325. n. 1. Borgnin. Cavalc. in tract. De tutor. n. 44. arg. l. 1. C. eod. tit. l. an in totum. C. De ædific. priv. iunct. l. iudices. C. De iudic.* Nisi vel consuetudo sit notoria : tunc enim eam probare necesse non est, *Bart. l. 2. n. 29. C. Quæ sit long. cons. Ioan. Fabr hic. n. 13. & ibi Ang. n. 26. Bald. l. 1. C. Ad Senatusconsultum Velleian. Bald. l. 2. C. Quand. provoc. non est necess. Dec. Consil. 447. Consil. 559. n. 9. Consil. 655. n. 26. Consil. 483. n. 20. Consil. 472.*

Conſ. 544. n. 1. Card. Pariſ Conſ. 13. n. 32. lib. 1. Iaſ. d. l. de quibus. n. 88. ff. De legibus. Nevizan. Conſ. 45. n. 38. Roland. à Vall. Conſ. 53. n. 30. & 34. ubi hoc declarat, lib. 2. VVeſenb. Conſ. 4. n. 97. circ. fin. lib. 1. Cravett. Conſ. 135. n. 4. & 5. vel, niſi conſuetudo reſpiciat litis ordinationem ſive modum procedendi, non autem litis deciſionem, tunc enim judex ſe ſummatim de conſuetudine conformare poteſt, *Bart. d. l. de quibus. n. 22. Ioan. Fabr. hic. n. 13. Socin. Conſ. 39. n. 28. lib. 4. Dec. Conſ. 402. n. 12. Conſ. 483. n. 28. Roland. à Vall. Conſ. 53. n. 37. lib. 2. arg. l. 3. §. fin. ff. De teſtib.*

33 Quomodo autem conſuetudo ſit probanda, *videte Bart. in d. l. de quibus in repetit. n. 20. uſq; ad n. 25. & ibi Bald. n. 35. uſq; ad fin. Bart. l. 2. n. 31. uſq; ad n. 37. C. Quæ ſit long. conſuet. Ang. hic. n. 27. & ibi Ioan. Fabr. n. 13. Dec. Conſ. 215. Conſ. 449. Conſ. 483. Alex. Conſ. 173. lib. 7. Card. Pariſ. Conſ. 13. n. 33. & Conſ. 27. lib. 1. Alex. l. poſt dotem. ff. Solut. matr. Cravett. Conſ. 197. n. 12. lib. 1.* Quodque conſuetudo probanda ſit in ſpecie, nec ſufficiat eam in genere probare, *tradit Laurent. Sylvan. Conſ. 56. n. 9. Roland. à Vall. Conſ. 53. n. 41. lib. 2. Oldrad. Conſ. 237. n. 2. Alex. Conſ. 196. n. 5. lib. 2. Conſ. 6. lib. 5. Curt. iun. Conſ. 26. in fin. Albert. Brun. Conſ. 66. n. 8. Rip. Reſponſ. 25. n. 15. part. 2. Cravett. Conſ. 96. n. 4. Conſ. 241. n. 20. verſ. ad tertium.* Et conſuetudinem probandam eſſe cum omnibus ſuis qualitatibus, voluit

34 *Borgnin. Cavalcan. in tract. De tutor. n. 44.* Et ſi quis teſtibus conſuetudinem probare velit, duo teſtes ad probandam conſuetudinem ſufficiunt, *Bart. l. 2. n. 30. C. Quæſit long. conſuet. Ang. hic. n. 27. & ibi Ioan. Fabr. n. 14. arg. l. ubi numerus. ff. De teſtib.* Nec ſufficit, ſi teſtes ad conſuetudinem inducendam ſimpliciter dicant aliquid conſuetudine receptum eſſe, ſed requiritur, ut ipſi etiam non

non interrogati causſam ſive rationem dicti ſui, *Bart. repetit. d. l. de quibus. n. 22. Alex. Conſ. 45. lib 2. Dec. Conſ. 215. Conſ. 402. n. 13. Conſ. 483. n. 24. Conſ. 538. n. 10. Card. Pariſ. Conſ. 27. n. 38. lib. 1. arg. l. teſtium. C. De teſtib. Bart. l. Qui teſtamento. §. fin. ff. De teſtam. Bald. l. ſolam. C. De teſtib. Innoc. c. cùm cauſſam. & ibi Dd. extra eod.* Quamvis in teſtibus non interrogatis, quod illorum dictum etiam abſque redditione cauſſæ conſuetudinem probet, ſed malè, teneat *Ioan. Fabr. hîc. n. 14.* Et hæc ſententia procedit, etiamſi illi teſtes, per quos quis conſuetudinem probare vult, ſint valdè periti: namque ſimili modo illorum depoſitio conſuetudinem non probat, niſi ipſi etiam non interrogati cauſam ſive rationem dicti ſui aſſignent, *Dec. Conſ. 215. Conſ. 402. n. 13. Conſ. 538. Card. Pariſ. Conſ. 27. n. 38. lib. 1. arg. eius quod docet Bart. in l. 1. C. De uſur. & in l. ſciendum. ff. De verb. oblig. Quamvis in hoc contrarium ſed malè teneat Bart. d. l. de quibus. n. 22.* Et teſtes, per quos quis conſuetudinem probare vult, debent deponere de tribus, nempe de uſu actus, item & frequentia actus, & temporis diuturnitate, ita ut veriſimiliter ex dictis illorum colligatur, hos actus ad notitiam populi vel majoris partis perveniſſe, *Bald. d. l. de quibus. Ang. hîc. n. 28. Abb. Conſ. 53. lib. 2. Alex. Conſ. 45. Conſ. 131. Conſ. 136. lib. 2. Conſ. 173. lib. 6. Dec. Conſ. 215. Conſ. 402. Conſ. 483. n. 25. Conſ. 538. Card. Pariſ. Conſ. 27. lib. 1.* Nec teſtes ſingulares ad conſuetudinem probandam ſufficiunt, *Bart. d. l. de quibus. n. 24. Alex. Conſ. 175. & Conſ. 196. lib. 2. Conſ. 105. lib. 3. Dec. Conſ. 215. Conſ. 402. Conſ. 538. Card. Pariſ Conſ. 27. n. 39. lib. 1.* Quod tamen ita demum verum eſt, quando ſinguli teſtes ſunt ſingulares circa actus, de quibus deponunt, ſecus verò eſt, quando ſinguli actus, qui

ad consuetudinem probandam allegantur, duobus testibus probantur: tunc enim sive omnes actus per duos eosdem testes, sive singuli per diversos duos testes probentur, consuetudo probata intelligitur, *Bart. d. l. de*
35 *quibus. n. 24.* Præterea in probatione consuetudinis in defectum plenæ probationis, juramentum non defertur, *Bald. d. l. de quib. n. 38. Alex. Cons. 173. lib. 6. Dec.*
36 *Cons. 538. n. 11.* Cæterùm non consuetudo quomodo probetur, *tradit Franciſc. Hercul. in tract. Quis teneat. pub. negat. n. 298. uſq; ad n. 304.*

In §.

Sed naturalia.

SUMMARIA.

1. Legitima parentibus ex bonis filiorum debita ſtatuto aliove civili jure tolli penitùs poteſt. & ratio.

2. Cur & qualiter quantitas legitimæ etiam deſcendentibus debitæ augeri minuive poſſit. & n. ſeq.

3. Statutum prohibens filium detrahere legitimam, ſaltem de certis quibuſdam bonis an & quando indiſtinctè procedat.

4. Legitima filio debita ſtatuto cur tolli non poſſit penitùs, niſi in caſu. ibid.

5. Vtrum ſtatutum ſimpliciter quem à ſucceſſione aliqua excludens, eum etiam à petitione legitimæ excluſiſſe intelligatur.

6. Parentes à liberorum ſucceſſione ſtatuto excluſi, etiam à petitione legitimæ excluſi ſunt, Et ratio. ibid.

7. Fœminæ à feudi ſucceſſione excluſæ, etiam à legitimæ petitione ex feudo excluſæ intelliguntur.

8. Adeò, ut ne ex æſtimatione novi feudi eam petere poſſint.

1 NATURALIA jura immutabilia eſſe: civilia autem jura vel conſuetudine vel alio jure civili tolli poſſe, hîc

hîc traditur. Ex quo sequitur, cùm legitima debita parentibus ex bonis filiorum, juris civilis sit, eam statuto, consuetudine vel alio jure civili penitùs tolli posse, prout hoc communiter tenent Dd. nostri, *Bald. l. 1. §. ius naturale. ff. De iust. & iur. Ang. Cons. 105. Roman. Cons. 32. Paul. de Castr. Cons. 344. Ioan. de Immol. l. quod de bonis. §. fin. ff. Ad leg. Falcid. Alex. Cons. 3. n. 8. Cons. 168. n. 2. lib. 7. Corn. Cons. 150. n. 13. lib. 1. Cons. 150. n. 10. lib. 2. Cons. 107. lib. eod. Cons. 100. n. 6. lib. 3. Capra Cons. 15. Cons. 151. Dec. Cons. 372. Dec. l. iura sanguinis. ff. De reg. iur. Alexandrin. Rub. Cons. 169. Francisc. Rip. in tit De iur. nat. gent. & civil. Secund. Respons. Incip. Cùm legitima parentibus. Card. Paris. Cons. 23. lib. 2. Cephal. Cons. 5. n. 26. lib. 1. arg. l. scripto. §. fin. ff. Vnd. lib. §. fin. Instit. De legit. agnat. succes. Instit. Ad SC. Tertull. in princ. l. Papinianus. §. sed neq; impuberis. ff. De inoffic. testam. C. si pater. De testam. lib. 6. Nume. cap. 27.* Quod & Pauli Apostoli auctoritate probatur, dum ipse inquit, Parentes filiis, non autem filios parentibus debere thesaurizare. Similiter & cùm 2
meta sive quantitas legitimæ, etiam descendentibus debitæ, sit juris civilis, *Bald. l. cum lege. C. de Episc. & Cler. Alex. Cons. 134. n. 47. lib. 6. arg. Auth. De trient. & semiss. in princ.* sequitur & hanc metam legitimæ statuto consuetudine aliove jure civili tolli, & legitimam filiis debitam augeri vel minui posse, tàm in quantitate vel tempore separatim, quàm in utroque simul, *Bart. l. Titio centum. §. fin. n. 6. ff. De condit. & demonstrat. Ias. Auth. Noviss. in. 59. C. De inof. test. Ias. l. quoniam in priorib. C. eod. tit.* Ideoq; statutum 3
prohibens filium detrahere legitimam non de omnibus, sed de certis quibusdam bonis, indistinctè ratum est, *c. Raynucius. extrà De testam. Domin. de Rot. in Decis. conclus. 18. Incip. Fuit dubitatum. Alex. Cons. 134. n. 33. lib. 6. Dec. Cons. 19. lib. 6.* Hoc tamen primò ita demum verum est, si hoc

si hoc statutum minuens legitimam fuerit conditum à civitate vel populo, secus autem est, si hoc statutum fuerit conditum à Duce, Episcopo, Comite vel similibus, *arg. l. formam. C. De offic. præf. prætor. Orient. Clem. Ne Romani. De Elect. c. cùm inferior. extra De maior. & obed.* Secundò hoc fallit, si statutum adeò minueret legitimam, ut per hoc legitima quasi perimeretur, nec filio relinqueretur conveniens bonorum subsidium: hoc enim statuto fieri non potest, *Rot. Decis. 17. Anton. de Butr. d. c. Raynucius. Alex. Cons. 134. n. 34. lib. 6. Socin. Cons. 150. n. 3. lib. 1. Tiraq. in tract. De primogen. Quæst. 4. n. 12.* Tertiò statutum prohibens legitimam detrahi de certis bonis non habet locum, quando pater decedit, nihil aliud relinquens in bonis, nisi illa bona tantùm, de quibus statutum legitimam detrahi prohibet, *arg. eius quod docet. Dec. c. Quæ in Ecclesiarum. n. 22. extra De Constit. text. l. adigere. §. quamvis. ff. De iur. patronat.* Quamvis contrarium, sed malè teneat *Dec. d. Cons. 19.* cujus sententia non procedit, nisi eo casu tantùm, quando quis hæc bona adquisivit eà conditione, ne de illis filiis quidquam relinquatur: tunc enim licet ipse decedat, nulla alia bona relinquens, filii ex illis legitimam petere non possunt, *Corn. Cons. 132. n. 8. lib. 1. arg. l. sed & paterfamilias. §. 1. ff Ad SC. Macedon.* 4 Cæterùm cùm materia legitimæ debitæ descendentibus sive ipsa legitima in genere, sit juris naturalis, Doctores magis communiter tenent, legitimam debitam filiis statuto, consuetudine vel alio jure civili penitùs tolli non posse, *Bart. d. §. Titio. §. fin. Alex. Cons. 55. lib. 2. Cons. 134. n. 32. lib. 6. Cons. 81. n. 8. lib. 7. Socin. Cons. 30. & Cons. 150. lib. 2. Ias. l. Quoniam in prioribus col. 2. C. De inoffic. testam. Ias. Auth.*

Novissi-

Novissima, n. 56. C. eod. tit, arg. l. scripto. §. fin. ff. Vnd. liber. l. cùm ratio. ff. De bon. damnat. §. primum. Auth. De hered. & Falcid. & Auth. De trient. & semiss. in princ. d.c. Raynucius. gloss. l 1. C. Siut se abstin. nisi hoc fiat ex justa & rationabili caussa, *Bald. d. l. cum lege, Ioan. de Immol. d. l. Titio. §. fin. Alex. 134. n. 33. lib. 6. Cons. 211. n. 8. lib. 7. Socin. Cons. 150. lib. 1. Dec. d. l. iura sanguinis. Dec. Cons. 19. arg. §. aliud. Auth. ut cùm de appellat. cognos.* Utrum autem statutum 5
excludens aliquem simpliciter à successione aliqua, intelligatur ipsum etiam à petitione legitimæ, quoad istam successionem excluisse dubitatur: In quo dubio ego cum Dd. magis communiter concludo, in iis casibus, in quibus statutum legitimam tollere non potest, statutum simpliciter aliquem à successione excludens, nunquam intelligi ipsum excluisse à legitimæ petitione, *Socin. Cons. 150. lib. 1. arg. c. fin. De offic. vicar. lib. 6. c. Si Episcop. de pœnit. & remiss. eod. lib. c. in generali. De reg. iur. lib. 6. l. obligatione. ff. De pignorib. l. 1. C. Quæ res pign. oblig. poss.* In iis autem casibus, in quibus statutum legitimam tollere potest, statutum aliquem simpliciter excludens à successione aliqua, ipsum etiam à legitimæ petitione excludere intelligitur, *Paul. de Castr. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. De condit. & demonst. Ang. Cons. 105. Alex. Cons. 3. n. 10. Cons. 168. n. 3. lib. 7. Alex. l. Gallus. §. Et quod si tantùm. ff. De liber. & posth. Socin. Cons. 150. lib. 1. Cons. 288. n. 17. lib. 2. Cons. 88. n. 24. Cons. 127. n. 2. lib. 4. Corn. Cons. 210. n. 24. & 26. Cons. 316. lib. 1. Cons. 1. n. 17. Cons. 48. n. 7. Cons. 107. Cons. 116. n. 2. Cons. 150. n. 10. lib. 2. Cons. 115. n. 4. Cons. 125. lib. 3. Cons. 1. n. 10. lib. 4. Ias. Auth. Novissima. col. 4. C. De inoffic. testam. Ias. l. si quando. §. fin. C. eod. tit. Dec. l. 1. lect. 2. n. 3. lect. 3. n. 18. ff. Si cert.*

petat. Dec. Conſ. 19 Conſ. 26. Conſ. 297. n. 2. Conſ. 305. n. 9. Conſ. 372. Card. Pariſ. Conſ. 23. lib. 2. Conſ. 94. n. 23. lib. 3.

6 *arg. l. parentibus. C. De inoffic. teſtam. d. c. Raynucius.* Ex quo ſequitur, cum legitima aſcendentibus ex bonis deſcendentium debita ſtatuto penitùs tolli poſſit, parentes à ſucceſſione liberorum ſtatuto excluſos, ne legitimam quidem in liberorum bonis petere poſſe, *prout hoc expreſſè decidunt Dd. in loc. præalleg.* Similiter ex hoc infertur, cùm valeat ſtatutum, prohibens etiam deſcendentibus legitimam de certis rebus detrahere, *d. c. Raynucius*, conſuetudines feudorum excludentes filias fœminas à ſucceſſione non omnium bonorum, ſed feudi tantùm, *c. 1. §. hoc autem notandum. De his qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. filia. De ſucceſſ. feud. c. 1. De ſucceſſ. fratr. ſive grad. ſucced. in feud. c. 1. De nat. ſucceſſ. in feud.* intelligi filias excluſiſſe

8 etiam à legitimæ petitione ex feudo: adeò ut filiæ nullo caſui, nec etiam de feudo novo empto, vel de ejus æſtimatione legitimam petere poſſint, prout hic de facto pronunciatum vidi, & rectè; & hanc ſententiam multis firmis rationibus comprobavimus in Tractatu noſtro feudali, *in 7. part.*

In §. fin.

IN hoc §. Imperator aliam diviſionem juris tradit, univerſum jus dividens in perſonas, res & actiones: quæ diviſio à ſubjecto ſive cauſſa materiali circa quam juris deſumpta eſt.

In Titulum III.

DE JURE PERSONARUM.

1. *Summa tit usq; ad §. fin. & n. 4.*
2. *Asscriptitii, censiti, coloni, monachi, liberi sunt.*
3. *Et vasalli, licet horum obligatio servitutis imaginem habeat.*
4. *Servi denominatio.*
5. *Hostes captos an & quando interficere liceat?*
6. *Et quid sit in bannitis & similibus.*

IN hoc tit. in princ. cum §§. seqq. usque ad §. fin. Imperator primò jus personas respiciens dividit, & dicit, personas aut esse liberos aut servos: quæ divisio & ex responso JCti Caii desumpta est, *l. 3. ff. De stat homin.* Et circa eam annotandum, asscriptitios, censitos, colonos; monachos liberos esse, *gloss. hic verb. aut servi gloss. l. 3. & ibi Bart. & Bald ff. De stat. homin. gloss. l. ne diutiùs. & l. quemadmodum. C. De agricol. & censit. lib. 11.* Similiter & vasalli, licet illorum obligatio, quà domino adstricti sunt, servitutis imaginem habeat, *gloss l. si usu-fructus in princ. ff. De usufr. Bald. l. 1. C. De patrib. qui fil. distrax Bart. l. 1. C. De agricol. & censit.* liberi homines sunt, *Bald. d. l. 3. ff. De stat. homin. Bald. d. l. si ususfructus: arg. c. 1. §. personam. Per quos fiat invest. gloss. c. 1. ver. Salva reverentia. De milit. vasall. qui cont.* Deinde Imperator hîc tradit definitionem libertatis & servitutis, atque simul docet, servos à servando denominatos: Eò, quòd Imperatores captivos vendere, & per hoc servare nec occidere solebant, quæ omnia desumpta sunt ex responsis Florent. JCti, *l. libertas. ff. De stat. hom.* Ex quo colligunt Dd. hostes captos

captos interficere licitum non esse. Et hoc quidem Dd. indistinctè procedere volunt, sive captivi jam intra præsidia nostra deducti sint sive non, *Alciat. l. pupilli. §. servi. ff. De verb. signific. arg. l. de precio. ff. De public. in rem act. l. 1. ff. De legat. præstand.* Quidam verò Doctores hoc ita demum locum habere volunt, si captivi hostes intra præsidia nostra deducti fuerint, sed antequam ipsi captivi intra præsidia nostra deducti fuerint, licitè illos tanquam hostes interfici posse, tradunt, *Ang. hic. §. servi. n. 6. arg. l. in laqueum. ff. De adquir. rer. domin. l. postliminii. ff. De capt. & postl. reversi.* Ego verò credo hanc posteriorem sententiam, tunc demum procedere judico, nisi captivi ad hostes se recipere nitantur, nec alio modo retineri possint, nisi interficiantur, *arg. l. 3. §. transfugas. ff. Ad leg. Corn. de Sicar.* vel captivi fidem datam violent, *arg. l. cùm proponas. la. 2. & ibi Alex. Iaſ. & Dec. C. De pact. c. pervenit. & ibi Abb. & Felin. extra De iureiur. c. fruſtra. De reg. iur. lib. 6.* Alioquin autem priorem sententiam tanquam æquiorem sequendam statuo, *arg. l. placuit. &*
6 *ibi Iaſ. C. De iudic.* Secundò ex hoc inferunt Doctores nostri, bannitos vel alios, quos cuilibet interficere licet, captos etiam antequam carceribus inclusi fuerint, privato interficere fas non esse, *Bart. d. l. in laqueum. Bart. d. §. transfugas. Bald. dd. libertas. Bald. l. addictos. C. De Epiſcop. aud. Ang. hic. §. servi. n. 8. Felin. c. cùm iuramentum. extra De homicid. arg. l. fin. ff. De cuſtod. reor. iunct. l. in eadem cauſſa. ff. Ex quibus cauſſis maior. l. Qui neg. §. 1 ff. De verb. ſignific.*

In §.

In §. pen. & final.

SUMMARIA.

1. *Qui & à quibus & quando capti servi fiant vel non fiant, de jure gentium.*

2. *Quodā in bello inter Christianos etiam ab Imperatore vel Papa gesto capti ex recepta consuetudine servi non fiant contra quosdam.*

3. *Quæ requirantur ad hoc, ut major 20. ann. ad pretium participandum venundari se passus, de jure civili servus afficiatur.*

4. *Et alii modi, quibus præter hunc quis servus efficiatur remissivè & positivè.*

5. *Turcis arma & id genus alia deferentes, quo jure servi capientium fiant?*

IN his duobus §§. Imperator primò docet, servos aut nasci aut fieri: Nasci ex ancillis nostris, fieri verò jure gentium aut jure civili. Et jure gentium servos fieri captivitate. Quod tamen procedit tantùm in captis ab hostibus in bello legitimo: secus autem est, in captis à latronibus vel piratis: Illi enim liberi manent, nec efficiuntur servi capientium, *l. Qui à latronibus. ff. De testam. l. postliminium. §. à piratis. & l. hostes. ff. De capt. & postl. reversf. gloss. l. Nam & servus in princ. & ibi Bart. & Bald. ff. De negot. gest.* Secundò hoc non procedit in captis in bellis civilibus, illi enim statum & libertatem retinent, *l. si quis ingenuam. §. in civilibus. ff. De capt. & postl. reversf. Bald. l. 1. C. De caduc. tollend. Iaf. l. ex hoc iure. n. 30. ff. De iustit. & iur.* Tertiò hoc procedit tantùm in bellis publicis, edicto publico gestis: secus autem est in bellis gestis ex legis permissione pro defensione sive recuperatione rerum suarum, *Bart. d. l. hostes. Abb. c. sicut. Cl. 3. extra De iureiur.* Quartò hoc procedit in bellis gestis cum

Turcis, Saracenis, Tartaris aut aliis infidelibus: secus verò est in bellis, quæ Christiani inter se gerunt: namq; in illis secundum generalem consuetudinem capti servi capientium non fiunt, *Bart. l. hostes. ff. De capt. & postlim. reversi. Bald. & Abb. d. c. sicut. Ang. hic. Ang. §. si ab hostibus. infr. Quibus modis ius patr. potest. solvit. Ang. §. item ea. infr. De rer. divis. Idemq; Ang. §. eius. infr. Qui testam. facer. poss. Capoll. in tract. de servit. urban. prædior. cap. 1. n. 4. Card. Paris. Cons. 19. lib. 4.* Quam consuetudinem ratam esse dubio omni caret: namque cùm gentes humanæ contra naturalem æquitatem introduxerunt, ut capti in bello servi capientium efficerentur, *§. ius autem gentium. supr. tit. 1. l. manumissiones. ff. De iustit. & iur.* certum est, gentes humanas contrariâ consuetudine introducere posse, ne capti in bello servi fiant, *arg. l. prout quisq. ff. De solut. l. Nihil tàm naturale. & ibi Dec. ff. De regul. iur. d. l. manumissiones iunct. l. patre furioso. & ibi Ias. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur.* præsertim cum quælibet res facilimè ad suam originalem naturam sive sua principia reduci possit, *l. si unus. §. pactus ne peteret. & ibi* 2 *Dd. ff. De pact.* Et licet Dd. nostri velint, hoc quod dictum est, captum in bello inter Christianos gesto, servum non fieri, tantùm procedere, quando bellum gestum est, inter alios superiorem non recognoscentes, quàm Imperatorem vel Papam, qualis est Rex Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Poloniæ, Daniæ, Sueciæ, Civitas Venetorum, Lucensium & Genuensium & similes: secus verò esse doceant, in bello, quod Imperator vel Papa cum aliis gerunt, *Bart. d. l. Qui à latronibus. Bald. l. 1. n. 19. C. De SS. Eccles. Ias. d. l. ex hoc iure. n. 30. Ang. hic. & in d. §. Si ab hostibus. Itemq; in d. §. item ea:* Tamen Angelus sibi

sibi contrarius rectè tradit, in bello inter Christianos etjam ab Imperatore vel Papa gesto, captos secundum consuetudinem receptam servos non fieri, *Arg. d. §. ceus.* Cui & ego assentior, jure verò civili servos fieri Imperator hic docet, si major viginti annorum ad precium participandum se venundari passus fuerit: Quæ autem requirantur ad hoc, ut per hunc modum quis servus efficiatur, *videte gloss. hic. in verb. maior*, & alios modos, quibus præter hunc servus quis efficitur, jure civili, *videte gloss. hic. in verb. iure civili.* Et ultra hunc modum jure civili servus efficitur filius à patre propter famis necessitatem venditus, *gloss. l. 2. C. De patrib. qui fil. distrax.* Quamvis tamen filium ob necessitatem famis venditum propriè servum non effici, atque eam ob causam omnia, quæ neque operis suis neque ex bonis illius, cui venditus est, sed aliundè adquirit sibi & non ei, cui venditus est, adquirere teneat, & rectius mea quidem sententia, *Nicol. de Materel. & Bald. d. l. 2. C. De patrib. qui fil. distraxer.* Præterea secundum juris Canonici dispositionem deferentes Saracenis vel Turcis arma, ferrum & id genus alia, capti, servi capientium fiunt, *c. ita quorundam, & ibi Abb. extra De Iudæis.* 3 4 5

In §. fin.

SERVORUM unam conditionem: In liberis verò multas differentias esse, cùm quidam sint ingenui, quidam libertini, *hic. traditur.* Qui §. totus desumptus est ex responso *Marcian. Iurisconsulti. in l. & in servorum. ff. De stat. homin.*

In Titu-

In Titulum IV.

DE INGENUIS.

SUMMARIA.

1. *Continuatio & argumentum tituli.*
2. *Partus matris conditionem sequitur.*
3. *Fallit in filiis murileguli.*
4. *In filiis servi Reipublicæ.*
5. *In familia, quam à patre partus habet, & cognomine. n. 11.*
6. *In patria idem est.*
7. *Vt & in insignis.*
8. *In nobilitate.*
9. *Quid verò si statutum disponat, ut in nobilitate filius matris conditionem sequatur.*
10. *Filius secundum quid, etiam ex matre nobilitatem sortitur.*
12. *Filius etiam à matris nomine denominari potest.*
13. *Et quàm utile illud interdum sit.*
14. *Quibus casibus legitimus, iisdem etiam legitimatus filius patrem sequitur.*
15. *Spurius nullo modo.*
16. *Mulier prægnans antequam partum edat, torqueri non potest, nec pœna corporali affici.*
Ampliatur ibid.
17. *Quid verò, si judex eam torqueri jusserit?*
18. *Filia gravida in adulterio deprehensa à patre impunè occiditur.*
19. *Et mulier bannita, quæ ex permissione statuti interfici potest, etiam gravida licitè occiditur.*
20. *An & quibus casibus calamitas matris, liberis tàm natis quàm nascituris noceat. remissivè.*
21. *Num. filii ob patris delictum feudo rectè priventur. itidem remissivè.*

In §.

IN §. fin. tit. præcedentis, liberorum hominum duplicem esse conditionem, cùm quidam sint Ingenui, quidam verò Libertini; Imperator tradidit: Ideoque commodè hic explicare aggreditur ea, quæ ad unam speciem liberorum hominum, Ingenuos nempe spectant, atque docet Ingenuos illos dici, qui ex libera matre nati sunt: Cæterùm sive mater tempore conceptionis, sive tempore partus, sive medio tempore tantùm libera fuerit, partum editum ingenuum esse. 1 2 Ex quo sequitur primò, partum matris non verò patris & statum & conditionem sequi, *l. partum. & ibi Bart. & Bald. C. De rei vendic. l. fin. C. De liberal. causs. c. fin. & ibi Abb. extra De serv. non ordinand. Auth. Constit. Quæ de ascript. & liber.* Hoc tamen fallit primò in filiis murileguli: illi 3 enim patris non matris conditionem sequuntur, *l. fin. C. De murilegul. lib. 11.* Secundò hoc fallit in his, qui ex 4 servis Reipublicæ nati sunt, illi enim simili modo patris conditionem sortiuntur, *l. fin. C. De serv. fugit. Abb. d. c. fin extra De serv. non ordin.* Tertiò hoc fallit, quoad fa- 5 miliam sive agnationem: In hoc enim filius patris conditionem sequitur, *§. 1. infr. De legit. agnat. succeff. c. 2. extra De convers. infid.* Quartò hoc fallit in patria: Nam- 6 que illam filius nisi ipse spurius sit, *l. 1. & ibi Bart. ff. Ad municipal.* non à matre, sed à patre sortitur, *l. assumptio. §. filius. ff. Ad municip. gloss. hic. gloss. l. cùm legitimæ. ff. De stat. homin. gloss. c. dicat aliquis 32. q. 4.* Et utrum filius patriam sortiatur in illo loco, in quo pater ipsius editus fuit, in itinere, patre vel matre ibidem domicilium non habente, *videte Bart. in l. filios. C. De municip. & origin. lib. 10. Felin. c. Rudolphus. extra De rescript. Iaf. l. huiusmodi. §. si ita legatum. ff. De legat. 1.* Quintò hoc fallit in insigniis 7

sive armis : namque filius patris non autem matris insigniis uti debet, *gloss c. fin. 32. q 4. Bart. in tract. De insign. Dec. l. 2. n. 73. ff. De reg. iur. Card. Paris. Cons. 19. n. 36. lib. 2.*
8 *arg. l. ius familiarum. C. De relig. & sumpt. funer.* Sextò hoc fallit in dignitate sive nobilitate : namque quoad eam filius non matris sed patris conditionem sequitur, *l. filiam. l. liberos. & ibi Bald. ff. De Senat. l. eos. l. exemplo. l. nullus. C. De decur. lib. 10. gloss. hic. gloss. d. l. cùm legitimæ. gloss. d. c. dicat. Felin. c. novit. n. 2. extra De iudic. Petr. de*
9 *Anchor. Cons. 339.* Quod usque adeò verum est, ut consuetudo vel statutum, quo cavetur, ut filius non patris, sed matris conditionem quoad dignitatem vel nobilitatem sequatur, ratum non sit, *Bart. d. l. exemplo. arg. illius text. Dec. d. l. 2. n. 74. ff. De reg. iur. Dec. d. c. novit. n. 4. Bonifac. de Curte in tract. Nobil. partic. 4. n. 28. Roch. Curt. c. fin. col. 6. extra De consuet. Andr. Tiraquel. in tract. De Nobilit. cap. 18. n. 23. Cels. in addit. ad Abbat. d. c. fin. extra De serv. non ordin.* Quod tamen ita demum procedit, nisi consuetudo vel statutum sanciens, ut filius quoad dignitatem atque nobilitatem non matris, sed patris conditionem sequatur, auctoritate Imperatoris confirmatum fuerit : tunc enim talis tàm consuetudo quàm statutum valet, *Dec. d. l. 2. n. 74. ff. De reg. iur. arg. §. sed naturalia. supr. De iur. nat. gent. & civil. d. l. exemplo. d. l. 1. ff. Ad muni-*
10 *cip. Bart. l. 1. C. De dignit. lib. 11. Paul. de Castr. Cons. 116. Incip.* Dubitatur primò circa quartum dubium. Deinde licet dignitatem atque nobilitatem matris filius principaliter non sequatur : tamen quoad quid, filium ex matris conditione & dignitatem & nobilitatem sortiri traditum est, *Bald. l. fin. C. De serv. fugit. Felin. d. c. novit. n. 2.* Ideoque ego valere judico consuetudinem in multis parti-

partibus Germaniæ receptam, quæ præfert illos, qui ex nobili patre & matre simul nati sunt, illis, qui ex patre quidem nobili sed matre ignobili prognati sunt. Septimò hoc fallit in cognomine: namque hoc filius non à matre sed à patre sortitur, *arg. c. Raynaldus. extra De testam. Abb. c. Raynucius. n. 2. extra eod. tit.* Quamvis tamen & à matris nomine sive cognomine filium denominari posse, receptum sit, *Bart. d. l. si in rem. ff. De rei vendic. Bart. Bald. Alex. & Iaſ. l. 3. in princ. arg. illius text. ff. De lib. & poſth. Abb. d. c. Raynucius, n. 2. arg. illius text.* Immò hoc interdum utile est; namque si quis instituendo filium suum spurium, heredem in testamento, eum filium suum vel suo cognomine appellet, institutio ipso jure non valet: sin autem quis instituendo filium suum, eum non filium vel suo cognomine, sed filium illius mulieris vel cognomine matris appellet, institutio rata est, donec heredes ab intestato venientes doceant, hunc spurium ejus esse, *Bald. & Alex. d. l. 3. in princ. ff. De lib. & poſth.* Et in prædictis, in quibus diximus filium patrem sequi, non tantùm filius legitimus, sed etiam legitimatus patrem sequitur, *Ang. hic. n. 3. gloſſ. c. innotuit. extra De Elect.* Filius autem spurius sive naturalis tantùm neq; agnationem vel familiam, neq; patriam neq; dignitatem sive nobilitatem patris consequitur, *l. cùm legitimæ. & l. lex naturæ. ff. De ſtat. hom. l. ſi ſpurius. ff. Vnd. cogn. §. vulgo. infr. De legit. agnat. ſucceſſ. l. 1. ff. Ad municip. l. pronunciatio. & ibi Bart. ff. De verb. ſignific. Alex. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. Ad SC. Trebell. Felin. in proœm. Decret. col. 2. Felin. c. in præſentia. & ibi Dec. n. 44. extra De probat.* neque insigniis ejus utitur, *Bart. in tract. De inſign. n. 11.* Deinde cùm in textu nostro hìc dicatur, calamitatem matris

11 12 13 14 15 16

non nocere ei, qui in utero est: Ex hoc sequitur, si mater prægnans, criminis alicujus accusata fuerit, ipsam antequam partum edat, neque torqueri, neque pœna corpori infligenda affici posse, *l. Imperator. & ibi Bart. & Bald. ff. De stat. homin. l. prægnantes. & ibi Bart. ff. De pœn.* Quod usque adeò verum est, ut procedat, etiamsi fœtus nondum fuerit animatus, *Bald. d. l. Imperator*, item etiamsi mulier in carcere, vel ex adulterio aut incœstu conceperit, *arg. l. hos accusare. §. pen. ff. De accus. l. spurii. ff. De decurion. l. crimen. ff. De pœn. l. legem. C. De natur.*
17 *liber.* Et si judex mulierem prægnantem torqueri jusserit, & confessio illius in tormentis facta non valet, *Bald. d. l. Imperator. arg. l. maritus. ff. De Quæst.* Et si mulier inde abortum fecerit, judex homicidii pœna punitur,
18 *Bald. d. l. Imperator.* Patri tamen permittitur, filiam etiam gravidam in adulterio deprehensam interficere, *Bart. & Bald. d. l. Imperator. arg. l. Quid ergò. §. cùm autem. ff. De his qui not. infam. l. Mævius. ff. De condit. & demonstrat. l. Bonæ fidei. §. pen. ff. De adquir. rer. domin.* Similiter & bannitam mulierem, quam ex permissione statuti
19 interficere conceditur, etiam gravidam occidere licet,
20 *Bald. d. l. Imperator.* Cæterùm an & quibus casibus calamitas vel delictum patris vel matris filiis tàm natis quàm nascituris noceat, *videte in l. emancipatum. §. fin. & ibi Bart. & Bald. ff. De Senat. l. filiam. ff. eod. tit. l. crimen. ff. De pœn. l. 3. & ibi Bart. ff. De interd. & releg. l. 2. & ibi Bald. C. De libert. & eor. liber. l. Quisquis. & ibi Bald. C. Ad leg. Iul. Maiest. Dyn. c. non debet. De reg. iur. lib. 6. Abb. c.*
21 *Quæsivit. extra De his quæ fiunt à maior. part. capit.* Et utrum propter delictum sive calamitatem patris, filii priventur successione feudi, *videte ea, quæ diximus in Tract. nostr. feud. in 9. part.*

In §.

In §. fin.

SUMMARIA.

1. Non sufficit aliquid de facto fieri, nisi etiam de jure sortiatur effectum.

2. Instrumentum Notarii non legitimè creati, etiamsi pro Notario se gesserit, publici instrumenti vim non obtinet.

3. Appellatio à sententia nulla, eam non confirmat.

4. Excipiens non fatetur intentionem adversarii.

5. Nec delicti veniam petens delictum.

6. Nec absolutionem à sententia excommunicationis petens, excommunicationem.

7. Vt nec remissionem operis novi nunciationis petens, operis novi nunciationem justè factam.

8. De hujus §. materia plura: Item, Quid sint natales & quam probationem faciant. remissivè.

INGENUO qui in statu servili degebat manumissio de facto, facta, nihil nocet, *dicitur hic.* Ex quo sequitur, quòd non sufficiat aliquid de facto fieri, nisi illud de jure sortiatur effectum, *l. non putavit. §. non quavis. & ibi Bart. ff. De bon. poss. ff. contr. tab.* De qua tamen regula videte ea, quæ tradit *Iaf. & Dec. l. 1. §. fin. ff. Quòd quisq. iur. Bald. l. continuus. §. cum quis. ff. De verb. oblig. Bart. l. ubi pactum. & ibi Iaf. n. 22. C. De pact. Abb. c. nuper. extra De bigamis. Alex. l. 4. §. condemnatum. ff. De sentent. & re iudic. Felin. c. ex tenore. extra De rescript.* Ideoque instrumenta illius, qui Notarius legitimè creatus non fuit, licet ipse se pro Notario gesserit, instrumenti publici vigorem non obtinent, *l. Herennius. ff. De decur. Bart. & Iaf. l. Barbarius. ff. De offic. prætor.* Deinde ex hoc sequitur, quòd per hoc, quod quis à sententia nulla appellat, sententia nulla non confirmetur, *Bart. l. si expressim. ff. De appell.*

1

2

3

4 *appell.* Item, quòd excipiens intentionem adversarii, fateri non videatur, *l. non utig. & ibi Bart. ff. De except. c. cùm venerabilis. & ibi Abb. Felin. & Dec. extra De except. c. exceptionem obijciens. & ibi Dyn. De reg. iur. lib. 6. Bart. Alex. &*
5 *Iaſ. l. decem. ff. De verb. olig.* Item, quòd is, qui delicti veniam petit, non intelligatur fateri ſe delictum aliquod perpetraſſe, *c. exhibita. & ibi Abb. & Felin. extra De homicid.*
6 Item, quòd is, qui petit abſolutionem à ſententia excommunicationis, non intelligatur fateri ſe excommunicatum, *Bart. l. 1. in princ. & ibi Iaſ. ff. De oper. nov. nunciat. Abb c. venerabilem. n. 22. extra De elect. Iaſ. d. l. decem.*
7 Item, quòd is, qui petit remiſſionem operis novi nunciationis, non intelligatur fateri operis novi nunciationem juſtè factam, *Iaſ. d. l. 1. in princ. n. 4. ff. De oper. nov.*
8 *nunc.* Reliqua autem ad hujus §. materiam ſpectantia, *videte apud Iaſ. d. l. decem. n. 17.* Et quia in hoc §. fit mentio natalium; Quid ſint natales, & quam probationem faciant, *videte gloſſ. hic. & ibi Ang. Bald. l. neq; natales. C. De probat. Bald. Rubr. C. De fid. inſtrum. Abb. & Felin. c. ſeries. extra De teſtib.*

In Titulum V.

DE LIBERTINIS.

SUMMARIA.

1. *Diviſio tituli & argumentum.*
2. *Commendatio gloſſæ & inde pulchrè & notabiles illationes. n. ſequentibus.*
3. *In actu aliquo non neceſſario requiſita, ſi vitiosè interveniant, actum non vitiant.*
4. *Illuſtratur hæc exemplis.*

5. *Captura*

5. Captura debitoris fugitivi non vitiatur, si à judice incompetenti facta fuerit.

6. Iudex etiam non servatâ solennitate judiciorum, aditus à Domino permittere ei potest, ut Emphyteutam suum, Canonem non solventem expellat. Ratio ibid.

7. Pignora auctoritate judicis minùs legitimè adhibita occupans, quando nihil delinquat.

8. Casus, quo testibus inhabilitatis exceptio opponi non possit.

9. Nec actum vitiet superioris auctoritas, in illo non legitimè adhibita.

10. Attacta judicii irritentur, si judex, ubi solennis processus non requirebatur, solenniter sed non legitimè processerit.

11. Ex corruptione superflui sigilli, instrumentum aliàs solenne, suspectum non redditur.

12. Merus executor si minùs legitimè aliquem citaverit, executio non cassatur.

13. Iudex quando à se citatum expectare non teneatur.

14. Superflua non nocent.

15. Inquisitio criminis quando prætermissa famæ inquisitione procedat?

Et quid si inquisitio famæ ante inquisitionem criminis illegitimè fiat? ibid.

16. Quando demum dictum testis factam plenè non narrantis probationem nullam faciat?

17. Testes in superflui singulares, nihilominùs in iis fidem faciunt, quæ substantiam negotii respiciunt.

18. Superflua in actu aliquo construendo adhibita: non ut cætera, in actu dissolvendo requiruntur.

TOTUS hic titulus in sex partes dividitur: Primò enim Imperator tradit, Qui dicantur Libertini, Secundò, Quid sit manumissio, Tertiò, Quo jure manumissio sit inventa, Quartò, quot modis manumissio fiat, Quintò, Quòd illorum, qui manumittuntur, voluntas in manumissione non requiratur, Sextò, 1

Sexto, quod hodiè Libertinorū una conditio ſit, ſublatis lege Juſtiniani, antiquis differentiis Latinorum & Dedi-
2 titiorum: Et hic totus titulus per ſe planus eſt. Et ex hoc tit. notate gloſſam unam *in §. ſervi. verb. tranſitu*, quæ gloſſa admodum notabilis eſt, & ad multas pulchras uti-
3 les & quotidianas quæſtiones allegari ſolet. Namque ex hac gloſſa colligitur regula. Quòd ea, quæ in aliquo actu neceſſario non requiruntur, ſi in iſto actu vitiosè vel
4 minùs legitimè intervenerint, actum non vitient. Ideoque cùm ex promiſſione dotis actio detur, etiamſi illa promiſſio abſque ſtipulatione facta fuerit, ſtipulatio inutilis promiſſioni dotis, adjecta, non impedit, quò minùs ex promiſſione dotis actio detur, *l. 1. in princ. C. De rei uxor. act.* Similiter teſtamentum militis, in quo non requiritur ſolennitas, à jure communi in aliorum teſtamentis requiſita, non vitiatur, ſi miles in teſtamento ſuo adhibuerit, Solennitates legitimas, ſed ineptè, *l. 3. ff. De milit. teſtam.* Eodem modo Libellus ineptus in cauſſas, in quibus alioquin Libellus non requiritur, nihil nocet, *gloſſ. l. vinum. ff. Si cert. petat. Bald. l. ſed & ſi ſine. C. Ad Trebell. Bald. l. 1. C. De re iudic. Bart. ver. figura. In Conſtit. ad reprimend. Bart. l. accuſaturus. ff. Ad leg. Iul. de adult.* Et cùm nomen actionis in Libello exprimere neceſſe non ſit, actio inepta in Libello expreſſa, Libellum non vitiat, *gloſſ. Bart. Bald. & Alex. l. 1. in princ. ff. De edend. Bart. l. Inſulam. ff. De præſcript. verb. Abb. & Felin. c. examinata.*
5 *extra De iudic.* Huc accedit, quod cùm permittatur, debitorem fugitivum propriâ auctoritate etiam judice non requiſito capere; captura debitoris fugitivi non vitietur, ſi à judice incompetente facta fuerit, *Alex. Iaſ.*
6 *& Dec. l. 2. ff. De iurisd. omn. iudic.* Et cùm Emphyteuta

propter

propter Canonem non solutum propriâ auctoritate etiam judice non requisito ex re emphyteutica expelli possit: Judex aditus à Domino, ut ipsi permittat, emphyteutam Canonem non solventem expellere, hoc Domino emphyteusis etiam non servatâ solennitate judiciorum permittere potest, *Bald. l. 2. & ibi Iaſ. n. 111. C. De iur. emphyteut.* Et si creditor, qui auctoritate propriâ ex pacto pignora occupare atque bona debitoris ingredi potuit, auctoritate judicis minùs legitimè adhibita pignora occupet, nihil delinquit, *Bald. l. conſentaneum. C. Quomod. & quan. iud. Bald. l. Nec quicquam. §. ubi decretum. ff. De offic. proconſ. Bald. c. 1. §. ſi quis verò. De pac. iuram. firm.* 7

Præterea ex hoc sequitur, quòd testibus ex abundanti adhibitis in tali actu, in quo testes necessarii non fuerunt, exceptio inhabilitatis opponi non possit, *gloſſ. l. Qui teſtamento in princ. & ibi Bald. ff. De teſtam. Iaſ. l. vinum. ff. Si cert. petat.* 8

Item, quod actum, in quo superioris auctoritas non requirebatur, non vitiet auctoritas superioris, non legitimè in isto actu adhibita, *Innoc. & Abb. c. fin. extra De procurat.* 9

Item, quòd acta judicii non irritentur, si in illis casibus, in quibus solennis processus non requirebatur, judex solenniter & non legitimè processerit, *Alb. c. bonæ. Cl. 1. arg. illius text. extra De Elect. Abb. c. fin. extra De procurat. Felin. c. cùm ordinem. n. 2. extra De reſcript. Bald. l. 3. ff De teſtam. milit. Felin. c. examinata. extra De iudic. facit Clem. Sæpè. De verb. ſignific.* Quamvis in hoc contrarium, sed malè teneat, *gloſſ. l. proinde. ff. Ad leg. Aquil. Bald. l. diffamare. C. De ingen. & manumiſſ. Iaſ. l. 1. in prin. n. 50. ff. De edend.* 10

Item, quòd ex corruptione sigilli superflui vel non necessarii instrumentum alioquin solenne, non reddatur suspectum, *Innoc. c. inter di-* 11

12 *lectos. extra De fid. instrum.* Item, cùm merus executor ad executionem neminem citare teneatur, si executor merus aliquem citaverit, sed minùs legitimè executio non cassatur, *Petr. de Anchor. & Immol. Clem. 1. De offic deleg.*

13 *Petr. de Anchor. Conf. 220. Incip. Iste dominus executor.* Item, quòd in istis casibus, in quibus citatio non requiritur, judex qui aliquem citat, citatum expectare non teneatur, *Innoc. & Abb. cùm inter universos. extra De Elect. Bald.*

14 *l. neg. natales. C. De probat.* Item, quòd error in demonstratione superflua nihil noceat, *Bart. l. demonstratio falsa. Quæst. 7. ff. De condit. & demonst.* Item, quòd indistinctè superflua ineptè in Libello expressa non noceant, *Salic.*

15 *l. per diversas. n. 15. C. Mand.* Item, quòd, sicut inquisitio criminis, prætermissa inquisitione famæ parte non opponente procedat, *c. 2 De accusat lib. 6.* Ita quoque inquisitio famæ facta ante inquisitionem criminis, sed minùs legitimè, inquisitionem criminis non vitiet, *Ioan. de*

16 *Anan. c. qualiter. Cl. 1. extra De accusat.* Item, quod licet dictum testis factum plenè non narrantis, probationem nullam faciat, *gloss. l. Lucius. ff. De his qui not. infam.* hoc tamen ita demum procedat, si testis plenè factum non narret, quoad ea, quæ substantiam actus, de quo agitur: respiciunt: secus autem, si testis quoad quædam superflua factum plenè non narret, *Ias. l. 2. ff. De bonor. poss.*

17 *secund tab.* Item, licet testes singulares probationem nullam faciant, tamen hoc ita demum procedit, si testes sint singulares in iis, quæ substantiam negotii, de quo agitur, attingunt; secus autem est, si testes sint singulares in quibusdam superfluis ad substantiam negotii, de quo agitur, non requisitis, *Ias. d. l. 2. C De bon. poss. secund. tabul.*

18 *Felin. & Dec. c. licet. extra De probat.* Itemque, licet in actu

actu aliquo destruendo sive dissolvendo, omnia illa requirantur, quæ in isto actu constructo sive contractu intervenerunt: tamen hoc ita demum procedit si hæc in isto actu necessariò requisita fuerunt: secus autem est in iis, quæ in isto actu construendo superflue intervenerunt, *Bart. l. heredes palam. §. 1. ff. De testam. Dec. l. Nihil tàm naturale. ff. De reg. iur.* De hac tamen regula videte latius ea, quæ tradit *Felin. d. c. cùm ordinem, n 2. & 3. Felin. d. c. examinata. n. 12. & 13. itemq; in c. qualiter & quando Cl. 1. extra De accusat. Iaſ. in l. 1. in princ. ff. De edend. Iaſ & Dec. d. l. vinum.*

In Titulum VI.

QVIBUS EX CAUSIS MANUMITTERE NON LICET.

Summaria.

1. *Divisio tituli in duas partes, priorisq; subdivisio & argumentum.*
2. *Etiam defuncto injuria infertur.*
3. *Vasallus cum desancti Dominividua rem habens feudo privatur.*
4. *Num judicibus liceat punitorum cadavera Medicis ad anatomiam concedere. remissivè.*
5. *Secundæ partis hujus tituli subdivisio & argumentum & inde illationes. n. seqq.*
6. *Minor 25. annis quando possit esse procurator.*
7. *Sententia lata à judice ex falsa causſa an reddatur nulla.*
8. *Et, an & quando falsa causſa actum tàm judicialem quàm extrajudicialem nullum reddat? remissivè.*
9. *Iudici quando laudabile & licitum sit mediam viam eligere?*

1 TOTUS hic titulus dividitur in duas partes principales. Namque Imperator in hoc titulo docet, manumissionem impediri duabus de caussis, ratione nempe fraudis, & ratione minoris ætatis. Rursus prima pars dividitur in tres partes; in prima parte Imperator tradit regulam, quòd manumissio in fraudem creditorum facta rata non sit: In secunda parte ponit exceptionem ab hac regula, & docet manumissionem factam in fraudem creditorum in testamento titulo heredis institutionis ratam esse, si nullus alius præter hunc servum manumissum defuncto heres futurus sit: In tertia parte docet, quando servus in fraudem creditorum manumissus dicatur, & dicit servum in fraudem creditorum manumissum intelligi, si & consilio manumissoris & reipsa manumissio in fraudem creditorum facta fuerit.

2 Ex hac prima parte *ex §. licet autem. vers. ne iniuria*, sequitur injuriam non tantùm vivo, sed etiam mortuo in-

3 ferri, *facit l. 1 §. quottes autem. ff. De iniur.* Ideoque sicut privatur feudo vasallus, qui Domino vivo injurias graves infert: ita quoque privatur feudo vasallus, qui Domino feudi mortuo graves injurias infert, per hoc nempe, quod cum uxore ejus vidua rem habet, *Andr. de Isern. Nicol. de Neapol. Alvarot. Præpos & Matth. de Afflict. c. 1. §. 1. Quib. modis feud. & Matth. de Afflict. c. 1. §. 1. De feud. sin. culp. non amitt. Curt. in tract. feudal. 7. part. n. 20. Zas. in tract. feud. 10. part. n. 27. arg. gloss. l. sororem, & ibi Alex. Ias. & Dd. C. De his quib. ut indig. gloss. l. fideicommissum, &*

4 *ibi Paul. de Castr. C. De fideicommiss.* Circa hoc esset discutienda quæstio, utrum judicibus permissum sit cadavera punitorum concedere Medicis pro anatomia facienda, *de qua quæstione videte Bart. l. fin. ff De cadaver. punit.*

punit. Franc. Rip. in tract. de Pest. Secunda pars hujus tituli, quæ incipit in §. eadem lege, dividitur in quatuor partes, in prima parte traditur regula, minorem 20. annis servum suum manumittere non posse, nisi judicis auctoritate, & caussa cognita: In secunda parte recensetur, quæ sint justæ caussæ, ex quibus minori servum suum manumittere permittatur: In tertia docet manumissionem à minore factam ex caussa justa ratam esse, sive illa caussa sit vera sive falsa: In quarta ponit exceptionem à regula, & dicit, licet minor viginti annis inter vivos servos suos manumittere non possit, nisi auctoritate judicis & caussa cognita: in ultima tamen voluntate minorem 20. annis, dummodò is 17. annum ætatis excesserit, servos suos manumittere posse. 5 Ex hac secunda 6 parte sequitur primò, minorem viginti quinque annis, dummodò is decem & septem annorum sit, procuratorem constitui posse: Quod tamen procedit tantùm in procuratore ad negotia: secus autem est in procuratore ad judicia: Namque in judicio non aliter quis procurator esse potest, nisi ipse 25. annum ætatis excesserit, *c. qui generaliter. §. fin. extra De procurat. lib. 6. gloss. Iaf. & Dd. l. exigendi. C. De procur.* Deinde ex hac secunda parte 7 colligitur, sententiam latam vel decretum interpositum ex caussa falsa non reddi nullam: de quo tamen videte ea, quæ latius tradit *Bart. Alex. & Iaf. l. si is ad quem. ff. De adquir. heredit. Bart. & Iaf. l. ius pluribus. ff. De iustit. & iur. Abb. Felin. & Dec. c. Quoniam contra. extra De probat. Abb. & Felin. c. sicut. extra De sentent. & re iudic. Bart. Alex. & Iaf. l. iuste. ff. De adquir. poss. Bart. & Bald. l. 1. C. De error. calcul. Ang. Immol. & Iaf. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. De verb. oblig. Ang. hic. §. semel. & ibi Ioan. Fabr.* Et an, 8

& quando falsa caussa actum aliquem tàm judicialem, quàm extrajudicialem nullum reddat, *videte Felin. c. quod super his. n. 1. usq. ad n. 7. extra De fid. instrum.* Tertiò ex hac secunda parte sequitur, laudari judicem, qui in controversiis dubii mediam viam eligit: remque controversam inter litigantes æqualiter dividit: Quod tamen ita demum procedat, si vel propter facti vel propter juris dubium lis adeò intricata sit, ut impossibile sit scire, quæ pars justiorem caussam foveat, *Bald. l. si paterfamiliâs. arg. illius text. ff. De hered. instit. Alex. l. Si Titius. arg. illius text. ff. Ad SC. Trebell. Petr. de Anchor. Cons. 211. Felin. c. 1. n. 55. & ibi Dec. n. 32. extra De Constit. Dec. c. 1. extra De probat.* Sin autem caussa non sit ita intricata, judici non permittitur mediam viam eligere, remque controversam inter partes dividere, *Bart. l. Nesennius. arg. illius text. ff. De negot. gest.*

In Titulum VII.

DE LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDA.

SUMMARIA.

1. *Divisio & summa tituli.*
2. *Invidiæ non indulgendum.*
3. *Ad invidiam vel æmulationem alterius qualiter nihil faciendum vel extruendum etiam in re sua.*
4. *Nemo regulariter in suo quid pati cogitur.*
5. *Nec Dominus cogitur à vasallo in necessitate constituto feudum suum emere, vel ut alius id ab eo emere possit consentire: & hoc casu vasallus feudum vendere nequit.*

Comprobatur id pulchris rationibus contra Bald. & Affl. ibid.

6. *Num*

6. *Num verò idem in agnatis?*
7. *Argumentum à contractibus ad ultimas voluntates ratum est.*

HIc titulus dividitur in tres partes, in prima parte Imperator facit mentionem Legis Fusiæ Caniniæ, in secunda eam corrigit: in tertia, hujus correctionis rationem assignat. Ex hoc textu sequitur primò, invidiæ non esse indulgendum: est enim miserum vitium, vel Plauto teste. Ideoque licet quilibet rerum suarum moderator & arbiter sit, *l. nemo exterus. C. De Iudæ. l. in re mandata. C. Mand.* tamen nemini permittitur in re sua aliquid facere vel extruere ad invidiam vel æmulationem alterius, *l. 1. §. denig. ff. De aq. pluv. arcend. l. opus. & ibi Bart. ff. De operib. publ. gloss. l. per provincias C. De ædific. privat. Bart. l fin. C. De colleg. illic. Bart. l. Quò minùs. quæst. 1. & ibi Iaf. n. 21. & 22. ff. De flumin. Bald. l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. De cdend. Bald. c. cum omnes. extra De constit. Paul. de Castr. l. cum eo. ff. De servit. urban. præd. Cyn. Salic. & Bald. l. altius. C. De servit. Capell. in tract. De servit. urban. præd. cap. 39. & 62. Iaf. l. ex hoc iure. n. 8. ff. De iust. & iur.* Quod tamen ita demum procedit, si quis quid faciat vel extruat in suo principaliter ad invidiam vel æmulationem alterius, quod tamen in dubio non præsumitur, *gloss. l. fluminum. §. fin. ff. De damn. inf. arg. l. meritò. ff. Pro Soc. l. quoties. §. qui dolo. ff. De probat. l. non videtur. ff. eod.* Secus verò est, si quis quid principaliter in fundo suo faciat vel extruat suæ vel alterius utilitatis gratia, *arg. l. cùm in fundum. §. divortio. ff. De iur. dot.* licet hoc in consequentiam ad alterius damnum vel detrimentum redundet: hoc enim prohibitum non est, *l. 1. §. sicut. & ibi Bart. ff. De aq. pluv. arc. l 2.*

1
2
3

§. iacem

4 §. *idem Labeo. ff. eod. tit. l. Proculus. ff. De dam. infect.* E converſo verò nemo cogitur regulariter, quid vel facere vel fieri pati in ſuo, ex quo alius emolumentum vel lucrum etiam abſque domini injuria percipere poſſit, *c. precaria. Cl. 1. 40. q. 2. l. binos. ff. De ſervit. urb. prad. Bart. l. 2.*
5 *in princ. n. 13. & ibi Iaſ. ff. Solut. matr.* Ideoque ſi vaſallus vel ære alieno gravatus vel in alia neceſſitate conſtitutus fuérit, Dominus non cogitur ipſi volenti feudum ſuum vendere, vel feudum emere, vel ipſi vendenti conſentire, *Andr. de Iſern. c. 1. in princ. De prohib. feud. alien. per Frider. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 265. n. 68.* nec vaſallo permittitur Domino recuſante vel feudum emere, vel vendenti feudum conſentire feudum abſq; Domini voluntate vendere. Tunc quia Dominus invitus alium quàm cui feudum conceſſit vaſallum agnoſcere non tenetur, *c. 1. De fratrib. de nov. benefic. inveſt.* Tum quia vaſallus eſt debitor Domini, *arg. l. debitor. ff. De verb. ſignific.* Dominus verò feudi ejus creditor, *arg. l. creditores. ff. De verb. ſignific.* Et certum eſt, quòd creditor nunquam cogatur invitus pro debitore ſuo, cum quo contraxit, alium expromiſſorem vel debitorem recipere, *l. ſi mandato meo, ver. item. ff. Mand. Bald. l. ſi pater. C. De collat. Alex. l. 2. in princ. ff. De Solut.* Tum etiam, quia ad id, quod directo fieri prohibitum eſt, nemo per indirectum admitti debet, *l. quaritur. ff. De bon. libert. c. cum quib & ibi Dyn. De reg. iur. lib. 6.* Et per conſequens cum vaſallo prohibitum ſit, directo propter onus æris alieni vel aliam neceſſitatem feudum non conſentiente Domino vendere vel alio titulo alienare, *Bald. Alvarot. & Præpoſ. c. 1. in princ. Qualit. feud. olim. Bald. & Matth. de Afflict. c. 1. §. aut Libellario. Quib. mod. feud. amitt. Iacob.*

de S.

de S. Georg. ver. ita etiam quod ipsi. n. 17. & vers. & cum pacto. n. 14. Curt. in tract. feud. 4. part. n. 107. Zas. in tract. feud. 9. part. n. 13. Dec. c. quæ in Ecclesiarum. n. 10. extra De Constit. ipse non debet indirecto per hoc nempe, quod Dominus vel feudum emere vel vendenti consentire recusat, admitti. Hanc sententiam probat id, quod docet *Bart. l. Quò minùs. Quæst. 12. & ibi Ias. n. 88. ff. De flumin. Alex. Cons. 108. lib. 2. Ias. l. 2. in princ. ff. Solut. matr. Idemq. Ias. l. rescripta. C. De precib. Imper. offer.* ubi concludunt vicino illius, qui aquam suis sumptibus ex flumine publico ad molendinum suum duxit, non permitti hanc aquam etiam postquam cecidit à molendino illius, invito eo, qui hanc aquam duxit capere, & ad molendinum suum ducere, licet hoc absque damno illius fieret. Eandem opinionem comprobat id, quod docet *Cyn. Salic. & Paul. de Castr. in l. quoties. C. De fideicom. Raph. Cuman. Alex. & Ias. l. Qui Romæ. §. coheredes. ff. De verb. oblig.* ubi concludunt, si is, cui certa res relicta fuerit ea conditione, ut ista res in familia illius permaneat, sive ut ipse hanc rem, si decedat absque liberis, agnatis vel cognatis suis restituere cogatur, ære alieno oneretur, vel in aliam necessitate constitutus fuerit, ipsi non permitti hanc rem, ideò extra familiam invitis agnatis alienare, quòd agnati illius hanc rem vel emere vel vendenti consentire recusant. Huc accedit, quòd quis emere, vendere vel alio modo contrahere regulariter non cogatur, *l. invitum. C. De contrah. empt. l. nec emere. C. De iur. delib. Bart. l. 1. §. iura rarius. ff. De offic. præfect. urb. Abb. c. 1. extra De empt. vendit.* Et hæc sententia verior est, quamvis contrarium sed malè teneat *Bald. d. l. Quoties. & in c. inter dilectos. extra De fid. instrum. Matth. de Afflict. c. 1. in princ.*

6 *Qual. feud. ol.* Similiter & agnati non coguntur consentire vasallo volenti feudum vendere ob æs alienum vel aliam necessitatem, *prout hoc latè docuimus in tract. nostr. feudal. 8. part. De hoc tamen notab. videte c. fin. 23. q. 2. gloss. c. omnes leges. verb. fas. Dist. 1. Bart. Alex. & Ias. in l. 2. in princ. ff. Solut. matr. Bart. l. in concedendo. ff. De aq pluv. arcend. Bart. d. l. Quò minùs. Quæst. 5. & ibi Ias. n. 56. Ias.*

7 *d. l. rescripta. Ioan. Fabr. & Ang. hic.* Secundo ex hoc textu colligitur argumentum de contractibus ad ultimas voluntates ratum esse, *De quo videte l. pactum inter heredem, & ibi Ias. & Dd. ff. De pact. l. quæ de legato. & ibi Ias. l. servum filii, §. Eum qui chyrographum. & ibi Ias. & Paul. de Castr. ff. De legat. 1. l. non est mirum. ff. De pignor. act. l. 1. & ibi Bald. C. De leg. Fus. Canin. l. fin. C. De legat. Ias. & Dec. l. fin. C. De pact. Socin. Cons. 163. lib. 2. Dec. Cons. 69. n. 6 Card. Paris. Cons. 26. n. 49. lib. 1. Cons. 32. n. 71. lib. 3. Nicol. Everh. in sua Topic. in loc. à contract. ad ult. volunt. Ioan. Fabr. & Ang. hic. Dec. l. in testamentis. ff. De reg. iur.*

In Titulum VIII.

DE HIS QVI SUNT SUI VEL ALIENI JURIS.

SUMMARIA.

1. *Summa tituli & divisio.*
2. *Argumentum à contrariis quando procedat vel non.*
3. *Nimia sævitia Domini in servos prohibita est.*
4. *Et nimia sævitia patris in filium & præceptoris in discipulum.*

5. *Maritus*

5. *Mariti in uxorem & natu majorum in minores propinquos.*
6. *Iudex ob nimiam sævitiam ab officio removetur.*
7. *Et vasallus feudo privatur.*
8. *De confugientibus ad sacram statuam.*

IN hoc titulo Imperator ponit secundam divisionem personarum, & dicit, quasdam personas sui juris esse, quasdam verò alterius potestati subjectas. Et totus hic titulus in sex partes dividitur, in primâ parte docet, quosdam esse sui juris, quosdam verò alterius juri subjectos: in secunda tradit illorum, qui alieno juri subjecti sunt, quosdam esse in potestate parentum, quosdam verò esse in potestate dominorum: in tertia parte docet, Qui sint in potestate dominorum: in quarta dicit, dominorum potestatem jure gentium introductam: in quinta parte potestati dominorum derogatum in hoc, ne dominis servos suos absque justa & legitima caussa occidere permittatur: in sexta parte docet & nimiam dominorum sævitiam in servos prohibitam. Ex secunda parte hujus tituli colligitur à contrariis sive oppositis argumentum procedere, *facit text. l. 1. ff. De his qui sunt etc. l. ex duobus in princ. & ibi Ias. n. 5. ff. De vulg. & pupill. l. & si contra, & ibi Ias. ff. eod. tit. l. fin. §. fin. ff. De legat. 3. l. Qui accusare. ff. De accusat. l. pen. & ibi Bald. C. De Solut. §. illud. infr. De societ. infr. De tutel. in princ. Bart. Alex. & Ias. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. De verb. oblig. Dyn. c. Qui sentit. De regul. iur. lib. 6. Alex. Aret. Socin & Ias. Rubr. ff. De adquir. possess. Bald. l. conventiculam. C. De Episcop. & Cler. Dec. l. secundum naturam. ff. De reg. iur. Nicol. Everh. in sua Topic. in loc. à Contrar. sive oppos. Card. Paris. Cons. 31. n. 122. lib. 1. Cons. 82. n. 48. & 49. lib. 3. Ioan. Fabr. & Ang. hic.* 1 2

Hoc tamen ita demum procedit, quando contrariorum est proportionabilis ratio: tunc enim argumentum à contrariis sive oppositis procedit: secus autem quando contrariorum non est proportionabilis ratio, tunc enim argumentum à contrariis sumi non potest, *gloss. Clem. 1. verb. observare. De sentent. excomm. Bart. l. in fundo. ff. De rei vendic. Bart. & Dec. l. secundum naturam. Bald. l. non nudis. C. De probat. Bald. l. si præses. C. Quomodo & quand. iud. Ang. hîc. Ang. d. §. illud. infr pro Soc.* Ideoq; licet statuto excludantur à successione vel fratrum sorores, vel civium forenses, tamen è converso non intelliguntur excluſi, neque fratres à successione sororum, neque cives à successione forensium, *Bald. Paul. de Castr. & Raph. Fulg. l. lege. XII. Tabularum. C. De legit. hered. Petr. de Anchor. c. Canonum statuta. extra De Constit. Alex. d. §. sacram. Iaſ. d. l. etsi contra tabulas. Iaſ. Rubr. n. 2. ff. De adquir. poſſ. Idemq; Iaſ. in l. fin. n. 20. C. De indict. vid. toll.*

3 *Dec. d. l. secundum naturam. n. 5.* Ex sexta parte notate nimiam sævitiam Dominorum in servos prohibitam

4 esse, *facit. l. 2. ff. eod. tit. l. 1. C. De emend. servor.* Sic & improbata est nimia sævitia patris in filium, *l. Divus. ff. Ad leg. Pompei. de parricid.* Præceptoris in discipulum, *l. sed etsi quemcunq; §. fin. cum l. seq ff. Ad leg. Aquil. l. item quæritur. §. item Iulianus. ff. De locat. c. cum voluntate. §. fin. & ibi gloss. extra De sentent. excomm. gloss. c. presbyterum.*

5 *extra De homicid. Felin. c. 1. extra De sentent. excom.* mariti tàm erga uxorem, *l. consensu. C. De repud. gloss. 1. c. sicut alterius. 7. q. 1. Abb. c. cùm contingat. & ibi Felin. n. 7. extra De for. compet. Abb. c. quemadmodum. extra De iurejur. Iaſ. l. miles. §. qui iudicati. n. 7. ff. De re iud.* quàm erga servos dotales, *l. si constante. §. si maritus. ff. Solut. matrim.* creditorum

torum erga ſervos ipſis pignoris titulo obligatos, *l. eleganter. §. fin. ff. De pignor. act.* ſeniorum propinquorum erga minores propinquos, *l. 1. iunct. gloſſ. C. De emend. propinq.* Similiter & judex propter ſævitiam nimiam ab officio ſuo deponitur, *Bart. & Bald. l. 2. ff. cod. tit.* Quod procedit, etiamſi jurisdictio ad judicem jure proprio ſive hereditario ſpectet, *Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. verſ. Quæritur. n. 3.* 6

Et vaſallus, qui nimiùm crudelis eſt vel ſævus erga ſubditos ſuos in terris feudalibus habitantes, feudo privatur, *Innoc. & Gemin. c. ad apoſtolicæ. De ſentent. & re iudic. lib. 6. Bald. Alvarott. Præpoſ. & Matth. de Afflict. c. 1. §. quicunq; advocatiam. arg. illius text. De pac. ten. Bald. c. fin. extra De ſent. & re iudic. Bald. Alex. & Iaſ. l. divortio. §. ſi fundum. ff. Solut. matr. Iacob. de S. Georg. ver. dictiſ; vaſalli. n. 36.* 7

Secundò ex hac ſexta parte colligitur, confugientes ad ſacram ſtatuam Eccleſiam vel alium locum ſacrum, tutos eſſe, nec inde evelli invitos poſſe, *de quo videte text. c. inter alia. & ibi Abb. extra De immunit. Eccleſ. §. ſed neq. & ibi Bart. Auth. De mandat. princ. Ioan. Fabr. & Ang. hic. §. fin.* 8

In Titulum IX.

DE PATRIA POTESTATE.

SUMMARIA.

1. *Diviſio tituli & argumentum.*
2. *Patria poteſtas cujus juris?*
3. *Parentes liberos in poteſtate ſua habere, ampliatur ſex modis. & n. ſeq.*

Fallit quinq; modis. n. 5.

4. An & quando quis in dubio præsumatur in parentis potestate constitutus.

6. An Galli & similes liberos in potestate habeant contr. gloss.

7. Effectus patriæ potestatis varij.

1 TOTUS iste titulus dividitur in quinque partes: In prima parte Imperator docet, natos ex justis nuptiis in parentum potestate esse: In secunda parte tradit definitionem nuptiarum: In tertia parte dicit, cives Romanos tantùm filios in potestate sua habere: In quarta parte docet, non tantùm filios nostros, sed etiam nepotes & neptes ex filiis nostris procreatos potestati nostræ subjectos: In quinta parte tradit, nepotes atque neptes ex filiabus procreatos in avi materni potestate non esse.

2 Circa hoc annotandum, patriam potestatem non juris gentium vel naturalis, sed juris civilis tantùm esse, *Corn. Cons. 218. n. 14. lib. 2. Ang. de Clava. in Sum. ver. patria potestas. arg. text. nost. hic. vers. Ius autem patriæ potestatis.* Deinde sciendum, parentum filios suos in potestate sua habere, *ut hîc. & l. item in potestate. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur.* Quod procedit, etiamsi parens monachus effectus fuerit, *Specul. §. 1. ver. 12. De stat. monach. Felin. c. Iudæi. n. 6. extra De Iudæ.* Secundò hoc procedit etiam in terris Saxonicis, *Art. 13. & ibi gloss. Art. 14 Landrecht. lib. 1. Art. 19. Landrecht. lib. 2.* Tertiò, hoc procedit etiam in parentibus Judæis, *Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Alb. c. 2. arg. illius text. extra De convers. infid. Bart. l. nam civium. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur. Ioan. de Anan. & Felin. c. sicut Iudæi. extra De Iudæ. Alex. in addit. ad Bart. l. item qui in potestate. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur. Alex. l. multum. ff. De verb. oblig. Alex. Cons. 99. n. 6.*

n. 6. lib. 6. Conſ. 13. n. 11. lib. 7. Præpoſ. c. qui ſincera. Diſt. 45. Felin. c. Iudæi. n. 6. extra De Iudæ. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 151. n. 4. Card. Pariſ. Conſ. 2. n. 46. lib. 4. Quartò hæc concluſio procedit etiam in parentibus pagans, *Bald. l. nam civium. ff. De his qui ſui ſunt vel alien. iur.* Quintò hoc procedit, quia non tantùm filii, ſed etiam nepotes & neptes ex filiis ſunt in poteſtate parentum, *ut hic. §. Qui igitur.* Sextò hæc concluſio extenditur, ut quis præſumatur in dubio, in poteſtate parentis conſtitutus, niſi contrarium doceatur, *Bart l. Titia. ff. Solut. matrim. Ang. l. ſed & ſi de ſua. ff. De adquir. hered. Fulgoſ. Ludov. Rom. & Alex. l. ſi emancipati, & ibi Iaſ. n. 2. arg. illius text. C. De collat. Cæpoll. Cautel. 118. Incip. Quis in dubio præſumitur. facit. l. ſi filius. ff. De probat. Quæ ſententia mihi magis placet, quamvis contrarium teneat Ioan. de Immol. Ludov. Rom. Raph. Cuman d. l. ſed & ſi de ſua. Corn. Conſ. 68. n. 13. lib. 1. Conſ. 208. n. 6. lib. 3. Conſ. 245. n. 5. lib. 4. Dec. d. l. ſi emancipati.* Et hoc procedit, etiamſi filius ſit in quaſi poſſeſſione ſui juris conſtitutus, *Alex. d. l. Titia. Iaſ. d. l. emancipati. arg. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. Si ſervit. vendic. Bart. Alex. & Iaſ. l. ſi prius. ff. De oper. nov. nunc. Quamvis in hoc contrarium, ſed malè tenent gloſſ. d. l. Titia. Alex. & Dec. d. l. ſi emancipati.* Hoc tamen non procedit, ſi non liqueat aliquem ex juſtis nuptiis non natum: tunc enim non præſumitur, quem in poteſtate patris conſtitutum, *Bart. Conſ. 42. & ibi Thom. Diplonatatius lib. 1. Corn. Conſ. 104. lib. 3.* Eodem modo hoc locum non habet, ſi filius longo tempore fuerit in quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui juris: tunc enim ipſe non præſumitur poteſtati parentis ſubjectus, niſi hoc probetur, *Bald. l. poſt mortem ad fin. ff. De adopt. Bald. l. 2. C. Si adverſ. remiudic. Iaſ. d. l. ſi emancipati.* 4

§ cipati. arg. l. 3. ff. Ad SC. Macced. l. 1. C. De patr. potest. Hæc conclusio ita ampliata, procedit tantùm in parentibus masculis: secus autem est in fœminis: Eæ enim liberos suos in potestate non habent, *l. nulla. ff. De suis & leg. hered. l illud. §. ad testamenta. ff. De bon. possess. contr. tabul. §. fœminæ. infr. De adopt. §. cæteri. infr. De hered. qual. & differ.* Quamvis impropriè & largo modo mater, quæ filiorum suorum tutrix est, eos sub potestate sua habere dici possit, *infr. De tutel. in princ. vers. Est autem tutela.* ideoq; receptum sit, patrem eo ipso quod in testamento dicit, se relinquere filios sub potestate matris, intelligi matrem dedisse filiis in testamento tutricem, *Bald. & Dec. c. ex parte, extra De appellat.* Secundò hæc conclusio fallit in nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus ex filiabus descendentibus, illi enim in potestate avi vel proavi materni non sunt, *ut hîc. §. fin.* Tertiò hoc fallit in filiis spuriis, vel ex nuptiis non justis procreatis: illi enim in potestate parentum non sunt, *Ang. hîc. in princ. arg. text. nost.* Nisi forsan injustæ nuptiæ fuerint contractæ palàm, solennitatibus legitimis intervenientibus: tunc enim si vel uterque pareńs, vel unus tantùm ignoret impedimentum, hasce nuptias prohibens, filii ex hisce nuptiis nati & legitimi & in potestate parentum sunt, *Bald. l. Qui contra. C. De incest. nupt. Abb. c. cùm inhibitio. extra De clandest. desponsat. Abb. c. 2. arg. ill. text. extra Qui sil. sint leg. Abb. c. ex tenore. arg. illius text. extra eod. tit. Ioan. Fabr. & Ang. hîc. §. fin.* Quartò hoc fallit in filiis hæreticorum vel schismaticorum: illi enim in potestate parentis non sunt, *Auth. Gazaros. C. De hæret. Bald. d l. nam civium.* Quintò parens alterius potestati subjectus liberos suos in potestate non habet, *l. sic eveniet.*

ff. Ad

Ad leg. Iul. de adult. gloss. hic. §. Quinigitur. Sextò hoc fallit in filiis illorum, qui non sunt cives Romani nec de populo Romano, nec Romanum imperium ullo modo agnoscunt, quales sunt Tartari, Saraceni, Turci, Rutheni & similes, *Bart. l. hostes. n. 8. ff. De capt. & postl. reverf.* illi enim filios suos in potestate sua non habent, §. *ius autem hic.* Ex quo infert gloss. *hic in verb. Romanorum* Francigenas filios suos in potestate non habere, 6
quam glossam sequitur *Bald. c. 1. An marit. succed. uxor. in feud. & in c. si duo fratres. De fratrib. de nov. benef. invest. Alex. l. pen. C. Qui testam. fac. poss.* sed hanc sententiam glossæ reprobat *Dec. in l. Qui se patris. C. und. liber.* cujus sententiæ tanquam veriori & ego subscribo: Quia certum est, Francigenas sive Gallos & Anglos, Hispanos, Polonos, & similes, licet Romanum Imperatorem tanquam superiorem non recognoscant, cives tamen Romanos esse, *Bart. d. l. hostes. n. 6.* & per consequens filios in sua potestate habere, §. *ius autem hic.* Effectus autem 7
patriæ potestatis plures sunt: Namque primò patri permittitur, filium ob necessitatem famis vendere, *l. 2. C. De patrib. qui fil. distrax.* Secundò filius in potestate patris constitutus regulariter nec in jus vocare potest patrem etiam venia petita, *l. fin. C. De in ius vocand.* nec vicissim is à patre in jus vocari, *l. Ius nulla. & ibi gloss. ff. De iudic.* Tertiò filius in potestate constitutus nec contra alium in judicio agere potest, nisi consentiente patre, *l. fin. §. necessitate. & ibi Bart. C. De bon. quæ lib.* Quartò pater potest filium in sua potestate constitutum adjecta causa vendicare, *l. 1. §. per hanc. ff. De rei vendic.* Quintò inter patrem & filium in potestate ejus constitutum non oritur naturalis obligatio, §. *item inutilis infr. De inutil. stipul.*

Bart. l. si quis pro eo. §. 1. ff. De fideiuſſ. gloſſ. Bart. & Dd. in l. frater à fratre. ff. De condict. indeb. Sextò pater habet adminiſtrationem legitimam bonorum filii in poteſtate ipſius conſtituti, *gloſſ. §. ius autem hic. arg. l. 1. C. De bon. matern. l. fin. §. ubi autem. C. De bon. quæ lib.* Septimò, filius in poteſtate patris quidquid adquirit, regulariter adquirit patri, vel inſolidum, ſi hoc ex cauſſa profectitia adquirat, vel quoad uſumfructum tantùm, ſi hoc ex cauſſa adventitia deſcendat, *§. 1. infr. Per quas perſ. nob. adquir. oblig.* In hiſce tamen duobus caſibus patriæ poteſtati per jus Saxonicum nonnihil derogatum eſt: namque ſecundum diſpoſitionem juris Saxonici pater non ſemper, ſed eò uſque tantùm, donec filii ab eo diſcedant vel ſeparentur in adventitiis bonis filii in poteſtate ſua conſtituti & uſumfructum & adminiſtrationem habet, ultra verò non, *Art. 11.* Landrecht. *lib. 1. differ. Saxon. Differ. 19.* Octavò filio in poteſtate patris conſtituto regulariter tutor vel curator dari non poteſt, *infr. De tutel. in princ. l. fin. in princ. C. De curat. furioſ. Bart. & Bald. l. fin. C. De ſentent. paſſ.* Nonò, patri permittitur hereditatem delatam filio infanti in poteſtate ſua conſtituto adquirere & retinere, licet is filius infans deceſſerit, ante aditam hereditatem, *l. ſi infanti. & ibi Bart. & Dd. C. De iur. deliber. Bart. & Immol. l. ventre. ff. De adq. hered.* Decimò filius in poteſtate patris conſtitutus abſq; conſenſu patris neque ex mutuo, *l. 1. ff. Ad SC. Maced.* neque ex voto obligatur, *l. ſi quis. §. voto. ff. De pollicit.* Undecimò; filius in poteſtate patris conſtitutus, neque teſtamentum neque codicillos facere poteſt etiam patre conſentiente, *l. qui in poteſtate. ff. De teſtam. l. ſeiunct. l. pen. & l. fin. & ibi Dd. C. Qui teſtam. fac. poſſ. l. conficiuntur. §.*

Codi-

Codicilli. ff. De Codicill. Duodecimò filius in potestate patris constitutus, non nisi consentiente patre mortis caussa donare potest, *l. tàm is. §. 1. & ibi Bart. ff. De donat. causs. mort.* Decimotertiò filius in potestate patris constitutus, secundum dispositionem juris civilis, matrimonium absque consensu patris contrahere non potest, *infr. De nupt. in princ.* Decimoquartò, patria potestas hoc operatur, ut filius sit suus heres patri, *§. emancipatos. infr. De exhered. liberor. §. Cæteri. infr. De hered. qualit. & differ. l. lex Cornelia. ff. De testament. Dec. d. l. Qui se patris.* Decimoquintò patria potestas hoc operatur, ut, licet filius perpetraverit delictum tale propter quod bona delinquentis publicari solent: ipsius tamen bona sive sint adventitia sive castrensia, publicari nequeant, *Bart. l. si finita. §. si de vectigalibus. Quæst. 6. & ibi Alex. ff. De damn. infect. Ang. Immol. & Ludov. Roman. l. si filius. ff. De damn. infect. in fin. Bart. l. 3. §. sed utrum. ff. De minor. Alex. Ias. & Dec. l. 3. §. si filius. ff. Quòd quisq. iur. Card. Paris. Cons. 157. lib. 4. l. 3. C. De bon. præscript. l. 2. C. De Castr. pecul. lib. 12. l. fin. §. filij autem. C. De bon. quæ liber.* Decimosextò patria potestas hoc operatur, quòd pater & filius una persona reputentur, *Ias. & Dec. l. fin. C. De impub. & aliis substit. Dec. d. l. qui se patris.* Decimoseptimò patria potestas hoc operatur, ut dominium rerum paternarum patre defuncto ipso jure in filium continuetur, *Dec. d. l. Qui se patris. arg. l. in suis. & ibi Ias. ff. De lib. & posth.*

In Titulum X.

DE NUPTIIS.

SUMMARIA.

1. *Ius canonicum an discrepet à jure civili in hoc, quod differentiam statuat inter sponsalia de præsenti & de futuro.*

2. *Auctor cur præmittat tractationem sponsaliorum.*

Vbi de præparatoriis.

3. *Sponsaliorum etymon.*

4. *Sponsaliorum definitio, & plenissima ejus explicatio usq; ad n. 69. exclusivè.*

5. *Promissio de sponsalibus contrahendis sponsalia non inducit. & ratio.*

6. *Nec in matrimonium transit, etiam corporum conjunctione secuta.*

7. *Sponsalia non nisi per verba vel consensum de futuro contrahuntur.*

8. *At quomodo & per quæ verba de futuro?*

Vbi auctor pro communi.

9. *Sponsalia de futuro, quibus casibus matrimonii effectum non sortiuntur, nuptiæ propriè dici nequeunt.*

10. *Mariti & uxoris appellatione Sponsus & Sponsa propriè non continetur.*

Fallit in Sponsa de præsenti. n. 32.

11. *Dispositum de marito & uxore ad Sponsum & Sponsam non nisi in casibus extenditur; regulariter contra.*

Aliud in Sponso & Sponsa de præsenti. n. 33.

12. *Verba in dispositionibus quomodo accipienda?*

13. *Sponsum Sponsa lugere non tenetur.*

Nisi sit de præsenti. n. 35.

14. *Vidua intra annum luctus, non ut nubendo, sic & sponsalia contrahendo infamis efficitur.*

15. *Sponsum absentem sequi Sponsa non tenetur.*

16. *Præses*

16. *Præses provinciæ cum fœmina ex provincia durante officio, sponsalia contrahere potest.*

17. *Non ut inter virum & uxorem, sic etiam inter Sponsum & Sponsam donatio prohibita.*

Fallit in Sponso & Sponsa de præsenti. n. 34.

18. *Sponsa non habet in bonis Sponsi tacitam hypothecam.*

19. *Statutum ut uxore mortua maritus dotem vel partem ejus lucretur, ad Sponsam de futuro non extenditur.*

An idem obtineat in Sponsa de præsenti? contra Paris. n. 38.

20. *Adulterium cum Sponsa alterius non committitur:*

Nisi sit de præsenti. n. 37.

21. *Non, ut vix uxori, sic & Sponsus Sponsæ & vicissim succedit.*

Fallit in Sponsis de præsenti. n. 36.

22. *Statutum nuptam filiam à successione excludens, ad desponsatam alteri per verba de futuro non extenditur.*

23. *Notatur error opinantium in favorabilibus appellatione uxoris & mariti Sponsum Sponsamq; contineri indistincte.*

24. *Per verba de præsenti non sponsalia sed matrimonium contrahitur.*

25. *Limitatur in impuberibus.*

26. *Num excuset, si quis prætendat se ignorantia juris ductum non credidisse verba ad sponsalia vel matrimonium inducendum efficacia fuisse.*

27. *Et quid, si quis dixerit, animo imponendi puellæ, se pro uxore eam habituram, donec terra operiet oculos suos, & is postea cooperiat oculos terra? contr. Alex.*

28. *Sponsalia quibus verbis in dubio contractu præsumantur.*

29. *Quidq; si verba æquè sponsalibus de futuro quàm de præsenti conveniant.*

30. *Quid verò si in una eademq; oratione conjungantur & verba de futuro & verba de præsenti.*

31. *Sponsalia de præsenti propriè nuptiæ dicuntur.*

Inde illationes notabiles. n. sequentibus.

39. *Actio rerum amotarum etiam adversus Sponsum datur.*

40 *Legatum sub conditione relictum si nupserit, debetur, si sponsalia de præsenti contracta fuerint.*

41. *Quæ de cauſſa uxor eâdem de cauſſa & Sponſa de præſenti dotem perdit & donationem propter nuptias.*

42. *Cujus verò loci ſtatuta & conſuetudines in repetenda dote inſpiciantur?*

43. *De jure Saxonico. Sponſus Sponſæ, ut maritus uxori in omnibus mobilibus ſuccedit.*

44. *Eodem jure ut uxor ſine mariti, ita & Sponſa de præſenti, ſine Sponſi conſenſu nihil donare poteſt.*

45. *Appellatione ſponſaliorum ſponſalia de præſenti, & appellatione Sponſi & Sponſæ, Sponſus & Sponſa de præſenti propriè non comprehenduntur.*

46. *In ſponſaliis quantoperè utriuſq; conſenſus requiratur.*

47. *Conſenſu interveniente quomodo indiſtinctè ſponſalia contrahantur?*

48. *Sponſalia inter abſentes qualiter contrahantur?*

49. *Et qualiter & quando, procuratore, nuncio vel epiſtola intervenient? & n. 51.*

50. *Et quid ſi negociorum geſtor abſq; mandato ſponſalia contrahat?*

51. *Epiſtolam abſq; proteſtatione ſimpliciter accipiens intelligitur conſentire omnibus, quæ in ea ſcripta ſunt, etiam in præjudicium illius.*

52. *Sponſalia ſub conditione quomodo contrahi poſſint, deq; horum efficacia. Pulchrè.*

53. *Sponſalia tàm de futuro quàm de præſenti, quando in nuptias tranſeant?*

54. *Quorum conſenſus in ſponſalibus & nuptiis & qualiter requiratur, ſecundum legitimas & canonicas ſanctiones?*

55. *Conſiſtorii noſtrii quid placeat hic?*

56. *Sponſalia vi vel metu contracta qualiter & quando ipſo jure nulla ſint?*

57. *Et quis metus ſufficiat?*

58. *Matrimonium contractum ab eo, qui in carceribus detinetur, quando ratum ſit vel non ſit?*

59. *Sponſalia cum incertis perſonis contracta, in quantum nulla ſint?*

60. *Sponſalia & matrimonium quæ qualesq; perſonæ contrahant vel non?*

61. Si

61. *Et quid ſit in muto & ſurdo?*

62. *Minore viginti quinq; annis & prodigo, ſub poteſtate tutoris vel curatoris conſtituto?*

63. *Quidq; in minore ſeptem annis: ubi auctor contra gloſſ.*

64. *Inebrio?*

65. *Irato?*

66. *Furioſo mente capto & fatuo?*

67. *Et quid in vehementer amante: ubi de furore amoris?*

68. *An & quibus caſibus lege prohibente ſponſalia contrahi nequeant?*

69. *Sponſalia quos effectus producant uſq; ad fin.*

70. *Ex ſponſalibus an & quando publicæ honeſtati juſtitia oriatur, & qualiter nuptias impediat? & n. 2[illegible]*

72. *A ſponſalibus abſq; cauſſa altera parte invita recedens arrhas datas perdit, & receptas reſtituere vel in duplum, vel quadruplum, ſi id conventum ſit, tenetur.*

73. *Ampliatur id notabiliter ſex modis, uſq; ad n. 77. ubi quintupliciter limitatur uſq; ad n. 80.*

74. *An vero idem procedat, ſi ſpecies certa mobilis vel immobilis arrhæ nomine data fuerit? contr. Bart.*

75. *Et num, ſi arrhæ excedant dotis vel donationis propter nuptias æſtimationem & magnæ ſint. Contra Bart. & alios.*

76. *Quidq; ſi de receptione arrhæ non aliter conſtet quàm per confeſſionem partis?*

78. *Et quid ſi arrhæ ab utraq; parte & datæ & acceptæ fuerint.*

Vbi Bartoli ſententia contra Bald. in caſu ſuſtinetur.

79. *Diſtoſitio l. fin. C. De ſponſal. an & quando locum habeat in arrhis datis à parentibus pro ſponſalibus à filiis infantibus contractis. Contr. Socin.*

80. *Matrimonio contracto arrhæ non fiunt accipientis, quæ ejusdem contemplatione datæ ſunt.*

81. *An & quando ſpe premii quis ad nuptias contrahendas invitari poſſit?*

82. *An, qualiter & quando ſtipulatio pœnalis adjecta promiſſioni de ſponſalibus vel nuptiis contrahendis rata ſit.*

83. *Stipu-*

83. Stipulatio facti alieni in ſponſalibus & matrimoniis valet indiſtinctè.

84. Promiſſionem verò quid excuſet, ut pœnam ſolvere non cogatur? pro communi contra Iaſ.

85. Stipulatio pœnalis non vitiat ſponſalia vel nuptias poſtea contractas.

86. Secunda ſponſalia contrahens antequam prima ſoluta fuerint, infamis fit.

87. Concubitus inter ſponſos ſecutus quid efficiat?

88. Effectus ſponſalium juratorum.

89. Pœna temerè renunciantium ſponſaliis.

90. Sponſa quàm diu abſentem Sponſum expectare teneatur?

91. Quæ perdat is, cujus culpâ ſponſalia abſq; juſta cauſſa diſſoluta fuerunt?

92. Et nam catenas aureas, precioſas veſtes & cætera maximi momenti donaria. Contra Bald. & Affl.

93. Quid ſi morte vel alio caſu ſponſalia diſſolvantur?

94. Sponſalia quibus modis diſſolvi poſſint. remiſſivè.

De Sponſalibus.

1 LICET videri poſſit jus canonicum à legibus civilibus in hoc diſcrepare, quòd jus canonicum conſtituit differentiam inter ſponſalia de præſenti & ſponſalia de futuro, *c. pen. & ibi Abb. & Dd. extra De ſponſal.* In legibus autem civilibus de ſponſalibus latis talis diſtinctio non reperiatur, *ut patet ex tot. tit. ff. & C. De ſponſalibus.* Ego tamen & ſemper verum judicavi, & veriſſimum judico, atque etiam de hac re ſæpè cum amicis meis viris doctiſſimis, exemplo Ulpiani Jurisconſulti deliberavi, quòd quoad hunc punctum jus canonicum, neque quidquam novi introduxerit, neque à legibus civilibus diſcre-

discrepet. Namque quòd civiles leges simpliciter sponsalia, id jura canonica, sponsalia de futuro, quod verò leges civiles nuptias, id jura canonica sponsalia de præsenti nominant: Quod satis ex eo persuadetur, quòd leges civiles definiunt, Sponsalia esse futurarum nuptiarum repromissionem, *l. 1. ff. De sponsal.* nuptias verò non concubitum, sed consensum de præsenti nempe, facere, *l. nuptias. ff. De reg. iur.* E converso autem jus canonicum definit, Sponsalia de futuro esse promissionem de futuro, Sponsalia verò de præsenti esse illa, in quibus intervenit legitimus consensus de præsenti, *c. pen. extra De sponsal. c. fin. extra De sponsal. duo.* Ex quo satis liquet, hanc differentiam, quàm jus canonicum inter Sponsalia de præsenti & Sponsalia de futuro constituit, in omnibus & per omnia legibus civilibus convenire, & ex medulla legum civilium desumptam. Non enim rarum est vel inusitatum, sicut leges civiles sacros Canones imitari non dedignantur: ita & sacrorum Canonum statuta, Principum Constitutionibus adjuvari, *c. 1. extra De oper. nov. nunc.* & jura juribus concordare expedit, *l. 1. § de quibus. C. De nov. Cod. faciend. l. 1 C. De inoffic. dot. c. cùm expediat. De Elect lib. 6.* Cæterùm cùm Sponsalia sint præparatoria nuptiarum sive matrimonii, *Abb. Rubr. extra De sponsal.* & præparatoria ante omnia præmittenda sint, *l. 1. ff. De orig. iur. l. 1. ff. De interrog. act. l. ad rem mobilem. ff. De procurat. l. Ordinarij. C. De rei vindic. Iaf. Rubr. C. De edend.* atque dispositum de præparatoriis & in præparato, & è converso dispositum de præparato, & in præparatoriis sæpè locum habeat, *l. oratio. ff. De sponsal. Dec. Rubr. C. De edend. Dec. c. iuravit. extra De probat.* nec unum sine altero commodè intelligi possit. Ego ex re

vestræ esse duxi, antequam nuptiarum materiam aggre-
3 diar, Sponsaliorum materiam præmittere. Porrò Spon-
salia à quo Sponsus & Sponsa denominantur, *Abb. Rubr. extra De sponsal.* à spondendo appellationem suam acce-
perunt: namque veteribus moris fuit stipulari atque
4 spondere sibi uxores futuras, *l. 2. ff. De sponsal.* Sunt au-
tem sponsalia futurarum nuptiarum repromissio, etiam
nudo consensu, spontaneo tamen & non coacto, inter
personas certas & habiles, lege non prohibente facta.
Namque certum est, sponsalia esse repromissionem fu-
turarum nuptiarum, *l. 1. ff. De sponsal. c nostrates. 30. q 5.*
5 Ex quo sequitur, si quis promittat alteri, se cum ea Spon-
salia contrahere velle; ex hac promissione sponsalia
non induci: Cùm aliud sit contractus, aliud verò pro-
missio de contrahendo, *l. in bonæ fidei. & ibi Iaf. ff. De eo,*
6 *quod cert. loc. Iaf. l. quoties. n. 34. C. De rei vendic.* Ideoque
licet jure canonico cautum sit, sponsalia nuptiarum effe-
ctum sortiri, si Sponsus Sponsam cognoscat, *c. is qui fidem, extra De sponsal.* etiamsi hæc sponsalia non sint pura, sed
conditionalia, *c. super eo. & c. per tuas. extra De condit. ap-
posit.* item etiamsi expresè contrarium protestetur
Sponsus, Sponsa consentiente huic protestationi, *Abb. c. cùm M. Ferrariensis, & ibi Dec. n. 25. extra De constit. Abb. c. tua nos. extra De sponsal. itemq. in d. c. per tuas.* promissio
tamen de sponsalibus contrahendis facta, etiam corpo-
rum conjunctione secuta in matrimonium non transit,
Ang. de Clava. in sua Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. n. 17.
7 Cæterùm cùm sponsalia sint futurarum nuptiarum re-
promissio, receptum est, sponsalia non nisi per verba,
sive per consensum de futuro contrahi, *c. de illis. & c.
pen. extra De sponsal. Corn. Conf. 91. lib. 3. Abb. c. inuavit,*
& ibi

& ibi Dec. extra De probat. Dec. Conſil. 308. Conſil. 661. Conſ. 681. Neque etiam per omnia verba de futuro ſponſalia contrahuntur, ſed ita demum, ſi iſta verba initium contractus reſpiciunt, qualia ſunt, ducam te, vel accipiam te in uxorem, item volo vel placet mihi te accipere vel ducere, item contraham tecum, vel volo, aut placet mihi contrahere tecum matrimonium, & ſimilia, *d. c. is qui fidem. d. c. pen. & ibi Abb. extra De ſponſal.* Sed ſi iſta verba de futuro, non reſpiciant initium contractus ſed ejus executionem, qualia ſunt hæc verba, habebo vel tenebo te, vel volo aut placet mihi te habere vel tenere pro legitima uxore, item, providebo tibi tanquam uxori meæ, vel, non dimittam te pro meliori vel pejori uxore, & ſimilia, per hæc non ſponſalia, ſed nuptiæ ſive matrimonium contrahuntur, *gloſſ. c. ſi quis divinis, verb. habiturum. & ibi Archid. 30. q. 5. Hoſt. Ioan. Andr. & Abb. c. ex parte. arg. illius text. extra De ſponſalibus. Hoſtienſ. in Sum. De Sponſalibus. ſub Rubr. De matrim. §. qualiter contrahatur, verſ. Quid ſi ita dicas, promitto. Archidiac. c. fin. 27. q. 2. Alb. & Dec. d. c. iuravit. Abb. c. ex literis. Cl. 1. extra De ſponſalibus. Alex. Conſ. 152. n. 4. & Conſ. 153. n. 3. lib. 5. Felin. c. Rudolphus. extra De reſcript. Iaſ. l. ſervi electione in princ. ff. De legat. 1 Ang. de Clava in ſua Sum. Melch. Kling. in tract. De cauſſ. matrimon. ſub Rubr. De ſponſalibus. de præſ. Qua ſententia & communior & verior eſt, quamvis contrarium, ſed malè teneat Capoll. Conſil. 1. cauſſar. civil. Alciat. l. actione. C. De transact. Carol. Mol. in additionibus ad Alex. Conſ. 152. & Conſ. 153. lib. 5. itemq; in additionibus* 8

ad Dec. d. c. iuravit. Nisi hisce verbis de futuro executionem actus respicientia copulata fuerint alia verba de futuro initium contractus respicientia: utpotè, si quis ita dicat, accipiam te & habebo te pro uxore, vel ducam te & non dimittam te pro alia meliori vel pejori uxore & similia: Tunc enim per hæc verba de futuro, licet executionem actus respiciunt non nuptiæ vel matrimonium, sed Sponsalia tantùm contrahuntur, *Host. & Abb. d. c. ex parte Archid. c. fin. 27. q. 2. Ludov. Rom. Sing. 338. Incip. Tu scis, Francisc. Aret. Cons. 142. n. 4. Alex. Cons. 152. & Cons. 153. lib. 3. Dec. d. c. iuravit. n. 2. arg. l. fin. §. cui dulcia. ff. De vin. trit. & ol. legat. c. sedes apostolica. extra De rescript. Clem. non potest. De procurat. l. si servus plurium.*

9 *§. fin. ff. De legat. 1.* Et hæc Sponsalia per verba de futuro contracta, in illis casibus, in quibus nuptiarum sive matrimonii effectum non sortiuntur, propriè matrimonium sive nuptiæ dici nequeunt, *Card. Paris. Cons. 62. lib. 4. Ang. de Clavas. in sum. verb. sponsalia. arg. c. institu-*

10 *tum. 27. q. 2. l. 1. ff. De his qui not. infam.* Sicut & appellatione mariti & uxoris propriè Sponsus & Sponsa non comprehenduntur, *§. si uxori. infr. h. t. nostr. l. lex Iulia.*

11 *ff. De fund. dot. l. non sine. C. De bon. quæ lib.* Ideoque licet in specialibus casibus dispositum de marito & uxore ad Sponsum & Sponsam extendatur, *d. l. lex Iulia. d. l. non sine. l. item apud. §. Sponsus. ff. De iniur. l. 2 §. fin. ff. De privileg. credit. l. sed sciendum, cum l. seq. ff. Ad leg. Pomp. de parricid. gloss. §. patitur, verb. per uxorem. infr. De iniur. l. in legibus. ff. De testib.* tamen regulariter dispositum de uxore & marito ad Sponsam & Sponsum non extenditur, sive

12 illa dispositio sit favorabilis sive odiosa. Eò quòd leges jubent in qualibet dispositione verba in significatione

pro-

propria accipienda esse, nec ab iis recedendum, nisi inde vel absurditas sequatur, vel de contraria mente dispositionis appareat, *l. non aliter, in princ. ff. De legat. 3. l. 1. §. si is qui navem. ff. De exercit. act.* Ideoque licet uxores 13
maritos suos lugere obligatæ sint: Sponsos tamen lugere non tenentur, *l. uxores. ff. De his qui not. infam.* Et, 14
licet vidua alteri nubens intra annum luctus infamis efficiatur: tamen secus est in ea, quæ intra annum luctus Sponsalia tantùm contrahit, *l. solent. ff. De his qui not. infam.* Eodem modo, licet uxor teneatur sequi maritum 15
suum, *c. 1. & ibi Abb. extra De coniug. leprosor.* Sponsa tamen Sponsum suum absentem sequi non tenetur, *gloss. c. De illis. & ibi Abb. extra De sponsal.* Et, quamvis is, qui 16
alicui provinciæ præest, ex ea uxorem nondum finito officio suo, ducere non possit: Sponsalia tamen cum illa muliere contrahere non prohibetur, *l. si quis officium. ff. De rit. nupt.* Similiter licet inter virum & uxorem do- 17
natio prohibita sit: Inter Sponsum tamen & Sponsam prohibita non est, *l. cùm Sponsus in princ. ff. De publ. in rem act. l. si donatio. §. 1. ff. De donat. int. vir. & uxor. l. 1. & l. cùm in te. & ibi Bald. C. De donat. ant. nupt. Card. Paris. Cons. 86. n. 44. lib. 3.* Et licet uxor habeat tacitam hy- 18
pothecam privilegiatam in bonis mariti sui: Sponsa tamen in bonis Sponsi sui hanc hypothecam non habet, *gloss. l. eos. C. Qui potior. in pignor. habeant. Bart. l. 2. §. fin. ff. De privil. credit. Ang. § fuerat. n. 12. infr. De action.* Huc 19
accedit, quòd statutum disponens, ut uxore mortua, maritus lucretur dotem vel integram, vel partem ejus, non extendatur ad Sponsam de futuro, *Cyn. Bald. Paul. de Castr. & Corn. d. l. Non sine. Paul. de Castr. l. si ante nuptias. ff. Solut. matr. Bald. & Paul. de Castr. l. Deo nobis. C. De*

Episcop. & Cleric. Bald. Cons. 184. lib. 3. Socin Cons. 27. lib. 4.

20 Et, quòd Sponsus Sponsam suam, cum alio rem habentem jure mariti adulterii accusare nequeat, *l. si uxor. §. si minor. ff. Ad leg. Iul. de adult.* Item, quòd is, qui cum Sponsa alterius rem habet, adulterii pœna plecti non possit, *Ioan. de Anan. c. 1. extra De adult. Felin. Rubr. extra*

21 *De sponsal.* Præterea licet secundum quod legibus civilibus cautum est, succedat uxor marito, & è converso maritus uxori, si decesserit nullis aliis heredibus relictis: tamen Sponsus Sponsæ, & è converso Sponsa Sponso nunquam succedit, *Cyn. l. non sine. C. und. liber. Bala. Salic. Alex. Iaf. & Dec. l. 1. C und. vir & uxor. Bald. l. fin. C. und.*

22 *legit. Bald. Cons. 90. in fin. lib. 2.* His adde, quòd statutum excludens filiam nuptam vel maritatam à successione parentis, non extendatur ad filiam desponsatam alteri per verba de futuro, *Abb. Rubr. extra De sponsal. Ang. de Clava. in sum. ver. sponsalia.* Ex quo infertur, licet de consuetudine totius ferè Misniæ receptum sit, ut marito decedenti succedat uxor in trientem: hanc tamen consuetudinem non extendendam ad Sponsum & Sponsam de futuro. Secundò ex hoc infertur, quòd licet jure Saxonico cautum sit, maritum uxori decedenti succedere in omnibus bonis mobilibus, *Art. 30.* **Landtecht.** *lib. 1.* hanc tamen dispositionem juris Saxonici ad Sponsum de futuro non porrigi. Tertiò ex hoc colligitur, quod licet jure Saxonico prohibitum sit, uxori quidquam donare absque mariti consensu, *Art. 30.* **Landrecht.** *lib. 1.* Sponsam tamen de futuro liberè res suas sive bona

23 sua absque consensu mariti donare posse. Et hæc sententia est verissima, quamvis contrarium, quod in favorabilibus appellatione uxoris & mariti Sponsus & Sponsa

Sponsa indistinctè contineantur, velit, sed minùs rectè, *Abb. & Felin. c. tertio loco. extra De præsumpt. Abb. c. ex publico. extra De conversi. coniugat. Abb. & Felin. extra De sponsal. Ang. de Clavas. in summ. ver. sponsalia.*

Per verba autem de præsenti, qualia sunt, duco vel accipio te in uxorem, vel tu es mea, non sponsalia, sed nuptiæ sive matrimonium contrahuntur, *c. pen. & ibi Abb. extra De sponsal. c. fin. extra De sponsi. duor. l. nuptias. ff. De reg. iur. §. nuptias. & ibi gloss. Auth. De nupt. Card. Paris. Cons. 55. n. 14. lib. 4.* Nisi vel uterque contrahentium vel alter tantùm adhuc impubes sit: tunc enim per verba de præsenti inter ipsos non matrimonium, sed sponsalia de futuro contracta censentur, *c. fin. extra De despons. impub. c. 1. §. idem quoq; eod. tit. lib. 6. Bald. Cons. 391. lib. 1. Card. Cons. 4. & Cons. 109. Card. Clem. 1. q. 18. De consang. & affin. Cald Cons. 4. Tit. De sponsal.* Inter hæc tamen sponsalia per verba de præsenti inter impuberes contracta, quę interpretatione juris pro sponsalibus de futuro accipiuntur, & sponsalia per verba de futuro à puberibus vel impuberibus contracta, hæc est differentia, quòd licet sponsalia per verba de futuro contracta in matrimonium non transeant per cohabitationem, oscula, amplexus, basia, munerum receptionem & similia, *c. 1. & ibi Anton. de Butr. & Abb. extra De matrim. contract. contr. interd. Eccles. Dec. Cons. 368. Cons. 603.* Imò nec per nixum sive conatum solum ad copulam, *c. attestationes. extra De despons. impub. c. fin. & ibi Abb. extra De sponsalibus, Cald. in tit. De sponsalibus. Cons. 2. Card. Cons. 4. & Cons. 109.* tamen sponsalia per verba de præsenti ab impuberibus contracta per cohabitationem, basia, amplexus, 24 25

amplexus, oscula, munerum receptionem; similesque actus consensum exprimentes à puberibus gestos, in matrimonium transeant, *c. 1. §. idem quoq;. & ibi gloss. Gemin. & Philip. Franc. De desponsat. impub. lib. 6. Calder. d. Conf. 4. Tit. De sponsal. Aret. Conf. 143. Dec. Conf. 368. Conf.*
26 *603. Card. Paris. Conf. 62. lib. 4.* Et per prædicta verba inducuntur secundum naturam ipsorum vel nuptiæ vel sponsalia, licet quis prætendat, se ignorantia juris ductum non credidisse hæc vel similia verba ad sponsalia vel matrimonium inducendum efficacia esse, *c. ex literis*
27 *Cl. 1. & ibi Abb. extra De sponsal.* Quinimò & si quis animo imponendi puellæ vel decipiendi puellam dixerit, se eam habiturum pro uxore, nec illam dimissurum, donec terra operiet oculos suos, per hæc verba matrimonium contrahitur, licet ipse postea cooperiat oculos terra, atque prætendat per hoc, se ab uxore sua liberatum, *Abb. d. c. ex literis.* Quamvis contrarium, sed pessimè de
28 jure responderit, *Alex. Conf. 152. n. 17. lib. 5.* In dubio tamen, quando non liquet neque constat, quibus verbis Sponsalia contracta sint, præsumitur, Sponsalia per verba de futuro contracta, *Bald. l. cùm inter. C. De donat. ant.*
29 *nupt. Dec. c. iuravit. n 2. extra De probat.* Quinimò etsi constet, quibus verbis Sponsalia sint contracta, sed tamen illa verba æquè conveniant Sponsalibus de futuro & Sponsalibus de præsenti, potiùs eam interpretationem capimus, ut Sponsalia de futuro contracta intelli-
30 gantur, *Corn. Conf. 91. lib. 3.* Cæterùm si in una eademq; oratione conjungantur verba de præsenti & verba de futuro, veluti si quis ita dicat, ducam te, &, tu es mea: Ex hisce verbis non Sponsalia sed nuptiæ sive matrimonium inducitur, *l. pacta novissima. & ibi gloss C. De pact.*

l. cùm

l. cùm in plures. §. locator horrei. ff. De locat. l. 1. §. fin. ff. De stipul. servor. l. clari. C. De fideicom. l. duobus. §. item Pomponius. & ibi Iaſ. ff. De iureiur. Idem ego juris ſtatuendum eſſe judico, ſi quis ita dicat, accipio te & ducam te in uxorem. Namque cùm nemo præſumatur, ſe in continenti corrigere, *l. non ad ea. ff. De condit. & demonſtr.* ego hæc verba ita interpretanda eſſe judico, ut per hoc, quod quis dicit, accipio te in uxorem, ipſe intelligatur nuptias ſive ſponſalia de præſenti contraxiſſe, *d. c. pen. extra de ſponſal.* ſequentia autem verba, videlicet, ducam te, executionem facti ſive traductionem in domum mariti ſignificent. Porrò ſponſalia per verba de præſenti 31
contracta, propriè nuptiæ ſive matrimonium dicuntur, *d. l. nuptias. ff. De reg. iur. l. cùm hic ſtatus. §. ſi mulier. ff. De donat. int. vir. & uxor. l. cui fuerit. ff. De cond. & demonſtr. l. fin. C. De repud. §. nuptias. Auth. De nupt. c. fin. extra De deſponſ. impub. c. pen. extra De ſponſal. c. matrimonium. c. cùm initiatur. Cl. 1. & 2. c. in omni. 27. q. 2.* Sicut & Sponſus 32
ſive Sponſa de præſenti ex propriâ ſignificatione appellatione uxoris & mariti continentur, *arg. c. coniunx. 27. q. 2. c. ex parte. extra De ſponſal. l. denig. ff. De rit. nupt. Abb. c. 1. n. 5. extra De Cleric. coniug.* Ideoque licet in aliqui- 33
bus ſpecialibus caſibus diſpoſitum de nuptiis ſive matrimonio ad ſponſalia de præſenti, & diſpoſitum de uxore & marito ad Sponſum ſive Sponſam de præſenti non extendatur, *c. ut debitum. extra De bigam. c. ex publico & ibi Abb. extra De converſ. infidel.* regulariter tamen diſpoſitum de nuptiis ſive matrimonio ad ſponſalia de præſenti, & diſpoſitum de uxore & marito, & ad Sponſam ſive Sponſum de præſenti extenditur. Unde ſicut donatio 34
inter virum & uxorem prohibita eſt: ita quoque inter

Sponſum & Sponſam de præſenti donatio prohibita cenſetur, *l. pen. ff. De donat. int. vir. & uxor. l. cùm inte. & ibi Bald. C. De donat. ant. nupt. Socin. l. 1. ff. Solut. matr. Card. Pariſ. Conſ. 86. n. 43. lib. 3.* Et, ſicut uxor maritum, ita & Sponſus Sponſam ſuam de præſenti lugere tenetur, *l. denig. ff. De donat. int. vir. & uxor. gloſſ. l. uxores. ff. De his qui not. infam.* Eodem modo, ſicut mater ad ſecundas nuptias tranſiens, tutela filiorum fungi nequit: ita & illa, quæ cum ſecundo ſponſalia de præſenti contrahit, filiorum ſuorum tutela fungi nequit, *Specul. §. Nunc dicendum. n. 3. De tutor.* Et ſicut uxor marito, & è converſo maritus uxori decedenti abſque agnatis vel cognatis infra decimum gradum ipſi conjunctis ſuccedit; ita & Sponſa de præſenti, Sponſo, & Sponſus Sponſæ ſuccedit, *Bald. & Dec. l. 1. C. und. vir & uxor.* Et ſicut uxor ſortitur forum & domicilium mariti: Ita & Sponſa de præſenti forum & domicilium mariti ſortitur, *Felin. c. 1. extra De ſponſal. Iaſ. l. cùm quædam, in princ. ff. De iuriſd. omn. iudic. arg. gloſſ. l. ea quæ. ff. Ad municip.* Præterea ſicut uxorem cum alio rem habentem, & eum, qui cum illa rem habet, adulterii accuſare permittitur: ita & Sponſam de præſenti cum alio rem habentem, & eum, qui cum illa rem habet adulterii, pœna plecti placet, *l. ſi uxor. §. Divus. ff. Ad leg. Iul. de adult. gloſſ. c. diſcretionem. extra De eo qui cogn. conſang. uxor. ſuæ. gloſſ. c. ſi verò. Cl. 1. extra De ſentent. excomm. Ioan. de Anan. c. 1. extra Ad leg. Iul. de adult.* Et ſtatutum diſponens, ut maritus certam partem dotis uxoris decedentis lucretur, etiam ad Sponſum de præſenti extenditur, *Bart. l. nihil. ff. Rer. amot. Bald. l. Deo nobis. arg. illius text. C. De Epiſcop. & Cleric. Paul. de Caſtr. l. cui ſuerit. ff. De condit. & demonſtr. Bald. l. ſolent.*

l. solent. §. 1. ff. De his qui not. infam. Paul. de Castr. & Corn. l. non sine. C. De bon. quæ lib. Idemq. Paul. de Castr in l. de divisione. ff. Solut. matr. & in l. si donaturus. §. fin. ibidemq. Ias. ff. De cond. ob causs. Corn. Cons. 149. lib. 1. Socin. Cons. 223. lib. 2. Cons. 8. lib. 3. Ang. §. fuerat. n. 24. infr. De actionib. Ioan. Campeg. in tract. De dot. ult. part. Quæst. 13. Quæ sententia & verior & communior est, quamvis contrarium sed malè de jure responderit *Card. Paris. Cons. 62. lib. 4.* Deinde sicut actio rerum amotarum datur con- 39
tra uxorem res mariti subtrahentem vel amoventem: Ita etiam datur contra Sponsam res Sponsi amoventem vel subtrahentem, *l. nihil. ff. Rer. amot.* Et legatum re- 40
lictum alicui sub ea conditione si nupserit, ipsi debetur, si sponsalia de præsenti contraxerit, *l. cui fuerit. ff. De condit. & demonstr.* Præterea statutum sanciens, ut debita contracta per maritum sint communia, atque uxor illa debita pro dimidia parte solvere cogatur, etiam in Sponsa de præsenti locum habet, *Card. Cons. 14. Felin. c. tertio loco. n. 1. extra De præsumpt.* Et, sicut uxor adulte- 41
rium perpetrans dotem & donationem propter nuptias perdit, *c. plerumq. extra De donatione inter virum & uxor.* ita & Sponsa de præsenti adulterium perpetrans, dotem & donationem propter nuptias perdit, *Sebastian. Sap. in addit. ad Abb. c. discretionem. extra De eo, qui cogn. consang. uxor. suæ.* Ex hoc infertur primò, quòd 42
sicut in repetenda dote ab uxore inspiciuntur statuta atque consuetudines illius loci, in quo maritus tempore contracti matrimonii domicilium habuit, *l. exigere. ff. De iudic. Bart. & Ias. l. C. De summa trinit. & fide catholica. Abb. c. 1. extra De sponsalibus*, ita in repetenda dote à Sponsa de præsenti inspici statuta

atque consuetudines illius loci, in quo Sponsus tempore sponsaliorum contractorum domicilium habuit, Licet
43 de hoc dubitet *Felin. c. 1. extra De sponsal.* Secundò ex hoc infertur, sicut secundum dispositionem juris Saxonici maritus succedit uxori in omnibus bonis mobilibus, *Art. 30.* **Landrecht.** *lib. 1.* ita & Sponsum de præsenti, Sponsæ suæ de præsenti, in omnibus bonis mobilibus
44 succedere. Tertiò ex hoc colligitur, quòd, sicut uxor prohibetur legibus Saxonicis de bonis suis non consentiente marito quidquam donare, *Art. 30.* **Landrecht.** *lib. 1.* ita & Sponsam de præsenti non consentiente Sponso quicquam donare prohiberi. Et hæ decisiones verissimæ sunt; Quamvis in aliquibus ex his contrarium sed minùs recte teneat *Abb. & Felin. c. tertio loco. extra De præsumpt. Abb. c. ex publico. extra De conversi. coniug. Abb.*
45 *Cons. 1. lib. 1. Felin. Rubr. extra De sponsal.* E converso autem appellatione sponsaliorum sponsalia de præsenti, & appellatione Sponsi & Sponsæ Sponsus & Sponsa de præsenti, ex propria significatione non comprehenduntur, *Abb. & Felin. Rubr. extra De sponsal.* Ideoque dispositum de sponsalibus ad sponsalia de præsenti, & dispositum de Sponso & Sponsa ad Sponsum & Sponsam de præsenti non extenditur, *arg. l. non aliter in princ. ff. De legat. 3. l. 3.*
46 *§ hæc verba. ff. De negot. gest.* Præterea sponsalia non aliter contrahuntur, nisi uterque contrahentium consentiat, *l. sponsalia. ff. De sponsal. c. fin. extra De sponsi. duo. l. nuptias. ff. De reg. iur.* Ideoque si alter vel uterque contrahentium dissentiat, sponsalia contrahi nequeunt, licet puella vel ad domum Sponsi deducta, *l. quæsitum. ff. De sponsal.* vel ab ipso cognita fuerit, *d. c. fin. extra De sponsi. duor.* Quod usque adeò verum est, ut nec tutor pro pupillo,

l. si

l. si puella. ff. De sponsal. nec pater pro filio in potestate sua constituto ipso dissentiente sponsalia contrahere possit, *l. filiofamiliâs. ff. De sponsal. c. 1. & ibi Abb. extra De desponsat. impub. c. 1. §. fin. eod. tit. lib 6.* Et licet legibus civilibus cautum sit, filiæfamiliàs non concedi licentiam parenti, in cujus sacris cōstituta est, ipsius nomine sponsalia contrahenti contradicere, nisi pater ei indignum moribus & turpem Sponsum eligat, *l. sed ea. ff. De sponsal.* jure tamen canonico contrarium introductum est, ut filia indistinctè ex sponsalibus à patre celebratis ipsius nomine non obligetur, nisi ipsa hisce sponsalibus tacitè vel expressè consentiat, *gloss. & Abb. c. 1. extra De desponsat. impub. arg. c. veniens Cl. 2. extra De sponsal.* Cæterum con- 47
sensu interveniente indistinctè sponsalia contrahuntur, *l. sufficit. ff. De sponsal.* sive hic consensus verbis, *l. 1. l. in sponsalibus. ff. De sponsal. c. tuæ fraternitati. extra eod. tit.* vel literis exprimatur, *d. l. in sponsalibus:* sive absque verbis vel literis, vel etiam solennitate aliqua, *Abb. c. cùm apud. extra De sponsal.* vel ex tubæ sono, *Bald. l. falsus. C. De furt. Alex. l. 1. in princ. & ibi Ias. n. 24. ff. De verb. oblig. arg. l. Labeo. ff. De suppell. leg.* vel ex gestibus aut quibuscunque signis colligatur, *Abb. d. c. cùm apud. Abb. d. c. tua. arg. illius text. Alex. Cons. 140. lib. 5. facit. l. nutu. ff. De legat 3.* Ideoque receptum est, per solam arrharum dationem sponsalia contrahi, si juvenis puellæ etiam nullis neque verbis neque signis aliis intervenientibus arrhas dederit interveniente tali solennitate, quâ solennitate in contrahendis sponsalibus, arrhæ in tali loco Sponsus Sponsæ dare solet, *Abb. c. fin. extra De desponsat. impub.* Nullis autem signis, gestibus, verbis vel literis intervenientibus, per quæ consensus contrahentium

declaretur, sponsalia contrahi nequeunt, *Abb. c. tua nos. n. 10. extra De sponsal. arg. l. si repetendi. C. De condict. ob causs.* Neque tantùm sponsalia contrahuntur, si simul atque semel contrahentes consensum suum exprimant, sed etiam, si ipsi diverso tempore & ex intervallo consensum suum exprimant, *Host. & Præpos. c. si inter. extra De sponsal. Archid c. sufficit. 27. q. 2. Ioan. Andr. Præpos. & Hinric. Boick. c. dilectus. extra De sponsal. Abb. c. cùm inter canonicos. extra De Elect. Alex. & Ias. l. si stipuler. §. fin. ff. De verb. oblig. Ias. & Crotus. l. 1. §. Qui præsens. ff. De verb. obligat. Petr. de Anchor. Cons. 229. n. 2. Zas. Cons. 2. n. 25. lib. 2.* Dummodò tamen is, qui primò consensit, voluntatem suam non mutet, antequam secundus ex intervallo consentiat: Namque si is, qui primò consensit, antequam secundus ex intervallo consentiat, voluntatem suam mutet, sponsalia non contrahuntur per consensum alterius superveñientem, *Ioan. Andr. & Hinric. Boick. d. c. dilectus. Card. & Præpos. d. c. si inter. & Cons. 55. n. 16. lib. 4. arg. c. licet. & c. fin. De procur. lib. 6. gloss. c. nec illud. & ibi Archid. 30. q. 2.* Quamvis tamen hoc, quod primus voluntatem suam mutaverit, in dubio non præsumatur, *l. 3 §. quingenta. l. Eum qui. ff. De probat. l. Lucius. ff. De legat. 2.* Licet in hoc contrarium sed malè teneat *Card Paris. Cons. 55. n. 14. lib. 4. arg. eius quod docet Ias. in l. ait prætor. §. fin. n. 10. ff. De iureiur.* Si tamen unus ex contrahentibus sponsalia in alium consentiat, alter autem non consentiat, propter errorem personæ, conditionis, vel similem, sponsalia & matrimonium impedientem, licet is, qui erravit, errore cognito in sponsalia contraria consentiat: tamen sponsalia non convalescunt, nisi & alter contrahentium de novo consentiat,

Petr.

Petr. de Anch. Conſ. 229. & Conſ. 230. Alex. Conſ. 146. lib. 5. arg. c. veniens. & ibi gloſſ. extra De eo qui dux. in uxor. quam per adult. poll. gloſſ. c fin. extra De coniug. ſervor. gloſſ. c. ſi quis ingenuus. 29. q. 2. Neque tantùm inter præſentes, 48
ſed etiam inter abſentes ſponſalia contrahi poſſunt, *l. ſufficit. ff. De ſponſalibus.* Dummodò tamen eo caſu, quo ſponſalia inter abſentes celebrantur, procuratore, nuncio vel epiſtola interveniente contrahuntur, *l. fin. ff. De ſponſalib. facit text. l. 1. §. fin. ff. De contrah. empt. l. conſenſu. ff. De act. & obligat. infr. De obligat. quæ ex conſenſ.* Namque nuncio, epiſtola vel procuratore non interveniente, inter abſentes ſponſalia contrahi nequeunt, *Alex. Conſ. 156. n. 21. lib. 5. arg. l. inter mortis cauſſa donationes. ff. De donat. cauſſ. mort. gloſſ. l illud. C. De SS. Eccleſ.* Procuratore autem, nuncio vel epiſtola interveniente, 49
indiſtinctè inter abſentes ſponſalia contrahi poſſunt, *d. l. fin. ff. De ſponſal. l. mulierem. ff. De rit. nupt. c. fin. extra. De procurat. lib. 6. gloſſ. c. nec illud verb. uxor. 30. q. 5 gloſſ. c. honorantur verb. pudoris, 32. q. 2. gloſſ. c. ex parte Cl. 2. verb. inter nuncium, De converſ. coniug. gloſſ. c. veniens. extra De Cleric. vel vovent.* Hoc tamen primò ita demum verum eſt, ſi hic nuncius, qui alterius nomine ſponſalia contrahit, verus nuncius ſit: ſecus autem eſt, ſi ipſe falſus nuncius ſit: namque ſponſalia à falſo nuncio contracta rata non ſunt, licet is, cujus nomine hæc ſponſalia contracta ſunt, ea ratum habeat, *Bart. & Bald. l. multum. C. Si quis alt. vel ſib. Bart. l. qui autem. §. fin. ff. De Conſt. pecun. Bart. l. Pomponius in princ. n. 13. ff. De negot. geſt. Bald. l. ſi pupilli. §. ſi ego. ff. De negot. geſt. Idemq; Bald. l. ſi procuratori. ff. De condict. ob cauſſ. & in l. Cæſus. ff. Solut. matrim. Alex. Conſil. 100. n. 2. lib. 4.*

lib. 4. Felin. c. cauſſam. Cl. 1, n. 7. extra De iudic. Quod etiam procedere judico in epiſtola falſa, ut ſponſalia per illam inita non teneant, licet is cujus nomine hæc ſponſalia inita fuerunt, ea ratum habeat: namque hoc caſu inter epiſtolam falſam & nuncium falſum diverſitatis ratio aſſignari nequit: Ideoque diſpoſitum de uno & in alio locum habere debet, *arg. l. à Titio in princ. ff. De verb. oblig. l. illud in princ. ff. Ad leg. Aquil.* Secundò hoc fallit, ſi is, qui nuncium hunc, vel hanc epiſtolam miſit, nuncium eundem vel epiſtolam revocet, antequam is, ad quem hic nuncius vel epiſtola miſſa eſt, ſponſalibus conſentiat, tunc enim per nuncium vel epiſtolam ſponſalia non contrahuntur, licet is ad quem hic nuncius vel epiſtola miſſa eſt, hiſce ſponſalibus poſtea conſentiat, ignorans nuncium vel epiſtolam revocatam, *c. fin. De procur. lib. 6. gloſſ. c. nec illud. & ibi Archid. 30. q. 2. Innoc. c. iuvenis. extra De ſponſal. Bald. & Fulgoſ. l. ſufficit. ff. eod. tit. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Hinric. Boick c. dilectus. extra De ſponſal. Abb. c. cùm inter canonicos. extra De Elect. Card. & Præpoſ. c. ſi inter. extra De ſponſal. Ang. l. ſi procuratorem. ff. De procurat. Felin. c. ex parte Decani. n. 9. 10. & 18. extra De reſcript. Card. Pariſ. Conſ. 55. n. 16. & 17. lib. 4. arg. l. ſi penitùs. ff. De divort. l. ſi pater in princ. ff. De manum. vind. gloſſ. c. ſuper eo, verſ. alieno. extra De condit. app. gloſſ. Clem. 1. De renunc. Bald. l. ſi mandaſſem. col. 3. ff. Mand. Bald. l. mandatum. n. 16. & ibi Ang. C. eod. tit. Bald. l. falſus. n. 22. C. De furtis. item in c. 1. §. levis nobis. n. 8. De pac. Conſtant. item in c. audita. extra De reſtit. ſpol. Ioan. de Anan. Conſ. 25. Ang. inſt. De oblig. quæ ex conſenſ. n. 2.* Quod uſque adeò verum eſt, ut licet is qui nuncium, epiſtolam vel procuratorem ad ſponſalia contrahenda miſit, eaque ante ſponſalia

salia contracta revocavit, sponsalia postea contracta ratum habeat: tamen ea sponsalia non aliter convalescant, nisi is, cum quo hæc sponsalia contracta fuerunt cognita, ratihabitione alterius, de novo hisce sponsaliis consentiat, *Petr. de Anchor. Cons. 229. & Cons. 230. Ant. de Butr. Cons. 64. Felin. d. c. ex parte decani. n. 11.* Si tamen is, ad quem nuncius, epistola vel procurator ad contrahenda sponsalia missus fuit, ignorans hunc nuncium, epistolam, vel procatorem à mittente revocatum sponsalia contraxerit, eamque ob causam vel sumptus fecit, vel damnum perpessus fuit; ipse hos tàm sumptus quàm damna à mittente repetere potest, *Bald. l. falsu. C. De furt. Felin. d. c. ex parte. n. 18. arg. l. eleganter. §. servus pactioni. & l. rem quandam. ff. De dol. l. si mandavero tibi. §. fin. ff. Mand. Bart. l. Lucius. ff. De fideiuss. Bald. l. si procuratorem, in fin. ff. De procurat.* Tertiò sponsalia neque per nuncium neque per procuratorem contracta aliter rata sunt, nisi tàm nuncius quàm procurator ad hoc speciale mandatum in individuo habeant, *c. fin. De procurat. lib. 6. l. generali. ff. De rit. nupt. Bart. l. filiusfamilias. ff. De donat. Salic. l. 1. ff. De sponsal. Alex. Cons. 146. lib. 5.* Quod usque adeò verum est, ut sponsalia contracta per nuncium generale mandatum habentem non convalescant etiam ratihabitione secuta, *Bart. l. quia autem. §. fin. ff. De constit pecun.* Quamvis sponsalia contracta per procuratorem generale mandatum habentem ratihabitione secuta convalescere responsum sit *à Bald. in d. l. generali. & Alexan. d. Cons. 146. lib. 5.* Neque tantùm per procuratorem vel nuncium, sed etiam per negotiorum gestorem, nullum ad hoc mandatum habentem, sive sit parens sive extraneus, sponsalia contracta rata sunt, si

modò illi quorum nomine sponsalia contracta sunt, illa rata habeant, *l. hæc ita. ff. De sponsal. c 1. §. fin. & ibi gloss. De desponsi. impub. lib. 6. c. ad id quod. extra De sponsal. c. 1. extra De matrim. contr. contr. interd. Eccles. facit l. Quod si de speciali. ff. De minorib. c. cùm quis. De sentent. excom. lib. 6.* Quamvis tamen inter sponsalia contracta absque mandato à parentibus, & sponsalia absque mandato contracta ab extraneo hæc sit differentia, quòd sponsalibus à parentibus absque mandato contractis filii consentire intelligantur, si ipsi præsentes sint, iisque non contradixerint, *c. 1. §. fin. De desponsi. impub. lib. 6. facit gloss. c. is qui tacet. De reg. iur. lib. 6. Iaf. l. quæ dotis. n. 71. ff. Solut. matr.* Sponsalibus autem ab extraneis contractis, præsens non aliter consensisse intelligatur, nisi vel ea expressè approbet, vel signis quibusdam consensum suum declarat, *Abb. c. 1. arg. illius text. extra De matr. contract. cont. interd. Eccles.* Et cùm per epistolam sponsalia contrahi placeat, si juvenis acceperit epistolam à puella scriptam, in qua puella inter cætera scripserat, ego tibi nubam, vel, è converso puella epistolam à juvene, in qua is inter cætera scripserat, ego te ducam, simpliciter & absque protestatione receperit, per hoc licet nullus alius actus intervenerit sponsalia contrahuntur. Namque certum est, quòd omnis is, qui epistolam simpliciter & absque protestatione aliqua accipit, intelligatur consentire omnibus, & approbare omnia ea, quæ in ista epistola etiam in præjudicium recipientis scripta sunt, *l. si filius-familiàs. & ibi Bart. & Bald. ff. Ad SC. Maced. Clem. 1. De procurat. Bart. & Bald. l. Titius. arg. illius text. ff. De constit. pecun. ijdemq; in l. cùm tabernam. §. 1. ff. De pignor. Bart. l. quo enim. § 1. ff. Rem rat. haber. Bald. l. si absentis. C. si cert. pe-*

51

cert. pet at. Bald. Rubr. C. De constit. pecun. & in Rubr. C. De fid. instrum. itemq; in l. fin. C. Ad SC. Macced. Lanfranc. c. quoniam contra, ver. instrumentorum productiones. n. 76. extra De probat. Matthes. Sing. 22. Anton. Corset. in suo repert. ver. taciturnitas. Alex. Cons. 78. lib. 1. Alex. l. non solùm. §. morte. n. 23. & ibi Ias. n. 20. ff. De oper. nov. nunc. Felin. c. cum M. Ferrariensis. n. 36. & ibi Francisc. Rip. n. 132. extra De Constit. Felin. c. 2. n. 20. extra De fid. instr. Capoll. caut. 9. Ias. l. emptor. §. Lucius. ff. De pact. Ias. in l. admonendi. n. 138. ff. De iureiur. & in l. quæ dotis. n. 90. 91. & 92. ff. Solut. matr. Hippol. de Mar. Rubr. De probat. & in sua pract. §. diligenter. n. 137. Alciat. l. detestatio. ff. De verb. signific. Card. Paris. Cons. 90. n. 3. Cons. 127. n. 32. lib. 1. Cons. 47. n. 15. lib. 1. Cons. 81. n 15. lib. 1. Præterea 52 consensu interveniente sponsalia contrahuntur, sive hic consensus sit purus sive sit conditionalis: Namq; etiam sub conditione sponsalia contrahi posse placet, *c. de illis. & ibi Abb. c. super eo. & c. per tuas. extra De condit. appos.* Et si sponsalia per verba de præsenti sub conditione contracta fuerint, hæc sponsalia, licet per verba de præsenti contracta fuerint, vi tamen & effectu sponsalia de futuro censentur: Ideoque sicut sponsalia de futuro, ita & sponsalia de præsenti non purè, sed sub conditione contracta per sponsalia de præsenti pura subsequentia tolluntur, *Abb. d. c. De illis. n. 4. gloss. d. c. super eo & ibi Abb. n. 7. Abb. d. c. per tuas. n. 8. Spec. in tit. De condit. appos. n. 7.* Quamvis tamen per conditionem existentem re integra & non mutata voluntate contrahentium, sponsalia per verba de præsenti contracta sub conditione in nuptias sive matrimonium perinde transeant, atque

si hæc sponsalia ab initio per verba de præsenti contracta fuissent, *arg. l. si pupillus. ff. De condit. instit. l. fin. §. 1. & ibi Iaſ. ff. De vulg. & pup. substit.* Sponsalia autem per verba de futuro sub conditione contracta, conditione existente sponsaliorum de futuro, vim retinent, *Abb. d. c. de illis.* Et licet à contractibus aliis, sub conditione celebratis, etiam ante conditionem existentem uni ex contrahentibus altero invito resilire minimè liceat, *gloss. in princ. verb. contrahitur. infr. De empt. vendit. gloss. l. necessario, in princ. verb. perfectam. ff. De peric. & commod. rei vend. gloss. l. 1. C. eod. tit. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 280. n. 4. Card. Paris. Cons. 64. n. 17. lib. 1.* à sponsalibus tamen sub conditione contractis, ante conditionem existentem adeò uni ex contrahentibus altero invito ab his resilire permittitur, ut si hoc factum fuerit, ex illis justitia publicæ honestatis non oriatur, *c. 1. §. fin. De sponsal. lib. 6.* Quod etiam in sponsalibus per verba de præsenti sub conditione contractis locum habere judico, *gloss. Anton. de Butr. & Philip. Franc. d. c. Super.* licet de hoc dubitet *Abb. d. c. Super eo.* Nisi hæc sponsalia tàm de præsenti, quàm de futuro sint contracta sub conditione, quæ omninò extitura est, qualis est illa, si Sol orietur; tunc enim hæc sponsalia perinde pura judicantur, atque si simpliciter & absque conditione aliqua contracta fuissent, *Abb. d. c. per tuas. n 8. arg. l. quod si ea conditione. ff. De cond. indeb.* Quamvis de hoc nullis tamen justis motus rationibus, dubitet *Speculat. in tit. De cond. appos. n. 8.*

53 Porrò hæc sponsalia tàm de præsenti, quàm de futuro contracta, in nuptias sive matrimonium transeunt, si vel concubitus vel consensus purus de præsenti re integra subsequatur, *d. c. de illis. d. c. Super eo. d. c. per tuas.*

Neque

Neque tantùm illorum, qui ſponſalia contrahunt, ſed etiam omnium illorum conſenſus in ſponſalibus contrahendis requiritur, quorum conſenſus in nuptiis contrahendis requiſitus eſt, *l. in ſponſalibus. §. 1. ff. De ſponſal.* Ideoque in ſponſalibus contrahendis perinde ſecundùm diſpoſitionem juris civilis conſenſus parentum, in quorum poteſtate contrahentes conſtituti ſunt, requiritur, *d. l. in ſponſalibus. §. 1.* ſicut hic conſenſus in nuptiis requiſitus eſt, *ut hîc in princ. l. 2. l. ſi nepos, in princ. l. nuptiæ. ff. De rit. nupt. l. Paulus. ff. De ſtat. hom. l. ſi uxor. §. ſi quis uxorem. ff. Ad leg. Iul. de adult. l. ſi ut proponis. C. De nupt.* Si tamen pater, in cujus poteſtate filius vel filia conſtituta eſt, nuptiis vel ſponſalibus ab ipſis contrahendis, nulla juſtè de cauſſa conſentire recuſaverit, ipſe ad hoc officio judicis compelli poteſt, *l. qui liberos. ff. De rit. nupt.* Et, ſi ipſe judici non obtemperaverit, permittitur liberis etiam ſecundùm juris civilis diſpoſitionem ex permiſſione judicis etiam invito patre, in quorum poteſtate conſtituti ſunt, tàm nuptias quàm ſponſalia contrahere, *arg. l. dotem. ff. Solut. matrim. Bart. & Alex. l. ſi cùm dotem. §. eo tempore. ff. eod. tit. Bald. l. 1. C. De nupt. Bald. l. 1. & ibi Iaſ. n. 20. & Dec. n. 86 C. Qui admitt. Abb. c. nullus. extra De iur. patron. Abb. c. tuæ. extra De Cler. non reſid. Felin. c. cùm acceſſiſſent. n. 20. extra De Conſtit. Ang. §. conſequens. n. 5. infr. De ſuſpect. tutor.* Et tàm nuptiæ quàm ſponſalia conſenſu patris contracta intelliguntur, ſi illa fuerint contracta patre præſente & non contradicente, *d. l. in ſponſalibus.* Conſenſus verò patris, in cujus poteſtate filius conſtitutus non eſt, ſecundùm juris civilis diſpoſitionem de honeſtate quidem, *l. viduæ. & l. in conjunctione. C. De nupt.* non autem de neceſſitate, 54

tàm in nuptiis quàm in sponsalibus requiritur, *l. filius emancipatus. ff. De rit. nup. l. 3. §. si emancipatus. ff. De bonor. poss. contr. tab.* Ideoque cùm mater & ascendentes per lineam maternam liberos suos in potestate sua non habeant, *l. nulla. ff. De suis & legit. hered. l. Illud. §. ad testamenta. ff. De bonor. poss. contr. tabul. supra tit. 1. §. fin. §. fœmina. infr. De adopt.* sequitur, quòd secundum legum civilium sanctionem, neque in nuptiis neque in sponsaliis liberorum consensus matris vel ascendentium per lineam maternam requiratur nisi de honestate tantùm, *l. 1. & l. in coniunctione. C. De nupt.* Fratris verò, item agnatorum, cognatorum vel affinium, similiter & curatoris & tutoris consensus nullo jure in sponsalibus vel nuptiis requiritur, *l. in copulandis. C. De nupt. Alex. Conf. 97. n. 2. lib. 1.* nisi de honestate tantùm, *l. 1. l. vidua. & l. in coniunctione. C. De nupt.* De jure verò canonico neque in sponsalibus neq; in nuptiis liberorum, consensus parentum etiam, in quorum potestate constituti sunt, requiritur, nisi de honestate tantùm, *gloss. c. fin. 32. q. 2. gloss. & Abb. c. 1. extr. De desponsat. impub. gloss. l. Paulus. ff. De stat. homin. Bart. & Dd. l. 2. §. quod si in patris. ff. Solut. matr. arg. c. cùm causam. extra De rapt.* Namque hoc, quod secundum juris civilis dispositionem, tàm in sponsalib. quàm in nuptiis liberorum, patris requiritur consensus, propter patriam potestatem introductum est, *ut hîc in princ. & l. 2. ff. De rit. nupt.* quæ potestas patria cùm non extendatur ad causas spirituales, quales sunt matrimonium & sponsalia, *c. fin. De iudic. lib. 6. Dec. Conf. 434. Card. Pariſ. Conf. 2. n. 36. lib. 4.* inferunt Canonistæ, in matrimonio & sponsalibus contrahendis consensum patris non requiri. Quod usque adeo verum est, ut statutum imponens

pœnam

pœnam liberis contrahentibus sponsalia vel nuptias absque patris consensu, ratum non sit, *Abb. Felin. & Dec. c. Ecclesia S. Mariæ. extra De Constit. Abb. & Felin. c. 1. extra De sponsal. Abb. Cons. 12 lib. 2. Alex. Cons. 59 n. 5 Cons. 97. lib. 1. Cons. 1. lib. 3. Cons. 209. lib. 6. Carol. Ruin. Cons. 164. lib. 5. Dec. l. nuptias. ff. De reg. iur.* utque pater filium vel filiam absque illius consensu nuptias vel sponsalia contrahentem, neque exheredare, *Abb. c. 1. extra De desponsat. impub. Abb. Cons. 12. lib. 1. Alex. Cons. 97. lib. 1. Cons. 209. lib. 6. Iaf. Auth. Sed si post. C. De inoffic. testam. Iaf. l. 2. §. Quod si in patris. n. 28. ff. Solut. matrim. Dec. d. l. nuptias. arg. l. Gracchus. C. Ad leg. Iul. de adult. c. Qui peccat. 24. q. 4.* neque dotem, *gloss. c fin. 23. q. 2. gloss. c. de raptoribus. 36. q. 1. Iaf. d. §. Quod si in patris. n. 28. ff. Solut. matrim. Dec. d. l. nuptias. n. 14. arg. gloss. l. si quis à liberis. §. idem iudex, verb. detulerat. & ibi Bart. ff. De liber. agnosc. Bart. l. Divus. ff. Ad leg. Pomp. de parricid. Bart. in tract. De aliment.* etiamsi cum indignis sive turpibus nuptias vel sponsalia contraxerint, *Ioan. Andr. & Immol. c. accedens. extra De procurat. Alex. Cons. 209. n. 8. lib. 6. Alex. l 1 ff. Solut. matr. Iaf. d. Auth. Sed si post. Dec. d. l. nuptias.* Quamvis in nuptiis contractis cum turpibus sive indignis, contrarium & rectius mea quidem sententia teneat, *Anton. de Butr. c. accedens. extra De procurat. Abb. c. 1. extra De desponsat. impub. Bald. l. si pater. C. De sponsalibus. Bald. l. nec filium. C. De nupt. Bald. l. Nec filium. C. De nuptiis. gloss. & Archidiac. c. de raptoribus. 36 q. 1. Sebastian. Sap. in additionib. ad Abb. d. c. De desponsat. impub. Alex. Cons. 97. n. 5. lib. 1. Iaf. d. §. quod si in patris. n. 28. Socin. in suo Tractat. salient. Reg. 281. Card. Paris. Consil. 20. n. 27. lib. 3.* Et hæc quidem 55 tàm secundum legitimas, quàm secundum canonicas sanctio-

sanctiones obtinet; sed secundum quod in Consistoriis nostris pronunciatur, nuptiæ vel sponsalia contracta absque consensu parentum indistinctè tenent, si res non sit integra: Idem est, si res sit integra, sed parentes nullam justam caussam contradicendi habeant: Sin autem parentes justam caussam contradicendi habeant, re integrâ, sponsalia vel nuptiæ absque illorum consensu contracta, rata non sunt, sive hi filii in potestate parentum constituti sint sive non: item sive hi parentes sint pater vel ascendentes per lineam maternam, *De hoc tamen videte latiùs* Kling *in Tract. De cauſſ. matrim. ſub Rubr. De*
56 *conſenſ. parent.* Non aliter tamen sponsalia consensu contracta rata sunt, nisi quis spontè & non coactè sponsalia contrahat: Namque sponsalia vi vel metu contracta, ipso jure nulla sunt, *c. literis. & ibi Abb. extra De deſponſat. impub. Card. Pariſ. Conſ. 58. & Conſ. 60. lib. 4. facit text. c. cùm locum. c. veniens. Cl. 2. & c. conſultationi. extra De ſponſal. c. de illis. Cl. 2. extr. De deſponſat. impub. Corn. Conſ. 41. lib. 2. Iaſ. l. interpoſitas. n. 2. C. De tranſact.* etiamsi hæc sponsalia juramento firmata fuerint, *gloſſ. & Abb. c. ſignificavit. extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll. Iaſ. l. Titia in princ. n. 6. ff. De verb. oblig. Card. Pariſ. d. Conſ. 58. & Conſ. 60.* item, etiamsi propria culpa alicujus ipsi vis vel metus illatus fuerit, *c. veniens. Cl. 2. & ibi gloſſ. & Abb. extra De ſponſal. Alex. Conſ. 98. & Conſ. 99. lib. 3. Conſ. 156. lib. 5. Iaſ. d. l. Titia. n. 5. & 6.* Nisi vel per cohabitationem subsequentem spontaneam vel per copulam carnalem aut alium actum spontaneum subsequentem, consensum exprimentem metus præcedens purgatus fuerit: tunc enim non obstante metu præcedenti sponsalia contracta valent, *c. adid. extra De ſponſal.*

c. inſi-

c. insinuante. extra Qui Cleric. vel voven. c. significavit. extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll. l. 2. C. Quod met. cauſſ. c. insuper. extra De eo, qui mat. accuſ. po. gloſſ. d. c. de illis. Cl. 2. extra De deſponſat. impub. Dummodò tamen eo tempore, quo vel expreſsè quis ſponſalibus per metum contractis conſentit, vel tales actus celebrat, ex quibus conſenſus tacitus colligi poſſit, metus & ſuſpicio vel cauſſa metus ceſſet: alioquin verò ſecus eſt, *Bart. Bald. & Alex. l. 2. C. Quod met. cauſſ. Bart. & Iaſ. l. pen. ff. De cond. ob cauſſ. Abb. c. Ad id, & ibi Præpoſ. extra De ſponſal. Abb. c. conſultationi. extra eod. tit. Abb. & Præpoſ. c. inſuper. extra Qui matr. accuſ. poſſ. Alex. Conſ. 98. & Conſ. 99. lib. 3. Corn. Conſ. 41. lib. 2. Dyn. Conſ. 219. Card. Pariſ. Conſ. 58. n. 69. Conſ. 60. n. 34. lib. 4. Arg. c. 1. extra Quod met. cauſſ. l. doli mali exceptio. & ibi Bart. ff. De novat.* Non tamen 37
omnis metus ad reſcindendum ſponſalia ſufficiens eſt: namque ſi quis meticuloſus fruſtra rem aliquam metuerit, ipſi non ſubvenitur, *l. nec timorem. ff. Quod met. cauſſ. l. ſi quis ab alio, in princ. ff. De re iudic.* ſed requiritur ad hoc, ut propter metum ſponſalia irrita reddantur, ut talis metus intervenerit, qui in conſtantem virum cadere poſſit, *c. veniens. Cl. 2. c. conſultationi. extra De ſponſal. gloſſ. c. cùm locum. extra eod. tit. l. metum. Cl. 2. ff. Quod met. cauſſ.* Qualis eſt metus mortis vel cruciatus corporis, *l. metum. Cl. 1. iunct. gloſſ. ff. Quod met. cauſſ. l. interpoſitas. & ibi Bart. & Dd. C. De transact. c. cùm dilectus. extra Quod met. cauſſ. gloſſ. d. c. cùm locum. gloſſ. c. conſultationi. Alex. Conſ. 98. & Conſ. 99. lib. 3. l. continet. §. fin. ff. Quod met. cauſſ. Dec. c. fin. n. 1. extra De appell. Dec. l. in omnibus cauſsis pro facto. n. 2. ff. De reg. iur.* vulnerum nempe, *Bald. l. fin. in princ. C. De iur. delib.* verberum & ſimilium, *c. ac-*

cedens. extra De conuerſ. coniug. item & metus amiſſionis omnium bonorum vel majoris partis, *arg. c. Abbas. extra Quod met. cauſſ. Abb. c. gemina. extra De ſponſalib. Iaſ. d. l. Titia in princ. n. 7.* Cæterùm interveniente metu tali, qui in conſtantem virum cadere poteſt, ſponſalia contracta ipſo jure nulla ſunt, etiamſi revera nulla vis illata fuerit illi, qui per metum ſponſalia contraxit: dummodò tamen probabilis ſuſpicio fuerit vis vel injuriæ inferendæ ad ſponſalia contrahenda, *Alex. Conſ. 156. n. 20. lib. 5. Card. Pariſ. Conſ. 58. & Conſ. 60. lib. 4. arg. l. noviſſimè. & ibi Bald. ff. Quod falſ. tutor. auth. l. 3. §. qui armati. ff. De vi & vi arm. l. 2. & ibi Iaſ. C. De tranſact. Bart. l. 1. §. ſi quis etiam. C. Quod vi aut clam. Bald. in tract. ſchiſmat. Corn. Conſ. 41. lib. 2. Andr. Barbat. Conſ. 54. lib. 1. Felin. c. 1. extra De offic. deleg. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 69.* item etiamſi promiſſio ſpontanea de ſponſalibus contrahendis præceſſerit, *Abb. c. requiſivit, arg. illius text. extra*
58 *De ſponſal. Iaſ. d. l. Titia in princ. n. 5.* Ex quo infertur matrimonium contractum ab eo, qui in carceribus detinetur, ratum non eſſe, *Abb. c. cùm locum. n. 9. extra De ſponſal. arg. l. qui carcerem. & ibi Bart. & Bald. ff. Quod met. cauſſ.* Quod tamen ita demum verum eſt, ſi quis carceribus incluſus fuerit ad hunc finem, ut ſponſalia contraheret: ſecus autem, ſi quis ob aliam cauſſam, debitum nempe vel delictum aliquod vel ſimilem, carceribus incluſus ſponte atque non coactè in carceribus ſponſalia contraxerit: tunc enim illa ſponſalia perinde rata ſunt, atq; ſi ab alio quolibet extra carcerem contracta fuiſſent, *Abb. d. c. cùm locum. Abb. c. 2. arg. illius text. extra De ſecund. nupt. facit. l. metum. §. ſed licet. ff. Quod met. cauſſ.* Idem eſt, ſi is, qui carceri incluſus fuit ad hunc finem, ut cùm certa

certa persona sponsalia contraheret, cùm alia persona sponte & nullà coactione præcedente sponsalia in carcere contraxerit: namque hic contractus ratus est, *arg. l. heredes palam. §. pen. & ibi Bart. ff. De testam. l. 2. §. homines. & ibi Bart. ff. vi bon. rapt.* Præterea sponsalia non 59
aliter rata sunt, nisi inter personas certas contracta fuerint. Namque sponsalia cum incertis personis contracta adeò nulla sunt, ut ex illis justitia publicæ honestatis non oriatur, *c. 1. De sponsal. lib. 6. Ang. de Clava. in Summ. ver. matrimonium. Cl. 2. ver. impedimentum. 14. n. 8.* Ideoque sponsalia non contrahuntur, si unus juvenis promittat duabus vel tribus puellis, se unam ex illis ducturum in uxorem, *Ang. de Clav. in Summ. ver. sponsalia.* Si tamen is juvenis cum una ex illis puellis postea rem habeat, hæc promissio præcedens hoc operatur, ut concubitus subsequens, etiam nullo alio interveniente matrimonium constituat inter hunc juvenem & puellam cognitam. Eò, quia concubitus subsequens declarat hunc juvenem in istam puellam cognitam tantùm ab initio consensisse, *Host. c. ex literis. Cl. 2. & ibi Abb. n. 7. extra De sponsal.* Quamvis tamen ex promissione, quâ quis se generaliter obligavit, uxorem ducere ex civitate vel villa aliqua secuto concubitu cum aliqua puella istius civitatis vel villæ, matrimonium non oriatur, *Abb. d. c. ex literis. n. 7.* Deinde sponsalia con- 60
tracta non aliter rata sunt, nisi à personis habilibus & aptis contracta fuerint, *arg. l. ut gradatim. §. 1. ff. De muner. & honor. gloss. & Dd. l. 1. C. De SS. Eccles. Bart. Alex. & Ias. l. 1. §. nunciatio. ff. De oper. nov. nunciat.* Cæterùm omnes personæ, quæ expressè legibus prohibitæ non reperiuntur, si rationem atque intellectum habe-

habeant, sponsalia contrahere possunt, *c. cùm apud. extra*
61 *De sponsal.* Ideoque etiam mutus & surdus sponsalia contrahere possunt, *l. cùm apud. extra De sponsalib. & c. tuæ. extra eod. l. mutus. ff. De iur. dot. l. mutus. ff. De procurat. l. mutum. ff. De adq. hered. l. fin. C. De bonor. possess. infan. l. item quia. ff. De pact. l. Qui id quod. §. mutus. ff. De donat. l. ubi non voce in princ. ff. De reg. iur.* Quod etiam in eo, qui surdus & mutus simul natus fuit, locum habere Dd. communiter volunt, si modò is aliquibus signis intellectum sive consensum suum exprimere possit, *Præpos. d. c. cùm apud arg. illius text. Card. Paris. Cons. 63. lib. 4. arg. c. cùm locum. extra De sponsal. c. fin. extra De spon. duor. c. sufficiat. 27. q. 2.* Quamvis in hoc contrarium, sed malè teneat *Bald. Ang. Fulgos. Rom. Curt. & Ias. l. discretis. C. Qui testam. fac. poss. Bald. & Ang. l. ex facto. ff. De vulg. & pupill. substit. Ias. d. l. mutum.* Quinimò eum, qui simul mutus, surdus & cœcus natus est, si modò aliquem intellectum habeat, eumque signis quibusdam exprimere atque declarare possit, tàm sponsalia quàm matrimonium contrahere posse responsum est *ab Hostiens. & Abb. d. c. cùm apud. Ang. de Clav. in sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum. 18.* Cùm tamen præsumatur, eum, qui surdus & mutus natus est, intellectu, ratione, atque consensu destitutum, *Card. Paris. Cons. 63. lib. 4.* surdus & mutus simul natus, non aliter sponsalia vel matrimonium contrahere potest, nisi ex signis sufficientibus, quòd judicis arbitrio relinquitur, *Abb. d. c. cùm apud. d. c. tuæ, fides fiat,* ipsum & intellectum habere, & consentire posse, *arg. l. non est verisimile, in princ. ff. Quod met. causs. l. sive possidetis. C. De probat.* Et ad hanc cognitionem, quà judex discutit, utrum surdus & mutus natus intellectum habeat,

habeat, & sponsalia vel matrimonium contrahere possit, sunt citandi illius substituti, si pater ipsi substitutos dederit, vel heredes ab intestato, si ipsi nullus sit substitutus, *Card. Paris. Cons. 63. lib. 4. arg. l. nam in a Divus, ff. De adopt. l. de unoquoq. ff. De re indic. Alex. & Dd. in l. generaliter. §. cùm autem. C. De instit. & substit. Alex. Cons. 67. lib. 1. Socin. Ias. & Dd. in l. Gallus. §. Et quid si tantùm. ff. De lib. & posth. Dec. Cons. 203. Cons. 427.* Quamvis tamen matrimonium vel sponsalia de facto contracta à furdo & muto nato non citatis substitutis vel heredibus ab intestato, ratum sit, nec dissolvi possit, *Card. Paris. Cons. 63. lib. 4. arg. l. 1. §. biduum. ff. Quand. appell. sit. c. ad apostolicam. De regularibus. Ias. l. patre furioso. arg. illius text. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur.* Præterea licet minor 25. annis, sub potestate tutoris vel curatoris constitutus, item & prodigus, cui bonis interdictum est, absque tutoris vel curatoris auctoritate alioquin alios contractus celebrare non possit, *l. si curatorem. C. De in integr. restit. l. is cui bonis. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. De verb. oblig.* ipsi tamen tàm sponsalia quàm matrimonium absque consensu tutorum vel curatorum contrahere possunt, *arg. l. in copulandis. & ibi Bald. C. De nupt. Ias. l. si unus. §. pactus ne peteret. n. 32. ff. De pact.* Quod usque adeò verum est, ut minor vel prodigus læsus vel deceptus in contrahendis sponsalibus vel matrimonio, petere non possit, se contra hoc in integrum restitui, *gloss. c. ex parte. verb. quamvis minor. & ibi Abb. n. 12. extra De restit. spoliat. arg. l. si ex caussa. §. Pomponius ait. ff. De minor. gloss. l. Ait Prætor in princ. verb. quid aliud. ff. eod. tit. Arg. de Clava. in Sum. ver. minor.* Dummodò tamen is, qui sponsalia contrahit, sit major septennio: namque minor septennio cùm non 61 62 63

intelligat, quid agat, §. *pupillus. Instit. De inut. stipul.* sponsalia contrahere nequit, *l. in sponsalibus. ff. De sponsalib. c. literas. c. duo. & c. ad dissolvendum. extra De desponsat. impub. c. 1. cod. tit. lib. 6.* Quod usque adeò procedit, ut locum habeat, licet vel is minor agat quidem septimum annum, sed illum nondum implevit; vel in eo malitia suppleat ætatem, *Abb. c. iuvenis. Abb. c. gemina. extra De sponsal. Idemq; Abb. in c. literas. arg. illius text. & in c. acceßit. extra De desponsat. impub. idemq; in c. fraternitati. extra De eo qui cogn. consanguin. uxor. su. Ang. de Clav. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum. 14. Quamvis in hoc contrarium, sed malè teneat gloss. c. Sponsam. extra De sponsal.* nisi ex cohabitatione, amplexibus, aliisque signis liquidò appareat, minores septennio etiam post septennium contractum in eadem voluntate perseveràsse: tunc enim sponsalia à minoribus septennio contractis convalescunt, *c. 1. in princ. De desponsat. impub. lib. 6. c. literas, & ibi Abb. & c. acceßit, & ibi Abb. c. duo pueri. & ibi*
64 *Abb. extra De desponsat. impub.* Similiter & matrimonium, & sponsalia ab ebrio contracta rata sunt, *Hinric. Boick. & Card. Florent. c. dilectus. extra De sponsal. Socin. Cons. 47. n. 9. lib. 3. Dec. Cons. 112.* nisi quis ita ebrius fuerit, ut propter ebrietatem ratione atque intellectu penitùs destitutus fuerit: tunc enim tàm matrimonium quàm sponsalia ab ebrio contracta rata non sunt, *arg. c. sanè, 15. q. 1. gloss. c. unusquisq; verb. quòd ebrius. 22. q. 4. Bald. Felin. & Dec. c. 1. extra De testib. Bald. c. à crapula. extra De vit. &*
65 *honest. Cleric.* Eodem modo & matrimonium & sponsalia iracundiæ calore contracta rata sunt, nisi quis ita ira incitatus fuerit, ut rationis judicio destitutus fuerit, *Bart & Dec. l. quicquid calore. arg. illius text. ff. De reg. iur.*

gloss.

gloss. c. si quis iratus. 293. Alb. & Felin. c. sicut ex literis extra De iureiurand. Is verò, qui rationis iudicio penitùs destitutus est, quique consentire nequit, matrimonium vel sponsalia contrahere nequit, *arg. c. fin. extra De sponsal. duor.* Ideoque furiosus, *l. patre furioso. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur, l. furor. ff. De sponsal. c. dilectus. extra eod. tit. c. neg. 32. q. 7. facit text. l. in negotiis. & ibi Dec. l. furiosi. ff. De reg. iur. l. 2. C. De contrah. empt. l. furiosum. C. Qui testam. fac. poss. c. sicut. extra De regularib.* mente captus, *Alex. Cons. 54. lib. 1. Cons. 3. lib. 6. arg. l. 2. & ibi Bald. C. De curat. furios.* & fatuus, tàm sponsalia, quàm matrimonium contrahere prohibentur, *arg. l. 2. & ibi gloss. ff. De postul. l. dabimus. §. fin. ff. De privil. credit.* Quod tamen ita demum verum est, si furiosus, mente captus vel fatuus, omni penitùs iudicio rationis careat: secus autem est, si ipse non omni penitùs iudicio rationis careat: tunc enim ipse tàm sponsalia quàm matrimonium contrahere non prohibetur, *Socin. Cons. 47. n. 9. lib. 3. Dec. Cons. 112. Dec. l. humanitatis. n. 11. C. De impub. & al. substit. Card. Paris. Cons. 88. n. 40 lib. 3. arg. l. hac consultissima. § ac cùm humana. C. Qui testam. fac. poss. l. quoniam indignum. C. De testam. Ioan. Fabr & Ang. §. præterea. Quib. testam. fac. non est permiss. Ias. & Dec. l. furiosum. C. Qui testam. fac. poss. Dec. c. pastoralis. not. ab. 3. extra De iudic. Idemq; Dec. l. si frater. C. Qui testam. fac. poss. Corn. Cons 261. lib. 4. Card. Paris. Cons. 15. n. 11. lib. 4.* Idem est, si furiosus, mente captus vel fatuus, non perpetuo morbo laboret, sed habeat dilucida intervalla sui furoris: tunc enim tempore remissionis ipse & sponsalia & matrimonium contrahere potest, *arg. d. §. item furiosi. d. l. furiosum. l. 2. C. De contrah. empt. l. cùm alijs. C. De curat. furios. l. cùm furiosus. ff. De iudic.* 66

l. qui

l. qui testamento. §. nec furiosus. ff. De testam. l. Divus. ff. De offic. præsid. Et si dubitetur, utrum matrimonium vel sponsalia à furioso, mente capto vel fatuo fuerint contracta tempore furoris vel tempore remissionis, ex qualitate matrimonii vel sponsaliorum præsumuntur esse contracta vel tempore remissionis, si talia sponsalia vel matrimonium contraxerit, qualia quilibet sanæ mentis & integri judicii contracturus fuisset, vel tempore furoris, si vir sanus atque integri judicii talia sponsalia vel matrimonium contracturus non fuisset, *Bart. in Tract at. De testib. §. opposita prudentia. Ang. Ias. & Dec. d. l. furiosum. Alex. Conf. 141. lib. 1. Conf. 86. lib. 2. Dec. l. in negotiis. ff. De reg. iur. arg. l. is qui. §. Divus. ff. De tutor. & curat. dat. ab his. l. quidam in suo. iunct. gloss. ff. De condit. instit. l. apud Iulianum. §. fin. ff. De legat. 1. l. item apud. §. si quis*
67 *virginem. ff. De iniur.* Et licet amor formæ teste Seneca rationis oblivio sit, & insaniæ proximus: Atque furore amoris nihil vehementius sit, adeóque ut hunc furorem retinere perfectæ Philosophiæ officium judicetur, *§. illud Auth. Quib. mod. nat. effic. sui. gloss. §. fin. infr. De succes. sublat.* sponsalia tamen & matrimonium furore amoris contracta cum ea, quam quis deperditè amabat, rata atque legitima reputantur, *Abb. c. veniens. Cl. 1. arg. illius text. extra De sponsal. Ias. l. Titia, in princ. n. 8. ff. De verb.*
68 *obligat.* Ultimò in sponsalibus requiritur, quòd sponsalia non fuerint contracta lege divinà nempe vel humanà prohibente, *arg. l. non dubium. C. De legib. l. cùm lex. & ibi Bart. ff. De fideiuss. l. si non sortem in princ. ff. De cond. indeb.* Cæterùm quia sponsalia in omnibus casibus prohibita censentur, in quibus nuptiæ prohibitæ sunt, *l. oratione. ff. De sponsal.* an & quibus casibus lege prohibente sponsalia

contrahi

contrahi nequeant, satis liquebit ex illis, quæ infra circa nuptias sive matrimonium dicemus.

Absolutâ definitione sponsaliorum, restat, ut breviter indicemus, quos effectus sponsalia producant. Circa quod annotandum: licet ex sponsaliis affinitas non oriatur, *Abb. c. iuvenis, extra De sponsal. arg. l. si qua. ff. De rit. nupt. §. si uxor. infr. hoc tit. nostr.* nisi largo modo & impropriè sumpto vocabulo, *Bart. & Iaf. l. quod Servius. arg. illius text. ff. De cond. ob cauff. l. Labeo, l. Servius. ff. De grad. affin. & consang.* tamen ex iis oritur publicæ honestatis justitia, *c. 1. De sponsal. lib. 6.* Etiamsi hæc sponsalia vel ab initio propter impedimentum consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis vel simile, ab initio nulla fuerint, *c. 1. in princ. De sponsal. lib. 6.* vel ex post facto, morte, dissensu vel alio modo resoluta, *Abb. c. accessit. arg. illius text. Abb. c. duo pueri. arg. illius text. De despons. impub.* Quæ justitia publicæ honestatis cùm in nuptiis semper honestas attendenda sit, *l. semper. ff. De rit. nupt. l. semper in coniunctionibus. & ibi Dec. ff. De reg. iur.* impedit, quò minùs Sponsus cum consanguineis Sponsæ, & è converso Sponsa cum consanguineis Sponsi usque ad quartum gradum secundum dispositionem juris canonici, *Abb. c. iuvenis. Abb. c. ad audientiam. Abb. c. sponsam. extra De sponsal.* sed secundum consuetudinem harum regionum, usque ad tertium gradum exclusivè lineæ æqualis matrimonium vel sponsalia contrahere possit: & contracta contra hoc tàm nuptias quàm sponsalia dissolvit, *d. c. iuvenis. & ibi Abb. d. c. ad audientiam. & ibi Abb. d. c. sponsam. & ibi Abb. c. literas. & ibi Abb. c. duo pueri. & ibi Abb. extra De desponf. impub. c. 1. in princ. extra De sponsal. lib. 6. §. si uxor. infr. h. tit. nostr. l. si qua. ff. De rit. nupt.* 69 70

nupt. Quod usque adeò verum est, ut nec consuetudo, *l. pen. & ibi Bald. C. De incest. nupt.* nec rescriptum Imperatoris contrarium valeat, *l. fin. & ibi Bald. C. De incest.*
71 *nupt.* Hoc tamen fallit primò in sponsalibus contractis vel ab uno vel utroque minore septennio: ex his enim justitia publicæ honestatis non oritur, nisi hi infantes in consensu præstito permanserint, usque dum annum septimum compleant, *d. c. literas. d. c. duo pueri. c. 1. De desponsat. impub. lib. 6.* Secundò hoc fallit, si sponsalia sint nulla propter defectum consensus, *c. 1. in princ. De sponsalib. lib. 6. Abb. c. acceßit. arg. illius text. extra De desponsat. impub.* ut puta, si fuerint contracta vel joco, *gloss. c. 1. in princ. verb. consensus. De sponsalib. lib. 6. Ang. de Clav. in Summ. ver. matrimonium. Cl. 2 vers. impedimentum. 14 n. 9. arg. l. obligationum substantia. ff. De act. & obligat.* vel per metum, qui in constantem virum cadere potest, *arg c. ex literis. & ibi Abb. extra De desponsat. impub.* Tertiò hoc fallit in sponsalibus contractis sub conditione, *c. 1. §. fin. De sponsalib. lib. 6.* Dummodò tamen hæc sponsalia ante conditionem existentem dissoluta fuerint dissensu contrahentium, morte vel simili modo: secus autem est, si contrahentes in eadem voluntate permanserint, donec conditio sponsaliis adjecta existeret: tunc enim cùm puri & purificati sit eadem conditio, ex his sponsalibus perinde atq; si ab initio purè contracta fuissent, publicæ honestatis justitia oritur, *arg. l. si pupillus. ff. De condit. instit. Iaf. l. fin. §. 1. ff. De vulg. & pupill. substit.* Quartò hoc fallit in sponsalibus contractis cum incerta persona, *Ang. de Clavas. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum 4 arg. c. 1. De sponsal. lib. 6.* Quintò licet justitia publicæ honestatis impediat matrimonium contrahi cum

cum personis prohibitis, & matrimonium postea contractum dissolvat: tamen matrimonium antea legitimè contractum justitia publicæ honestatis superveniens non dissolvit, *c. 1. De sponsal. lib. 6.* Sextò hæc honestas publica non est juris naturalis, gentium vel divini, sed positivi tantùm: ideoque quoad hoc impedimentum dispensari potest, ut eo non obstante matrimonium contrahi possit, *Abb. c. referente arg. illius text. Qui fil. sint legit. Card. Paris. Cons. 68. n. 420. lib. 4. Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 1. ver. impedimentum. 18. n. 2.* Septimò, ex promissione simplici de contrahendis sponsalibus publicæ honestatis justitia non descendit, *arg. l. in bonæ fidei. & ibi Iaf. ff. De eo quod cert. loc. Ang. de Clav. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. n. 17. & ver. sponsalia. n. 11. Et de hac iustitia publicæ honestatis videte tradita per Speculat. in Tit. De consang. & affin. n. 3.* Secundus effectus spon- 72
salium est, ut licet permissum sit Sponsis à sponsalibus contractis etiam uni altero invito resilire, *l. 1. C. De sponsal.* etiamsi hæc sponsalia jurata sint, *c. requisivit. extra De sponsalib.* is tamen, qui absque justa & legibus cognita caussa sponsalibus altero invito renunciat, vel perdat arrhas datas, si in iis arrhæ intervenerint, quod quidem utroque jure permissum est, *l. fin. C. De sponsalib. gloss. c. accedens. extra De procurat. gloss. c. ex parte. extra De conver. coniug. Socin. Cons. 3. lib. 1.* vel receptas cogat restituere, aut in duplum, si nihil de hoc specialiter conventum fuerit, *arg. l. contractus. C. De fid. instrum.* aut in duplum vel quadruplum, si hoc specialiter conventum fuerit: Licet ultra hoc nullo modo, *l. fin. & ibi Bald. C. De sponsalib.* Quod procedit sive ipsi contrahentes sponsa- 73
lia sive parentes illorum arrhas vel dederint vel rece-

perint, *d. l. fin. C. De ſponſal.* Dummodò tamen meminerimus eo caſu, quo parentes pro contrahendis nuptiis vel ſponſalibus à filiis, arrhas dant vel recipiunt, ipſos neque perdere arrhas datas, neque receptas duplicatas vel quadruplicatas reſtituere cogi, ſi ipſe omnem diligentiam atque curam adhibuerint, ut filii ipſorum hæc ſponſalia vel nuptias contraherent, & filii ipſis obtemperare noluerint, *Socin. Conſ. 3. lib. 1. arg. l. ſi vehenda. §. 1. ff. Ad leg. Rhod. de iact. Anton. de Butr. & Abb. c. gemina. extra De ſponſal.* Secundò, hæc conclusio ampliatur, ut procedat, etiamſi pignus non nomine pœnæ, ſed arrhæ nomine datum fuerit, *gloſſ. Bart. Iaſ. & Zaſ. l. Titia in princ. ff. De verb. oblig. Bald. & Salic. l. fin. C. De ſponſal. l. 1. C. Si rect. provinc.* Tertiò hoc procedit, etiamſi non pecunia vel qualitas, ſed ſpecies certa ſive mobilis ſive immobilis arrhæ nomine data fuerit, *Salic. & Bald. d. l. fin. C. De ſponſal. Immol. Raph. Cuman. Paul. de Caſtr. Aret. Iaſ. & Zaſ. d. l. Titia in princ. arg. gloſſ. d. l. Titia. verb. matrimonia. iunct. gloſſ. l. 1. verb. quod magis eſt. ff. De pig. act. facit l. fundum Cornelianum. ff. De novat. Quamvis in hoc contrarium, ſed malè teneat Bart. in d. l. Titia in princ.* Quartò hoc procedit, ſive arrhæ datæ fuerint poſt ſponſalia contracta pro nuptiis contrahendis, ſive ante ſponſalia contracta, pro ſponſalibus contrahendis, *arg. d. l. con-*
75 *tractus.* Quintò hoc procedit, ſive arrhæ magnæ datæ fuerint, ſive parvæ, *arg. d. l. fin. C. De ſponſal. iunct. l. 1. ff. De legat. præſt.* etiamſi hæ arrhæ excedant dotis vel donationis propter nuptias æſtimationem, *Ang. Immol. Raph. Fulgoſ. Paul. de Caſtr. & Iaſ. d. l. Titia in princ. Quamvis in hoc ultimo contrarium teneat Bart. d. l. Titia. Anton. de Butr. c. gemina. extra De ſponſalib.* Et aliqui Dd. velint,

hoc

hoc indistinctè non procedere, quando arrhæ inspecta quantitate facultatum illorum, qui sponsalia contrahunt, immoderatæ sunt, *Ioan. Andr. & Abb. d. c. gemina. Ang. de Clavas. in Sum. verb. sponsalia.* Sextò hoc extenditur, ut procedat, etiamsi de datione vel receptione arrharum non constet aliter nisi per confessionem partis, *Bart. Raph. Cum. Aret. Ias. & Zas. d. l. Titia in princ. Bald. l. Deo nobis in princ. C. De Episcop. & Cleric. Bald. l. 2. C. Quand. lic. ab empt. disced. arg. l. Publia. §. fin. ff. Depos. gloss. §. illud. Auth. De æqual. dot. & donat. propt. nupt. gloss. & Dd. c. is qui fidem extra De sponsalib. Bart. Auth. sed iam necesse. C. De donat. ant. nupt. facit text. c. cùm Ioannes extra De fid. instr. Quamvis in hoc contrarium, & malè teneat Ang. Immol. & Paul. de Castr. in d. l. Titia in princ. Socin. Cons. 3. lib. 1. Ang. de Clava. in sua sum. verb. sponsalia.* Nisi vel contrarium probetur, arrhas videlicet non datas neque receptas, *Zas. d. l. Titia in princ. n. 7.* vel ex probabilibus atque sufficientibus indiciis liqueret, hanc confessionem in fraudem factam, *Bart. & Ias. d. l. Titia. arg. l. non dubium. & ibi Bart. Ias. & Dd. ff. De ll.* Quod ex eo præsumitur, quòd uterque contrahentium sponsalia confitetur, & æqualem summam pecuniæ alterum ab altero arrhæ nomine accepisse, *Bart. & Paul. de Castr. d. l. Titia in princ. Anton. de Butr. & Abb. d. c. gemina. Ang. de Clava. in Sum. ver. sponsalia. Ang. Peruf. Cons. 234. Socin. Cons. 3. lib. 1.* licet aliàs regulariter non præsumatur, hanc confessionem in fraudem factam, *arg. l. meritò. ff. Pro Soc. l. quoties. §. qui dolo. ff. De probat.* Hoc fallit primò, si illi, qui arrhas dederunt vel acceperunt, sint minores 25. annis: tunc enim ipsi sponsalia vel nuptias non contrahentes, neque arrhas datas perdunt: neque acceptas 76 77

ultra ſimplum reddere coguntur, *d. l. fin. C. De ſponſal.* Secundò hoc fallit, ſi arrhæ non ſint revera datæ, ſed tantùm ſit facta promiſſio de arrhis dandis, *Bart. & Iaſ. d. l. Titia in princ. Ioan. Andr. Ant. de Butr. & Abb. d. c. gemina. Ang. de Clava. in Sum. d. ver. ſponſalia. arg. d. l. fin. ver. accepit. C. De ſponſal. iunct. l. per diverſas. & l. ab Anaſtaſio. C. Mand.* Quod procedit, etiamſi arrhas promittens, conſtituat ſe illas nomine ſtipulatoris poſſidere, *Bart. & Iaſ. d. l. Titia in princ. arg. gloſſ. d. l. item lapilli. infr. De rer. diviſ. facit text. l. 1. C. De ſuffrag.* Item etiamſi hæc promiſſio jurejurando confirmata ſit, *Bart. d. l. Titia in princ. arg. illius text. iunct. c. non eſt obligatorium. & ibi Dyn. De*
78 *reg. iur. lib. 6.* Tertiò hoc fallit, quando arrhæ non ab una parte tantùm, ſed ab utraque parte & datæ & receptæ fuerunt, *Bart. & Paul. de Caſtr. & Zaſ. d. l. Titia in princ. Abb. d. c. gemina. Ang. de Clava. in Sum. ver. ſponſalia. Socin. Conſ. 3. lib. 1.* Sed in hoc contrarium tenet *Bald. l. fin. C. De ſponſal. Bald. d. l. Deo nobis in princ. C. De Epiſcop. & Cleric. Iaſ. d. l. Titia.* Ego tamen Bartoli ſententiam veram judico eo caſu, quo ab utraque parte arrharum nomine eadem quantitas numerata eſt: eo verò caſu, quo ab utraque parte vel ſpecies vel quantitas inæqualis data fuit, Baldi ſententiam veriorem judico, *arg. l. ſi ita ſcriptum. ff. De liber. & poſth. l. is qui puteum. §. hoc interdictum. ff. Quod vi aut clam. l. quid ergò. §. item ait. ff. De his qui not. infam. l. fin. §. fin. ff. Mand.* Dummodò tamen is, qui ſponſalibus abſque legitima cauſſa altera parte invita renunciat, nunquam ultra quadruplum dati vel ac-
79 cepti mulctetur, *arg. l. fin. C. De ſponſal.* Quarto hoc fallit in arrhis datis à parentibus etiam majoribus, pro ſponſalibus nomine filiorum infantium contractis: In

his

his enim dispositio, *d. l. fin. C. De sponsal*, locum non habet, etiamsi constet atque liqueat, hos infantes in consensu præstito ultra septennium perseverasse: nisi postquam hi infantes septennium compleverunt, parentes expresse contractum arrharum renovaverint, *Soc. Con. 3. lib. 1.* Ego tamen hac sententia non obstante verissimum judico, dispositionem *d. l. fin. C. De sponsal.* etiam habere locum in arrhis datis à parentibus pro sponsalibus contractis à filiis infantibus, si hi infantes in eadem voluntate permanserint, donec septimum annum compleverint, etiamsi parentes post septimum annum completum, hunc contractum arrharum non renovaverint, *arg. l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. De fideiuss. prout hoc etiam est de mente Bald. in d. l fin. n. 11. C. De sponsal.* Quintò 80
matrimonio contracto, arrhæ hujus contemplatione datæ non efficiuntur accipientis, sed ab eo, qui illas dedit, repeti possunt, *Fed. de Senis. Cons. 104. Ang. de Clavas. in Sum. ver. sponsalia. arg. l. ex empto. §. is qui vina. ff. De act. empt. Bald. a. l. contractus. C. De fid. instrum. Ang. infr. De empt. vendit. in princ.* Utrum autem spe premii quis 81
ad matrimonium vel nuptias contrahendas invitari possit, quæritur; In qua quæstione Dd. nostri communiter concludunt, quod sic *l. Titio centum. §. 1. & ibi Bart. ff. De condit. & demonst. l. cùm ita. ff. eod. tit. l. uter ex fratribus ff. De condit. instit. l. 1. & ibi Ias. & Dec. C. De instit. & substit.* Hoc tamen fallit primò, si ipse, qui ad nuptias vel matrimonium spe premii vel lucri incitatur, has nuptias sive matrimonium ad quod invitatur, honestè contrahere non poterit: tunc enim si hoc lucrum sive emolumentum, per quod quis ad nuptias invitatur, sit legatum in ultima voluntate relictum, hoc onus sive hęc conditio de nu-

de nuptiis contrahendis à legato rejicitur, *d. l. cùm ita. Bart. d. l. Titio centum. §. 1. d. l. cùm ita.* Secundò hoc fallit, quando quis metu magni lucri amittendi ad matrimonium vel nuptias contrahendas invitatur, *Cyn. l. interpositas. C. De transact. Iaſ. d. l. Titia in princ. n. 10.* Quam tamen ſententiam tunc demum procedere judico, quando metu amittendi lucrum jam quæſitum atque radicatum quis ad matrimoniū vel nuptias contrahendas invitatur: tunc enim hoc indiſtinctè fieri prohibitum eſt: ſive hoc lucrum, de quo omittendo quis periclitatur, ſit magnum ſive exiguum, *Dec. l. 1. n. 4. C. De vendit. inſtit. arg. gloſſ. l. 1. §. ſi quis autem propter inundationem. verb. in integrum reſtitutionem. ff. De itin. act. priv. gloſſ. c. de puellis 36. q. 2. Iaſ. l. non amplius. §. 1. ff. De legat. 1.* ſecus autem eſſe judico, quando quis ſpe lucri de novo adquirendi ad matrimonium nuptias vel ſponſalia invitatur: tunc enim hoc indiſtinctè permiſſum credo, licet hoc lucrum maximum ſit, *arg. d. l. cùm ita. d. l. Titio centum. §. 1. d. l. uter ex fratribus. l. 1. & l. 2. C. De condit. inſtit.* Tertiò hoc procedit, quando quis invitatur ad ſponſalia, nuptias vel matrimonium ſpe lucri ab alio præſtandi: ſecus autem eſt, quando quis invitatur ſpe lucri ab ipſo, cum quo nuptias vel ſponſalia contrahere vult, præſtandi: hoc enim ſecundum communem Dd. ſententiam fieri prohibitum eſt, *Bart. Alex. Iaſ. & Zaſ. d. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. fin. arg. illius text. ff. De verb. oblig. Bart. Iaſ. & Dec. d. l. Titia in princ. Abb. d. c. gemina. Iaſ. l. 1. C. De cond. inſtit.* Ego verò hanc ſententiam Dd. tunc demum procedere judico, quando præſtatio hujus lucri vel emolumenti confertur in tempus matrimonii contracti: tunc hæc promiſſio, ſicut & alia quælibet dona-

donatio inter Sponſos in tempus matrimonii collata, *l. quod Sponſæ. C. De donat. ant. nupt.* nulla cenſetur, *d. l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. §. fin.* Secus autem eſt, ſi hæc præſtatio lucri non fuerit collata in tempus matrimonii contracti: tunc enim hanc promiſſionem, quâ quis ad nuptias vel ſponſalia contrahenda invitatur, etiam Sponſo vel Sponſæ factam, ſicut quamlibet aliam donationem à Sponſo vel Sponſa ſimpliciter factam, *l. cum in tex. l. ſi ante. C. de donat. ant. nupt.* ratam eſſe judico, *c. De illis, extra De cond. appoſ.* Utrum autem ſtipulatio pœnalis ad- 82
jecta promiſſioni de ſponſalibus vel nuptiis contrahendis rata ſit? Ego reſpondeo, ſtipulationem pœnalem ratam non eſſe, ſive ſtipulatio pœnalis ſit adjecta promiſſioni de ſponſalibus vel nuptiis contrahendis; ſive ſit adjecta promiſſioni de ſponſalibus vel nuptiis contractis non diſſolvendis, *l. neq; ab initio. C. De nupt. d. l. Titia in princ. d. c. gemina.* Quod procedit primò, etiamſi hæc ſtipulatio pœnalis pœnam modicam contineat, *arg. d. l. fin. C. De ſponſal. d. l. neq; ab initio. C. De nupt. iunct. gloſſ. Bart. & Zaſ. d. l. Titia. Abb. d. c. gemina.* Secundò hoc procedit, etiamſi hæc ſtipulatio juramento confirmata fuerit, *Bart. & Iaſ. d. l. Titia in princ. licet contrarium teneat Corn. Conſ. 294. lib. 4.* Tertiò hoc procedit, ſive hæc promiſſio pœna facta fuerit ab ipſis contrahentibus nuptias vel ſponſalia ſive à parentibus ipſorum, *d. l. Titia in princ. & ibi Iaſ. & Dd. d. c. gemina.* Quartò hoc procedit, etiam in tutore pœnam nomine pupillæ vel pupilli promittentem, *Bart. Conſ. 45. lib. 1. Iaſ. d. l. Titia in princ. arg. l. 1. ff. De tutel. infr. De tutel. in princ. iunct. l. heres meus. §. fin. ff. De condit. & demonſtr.* Quintò hoc procedit etiam in promiſſione pœnæ facta à fratre vel patruo

Sponſi & Sponſæ, *Cyn. l. fin. C. De ſponſal. Ioan. de Immol. d. l. heres meus. Ang. l. 1. ff. In ius vocat. ut eant. Iaſ. d. l. Titia in princ. arg. c. ſciant cuncti. De Elect. lib. 6. c. quicunq;. De ſentent. excom. lib. 6. Clem. 1. De exceſſib. prælat. Clem. 2. De ſentent. excom. c. communis. & ibi gloſſ. verb. ſuorum Diſt. 23. Bart. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori. n. 18. & ibi Alex. & Iaſ. n. 12. ff. De oper. nov. nunc. Bald. l. 1. C. ſi quac. prad. poteſt.* Sexto hoc procedit etiam in promiſſione pœnæ facta ab extraneo, magna amicitia Sponſo vel Sponſæ conjuncto, *Bart. & Iaſ. d. l. Titia in princ. arg. gloſſ. l. mulieri & Titio. ff. De condit. & demonſtr. text. d. l. heres meus. §. fin. l. cùm allegas. C. De Caſſ. pecul. lib. 11. Iaſ. l. exigendi. C. De procurat.* Septimò hoc procedit, in promiſſione pœnæ à penitùs extraneo, etiam nulla amicitia Sponſo & Sponſæ conjuncto, ſi hæc promiſſio ſit facta, vel mandato Sponſi vel Sponſæ, *Bald. l. fin. C. De ſponſalibus*, vel ſubſit ſuſpicio fraudis, *Ant. de Butr. & Card. Alex. d. c. gemina. Raph. Cuman. d. l. Titia in princ. & ibi Iaſ. n. 12. arg. l. 3. §. non tantùm. & §. fin. l. ſi Sponſus in princ. ff. De donat. int. vir. & uxor. l. filium. ff. Ad SC. Maced. l. pupillus. §. ſed etſi per interpoſitam ff. De auth. tutor. l. 2. §. 1. ff. De adminiſt. ver. ad civit. pert. l. ſi per impreſſionem. C. Quod met. cauſſ.* Octavò hoc procedit, ut ne ſtipulatio intereſſe quidem adjecta ſponſalibus vel promiſſioni de ſponſalibus contrahendis rata ſit: licet quis ex ea non intereſſe lucri ceſſantis, ſed damni emergentis petere velit, *Petr. Iacob. de Aren. Bart. Raph. Cuman. Immol. Iaſ. & Zaſ. d. l. Titia in princ. Ioan. Andr. & Abb. d. c. gemina. Ang. de Clava. in Sum. ver. ſponſalia. arg. d. l. Titia in princ. iunct. l. generaliter. ff. De verb. obligat. l. hoc modo. ff. De cond. & demonſt. iunct. l. ſi quis in gravi. §. utrum. ff. Ad*

Senatus-

Senatusconsultum Sylleian. l. cætera. §. sed & si quis. ff. De legat. 1. Nisi altera pars dolo malo illius, qui sponsalibus vel promissioni de sponsalibus factæ renunciat inducta, sumptus vel expensas fecerit, vel aliter damnum senserit: tunc enim hi tàm sumptus quàm impensæ, nec non & interesse damni actione non quidem ex stipulatu, sed de dolo, repeti possunt, *Bart. d. l. Titia in princ. n. 3. & ibi Iaſ. n. 18. Zaſ. n. 9. Abb. d. c. gemina. n. 11. Ang. de Clava. in Sum. ver. ſponſalia. arg. l. ſi cùm mihi. ff. De dolo.* Hæc conclusio fallit in promissione pœnæ absque suspicione fraudis & mandato Sponsi vel Sponsæ non interveniente facta nomine sponsalium vel nuptiarum contrahendi à penitus extraneo, nec amicitia magna Sponsæ vel Sponso conjuncto, hæc enim promissio rata est, *gloss. Bart. Iaſ. & Zaſ. d. l. Titia. Bart. d. l. mulieri & Titio. arg. illius text. ff. De condit. & demonſtrat. Abb. d. c. gemina. Ang. de Clava. in Sum. verb. ſponſalia.* Circa 83
quod annotandum, quòd licet promissio facti alieni regulariter non valeat, *l. ſtipulatio iſta in princ. ff. De verb. obligat.* In sponsalibus tamen atque matrimonio contrahendo promissionem facti alieni indistinctè valeat, *gloss. c. ubi non eſt conſenſus. 30. q. 2. Bald. l. fin. C. De ſponſal. Alex. & Iaſ. l. ſtipulatio iſta in princ.* Et si is, qui promi- 84
sit juveni se facturum atque curaturum, ut puella aliqua ipsi nubat, sique ipse hoc non effecerit, se ei daturum certum quid pœnæ nomine, adhibuerit omnem curam & diligentiam, ut puella stipulatori nuberet, cæterum hoc nullo modo efficere potuerit, ipse excusatus est, nec pœnam solvere cogitur, *Feder. de Sen. Conſ. 122. Bart. Conſil. 236. lib. 1. Anton. de Butr. & Abb. d. c. gemina. Ioan. de Immol. & Zaſ. d. l. Titia in princ. Socin.*

d. Conſ 3. lib. 1. Alex. in add. ad Bart. l. Quia autem in princ. ff. De conſtit. pecun. Aret. Conſ. 80. Conſ. 143. Ang. de Clava. in Summ. ver. ſponſalia. Dec. l fin. §. 1. ff. Si cert. petat. Dec. l. impoſſibilium. ff. De reg. iur. arg. l. ſi vehenda. §. fin. ff. Ad leg. Rhod. de iact. Quæ ſententia communior eſt, quamvis ab ea recedat. Iaſ. d. l. ſtipulatio iſta in princ. d. l. Titia in princ.

85 Deinde annotandum licet ſtipulatio pœnalis adjecta promiſſioni de ſponſalibus vel nuptiis contrahendis factæ, rata non ſit: tamen neque nuptias neque ſponſalia, poſt hanc ſtipulationem contracta, vitiari, *Anton. de*
86 *Butr. & Abb. d. c. gemina. Iaſ. d. l. Titia in princ.* Tertius effectus ſponſalium eſt, quòd is, qui ſecunda ſponſalia contrahit, antequam prima ſoluta fuerint, infamis effi-
87 citur, *l. 1. ff. De his qui not. infam.* Quartus effectus ſponſalium eſt, quòd concubitus inter Sponſos ſecutus, efficiat, ut hæc ſponſalia in nuptias ſive matrimonium tranſeant, *c. 15. qui fidem. extra De ſponſalib.* etiamſi hæc ſponſalia non purè, ſed ſub conditione contracta fuerint, *c. ſuper eo, c. per tuas. extra De condit. appoſ.* item, etiamſi contraria proteſtatio interveniat, *Abb. c. cùm M. Ferrarienſis. & ibi Dec. n. 25. extra De Conſtit.* niſi ante concubitum ſponſalibus renunciatum fuerit: hoc enim
88 caſu concubitus ſequens, matrimonium non efficit, *Abb. c. per tuas. n. 6. extra De condit. appoſ.* Quintus effectus ſponſalium eſt, ut, ſi ſponſalia jurata fuerint, Sponſus vel Sponſa, qui vel quæ juramentum præſtitit, præcisè poſſit compelli juramentum implere & matrimonium contrahere, *c. ex literis. Cl. 2. & ibi Abb. extra De ſponſalib.* niſi Sponſus Sponſam vel è converſo Sponſa Sponſum omninò abhorreat, vel odio tali proſequatur, vel futurum ſcandalum, aut alia juſta cauſſa contrarium

ſuade-

suadeat, *c. requisivisti. & ibi Abb. extra De sponsal. Zas. d. l. Titia in princ.* Sextus effectus sponsalium est, quòd illi, 89
qui temerè & absque legitima caussa sponsalibus renunciat, propter fidem datam ruptam pœnitentia injungi possit, *c. 1. De sponsa. duo.* Septimus effectus sponsalium 90
est, quòd præsens absentem expectare teneatur, vel, usque ad biennium, si vel ignoretur, ubi absens Sponsus degat, vel, si hoc quidem certum sit, sed ipse absens nulla necessitate impediatur, quò minùs ad Sponsam redeat, *l. 2. & ibi Bald. C. De sponsal.* vel etiam ad longius tempus, si certum sit, ubi Sponsus degat, & constet ipsum morbo vel aliâ necessitate impeditum, ad Sponsam non redire, *l. pen. ff. De sponsal. Abb c. de illis. extra eod. tit. Kling. c. quoniam frequenter. §. porrò. extra ut lit. non contest.* Et licet Sponsæ liberum sit, etiam non expectato Sponso absente sponsalibus renunciare, *l. 1. de sponsalib. d. c. de illis.* Si tamen ipsa non expectato Sponso absente absque justa caussa sponsalibus renunciaverit, ipsa arrhas datas perdit, & acceptas in duplum vel etiam quadruplum si hoc conventum fuerit, restituere cogitur, 91
arg. l. fin. C. De sponsalibus. l. 2. C. eod. tit. Octavus effectus sponsalium est, quòd sponsalibus dissolutis dissensu unius ex sponsalibus, is, cujus dissensu sponsalia absque justa & legitima caussa dissoluta fuerunt, perdat omnia illa, quæ Sponso vel Sponsæ dedit, atque quòd omnia ab ipso repeti possint, quæ ipsi à Sponsa vel Sponso donata fuerunt, *l. cùm veterum. C. De sponsal.* Quod tamen tantùm procedit in illis, quæ Sponsus Sponsæ vel è converso donavit post sponsalia contracta: secus est in illis, quæ ante sponsalia contracta donata sunt: illa enim indistinctè accipientis remanent, quoquo modo spon-

salia soluta fuerint, *Bald. d. l. cùm veterum.* Secundò hoc tantùm procedit in illis, quæ constat Sponsum Sponsæ vel è converso Sponsam Sponso donasse: secus autem est in illis, quæ à Sponso Sponsæ non donationis causa tradita fuerunt: illa enim quocunque modo solutis sponsalibus, sive illud fiat morte sive per dissensum Sponsi vel Sponsæ repeti posse statuo, *arg. eius quod docet*
92 *Bart. Bald. Ang. l. in his. §. 1. ff. Solut. matr.* Circa quod annotandum, Dd. nostros magis communiter concludere annulos, catenas aureas, vestes pretiosas, vel similia donaria à Sponso vel à parentibus Sponsi Sponsæ tradita vel transmissa in dubio non intelligi Sponsæ data vel transmissa titulo donationis: ideoque quibuscunque modis solutis sponsalibus ea à Sponso vel heredibus illius repeti posse, *Iacob. Butriga. l. cùm in te. C. De donat. ant. nupt. Bald. Auth. Ex testamento. C. De collat. Anton. de Butr. Cons. 38. Incipient.* Quia major pars quæstionum, *Bart. l. 1. §. nec castrense. n. 10. ff. De castr. pecul. Petr. de Anchor. Cons. 181. Corn. Cons. 65. lib. 3. arg. l. sed si vir ex lana. ff. De donat. int. vir. & uxor. l. id vestimentum. ff. De castr. pecul. Bart. Bald & Alex. d. l. in his. §. 1. Bart. l. si ut certo. §. interdum. ff. Commod.* Nisi vel Sponso à Sponsa antea æqualis æstimationis res donata fuerit, *arg. l. si verò non remunerandi. §. Papinianus. ff. Mand.* vel res tradita aut transmissa aut Sponso Sponsæ modica fuerit, *arg. l. ex animo in princ. ff. De donat. int. vir. & uxor. Dd. in l. quæ dotis. ff. Solut. matr.* Quæ sententia & verior & communior est, quamvis aliqui Dd. nullis justis rationibus moti, velint, ea, quæ Sponsus Sponsæ transmittit vel tradit, simpliciter licet illa sint maximi valoris, intelligi à Sponso Sponsæ, donationis causa transmissa & tradita, *Bald. l. cùm in te. Matt. de Afflict.*

Afflict. Decis. Neapol. 315. n. 7. Deinde annotandum, si 93
sponsalia morte vel alio casu dissoluta fuerint, cum, qui arrhas accepit, neque illas lucrari neque illas ultra simplum restituere cogi, *l. arrhis. & ibi Bald. C. De sponsalib.* Eodem jure indistinctè utimur & in rebus à Sponsa Sponso donatis, *l. si à Sponso. C. De sponsal.* Cæterùm res, quas Sponsus Sponsæ donavit sponsalibus casu dissolutis, Sponsus vel heredes illius repetere possunt, vel in solidum, si hæc donatio osculo non interveniente facta fuerit; vel pro parte dimidia tantùm, si hæc donatio osculo interveniente facta fuerit, *d. l. si à Sponso.* Et quibus mo- 94
dis sponsalia dissolvi possint, *videte Ang. de Clava. in Sum. ver. sponsalia.* Kling. *in Tract. de caus. matrimon.*

De Nuptiis.

SUMMARIA.

1. *Transitio.*
2. *Matrimonii divisio bimembris.*
3. *Initiatum quod dicatur, quodq; consumatum?*
4. *Matrimonium solo consensu initum consumatum & perfectum dicitur quoad essentiam. & n. 10.*
5. *Nec dissensu dissolvitur: Quod ampliatur ibid. & n. seq.*
6. *Sed num per matrimonium cum alia contractum & concubitu consumatum? Canon. negant.*
7. *Consistoria nostra contrarium pronunciant de consuetudine.*
8. *An & cur hoc possint?*
9. *Et num extra hunc casum matrimonia solo consensu inita, dissolvere queant, absq; gravissima caussa?*
11. *Nuptiarum definitio & plena ejus explicatio? n. seq. usq; ad n. 170.*
12. *Matrimonium contractum nominatum esse & bonæ fidei firmatur.*

13. *Non,*

13. Non, ut dolus causſam dans cæteris bonæ fidei contractibus ipſo jure illos nullos reddit. Sic & matrimonium.

14. Matrimonium juris divini eſt: Inde infertur. ibid. & n. ſeq.

15. Papa cur non poſſit diſpenſare, ut Rex vel Dux Reginam vel Ducisſam ſterilem dimittat, vel ea retentâ aliam ducat.

16. An verò diſpenſare poſſit, ut ad certum tempus quis uxorem ducat. Conr. Bald.

17. Et nam permittere meretricijs blanditijs inducto ad matrimonium contrahendum, ut prima dimiſſa ſecundam ducat. Contr. Soc. & alios.

18. Statutum non valet, ut furoris amore contractum matrimonium abſq; dotalibus inſtrumentis ratum non ſit.

19. Sententia contra matrimonium lata in rem judicatam nunquam tranſit, nec matrimonium per ſe legitimum ſolvit.

20. Poſt publicatas atteſtationes & dicta teſtificata, quando publicationes non admittuntur, ad matrimoniales cauſſas non extenditur.

21. Lex civilis prohibens inter tutorem & pupillam matrimonium, rata non eſt.

22. An verò illa valeat, quæ prohibet, ut rapta raptori nubat, & contrafacienti pœnas irrogat?

23. An & quatenus pœnæ irrogatæ intra annum luctus nubentibus, & generaliter ad ſecunda vota tranſeuntibus, ſublatæ ſint.

Vbi auctor notabilia infert.

24. Et quando etiam pœnæ, quæ irrogantur mulieri tranſeunti ad ſecundas nuptias, ob favorem liberorum primi matrimonii, non habeant locum. & n. ſeq. & n. 26. 27. 28. 29. & 30.

25. Quod conſuetudine tolli poſſint: unde infertur ibid.

27. Vidua inhoneſtè vivens & ſtuprum perpetrans quid perdat?

28. Et quid de jure Saxonico.

30. Diſpoſitio l. hac edictali C. De ſecund. nupt. an procedat tantùm in illis, quæ prioris matrimonii liberis ultra legitimam relicta ſunt.

31. Conſenſus contrahentium in nuptijs requiritur.

32. Error perſonæ quamobrem matrimonium impediat. & n. 34. contr. Kling.

33. Qualiter quis in perſona errare intelligatur?

35. Error conditionis quando matrimonium vitiet vel non.

36. Quid

36. *Quid in errore literæ, ſyllabæ, nominis, patriæ, fortunæ.*

37. *Qualitatis: & n. ſeq.*

38. *Quid, ſi quis corruptam, quam virginem eſſe putabat, in uxorem duxerit? Contr. Canones pro Melanch.*

39. *Matrimonium errore vitiatum quando convaleſcat?*

40. *Conſenſu interveniente qualiter nuptiæ indiſtinctè contrahantur?*

41. *Quid tamen ſi non interveniant dotalia inſtrumenta vel alia pompa & ſolennitas, ſed noctu contrahantur & clam nuptiæ?*

42. *Matrimonium abſq; dote & donatione propter nuptias ratum eſt. & n. 127.*

43. *Mulier marito ſuo nubens dote non expreſſè conſtituta, an & quando intelligatur marito ſuo bona omnia vel partem illorum in dotem dediſſe?*

44. *De parentum conſenſu in nuptiis. remiſſivè.*

45. *Conſenſus ſpontaneus & liber eſſe debet.*

46. *Qualis metus & quantopere matrimonium vitiet? & n. 49. 50.*

47. *Metus non præſumitur, ſed probari debet.*

48. *Quomodo verò probetur?*

50. *Duobus teſtibus de metu hic deponentibus magis creditur quàm mille contrarium deponentibus.*

Fallit ibid.

51. *De metu plura, remiſſivè.*

52. *Conſenſus in nuptiis legitimus requiritur.*

53. *Matrimonium conditio turpis inhoneſta & legibus reprobata qualiter & quando vitiet & nullum reddat?*

54. *Et quid ſit in conditione non impoſſibili, licet vel falſa vel vera ſit.*

55. *Matrimonium contractum ſub conditione de futuro legibus non reprobata, in eventum hujus conditionis ſuſpenditur.*

56. *Fallit ſeptem caſibus.*

57. *Conditione exiſtente matrimonium ſub conditione contractum purum efficitur, licet de novo conjuges non conſentiant.*

58. *Quod tamen ſex modis notabiliter limitatur. & n. ſeq.*

59. *Quid ſi adjecta ſit conditio contraho tecum, ſi parentibus vel amicis meis placuerit.*

60. *Matrimonium contra prohibitionem Eccleſiæ qualiter ratum ſit?*

61. Quæ personæ matrimonium contrahere possint, vel non? & n. sequentib.

62. Impedimentum propter quod matrimonii contractus prohibetur, duplex est: juris & facti.

63. Impedimenta juris quæ? & de his usq; ad n. 91.

64. Cognatio quotuplex?

65. Cognatio naturalis quæ?

66. Et quomodo matrimonium impediat inter ascendentes & descendentes? ubi contra gloss. & alios.

67. Item, inter transversales sive collaterales.

Vbi auctor valdè luculenter disserit ex omni jure divino, civili, canonico.

68. Cognatio spiritualis quæ, & quomodo matrimonii contractum impediat, & quo jure? & n. 70.

69. Hæc cognatio spiritualis inter quas personas contrahatur?

70. De hac cognatione spirituali quid in Ecclesiis reformatis?

71. Civilis cognatio quæ, & quibus casibus, & quando demum nuptiis impedimentum præstet?

72. Affinitas quæ & qualiter contrahatur, & nuptias impediat tàm de jure civili, divino, canonico, & n. 73.

Vbi de gradibus & generibus affinitatis; & n. 74.

Vbi contra multos Dd. auctor ostendit secundum & tertium genus affinitatis omni penitùs effectu carere: & n. seqq.

Vbi traduntur de hac materia regulæ.

75. Persona addita personæ per propagationem mutat gradum & non genus affinitatis.

Illustratur exemplo. Ibid.

76. Persona addita personæ per carnis copulam, mutat genus & non gradum.

Declaratur exemplis. Ibid.

77. Publica honestas an & quando prohibeat matrimonium contrahere?

78. Et quid in religionis disparitate? Vbi pulchrè.

79. Quibus casibus matrimonium inter Christianum & Ethnicam vel hæreticam ratum est, mulier illa non gaudet privilegiis & commodis mulieribus legibus indultis.

80. Quando

80. Quando tamen illa recuperet?

81. Ligamen quo jure & quam: opere matrimonii contractum impediat?

82. Et quâ pœnâ afficiatur is, qui vivente uxore primâ, cum alia matrimonium contrahit.

83. Vtrum matrimonium cum secunda uxore, mortuâ primâ, contractum ab eo, qui credebat primam adhuc vivere, ratum sit? remissivè.

84. Quæ & quot crimina impediant saltem matrimonium contrahi, sed contractum non dissolvant.

Vbi notatu digna.

85. Quæ & quot crimina matrimonium & contrahi impediant, & contractum etiam dissolvant?

86. Et quid si vivente conjuge suâ, quis cum alia matrimonium non intervenientè concubitu contrahat: vel fidem de matrimonio contrahendo det?

87. Quidq; si concubitus subsecutus fuerit?

Vbi prolixè & pulchrè cum aliquot declarationibus & limitationibus.

88. Machinatio in mortem alicujus qualiter & quando impediat matrimonium cum interfecti vidua contrahi?

89. Quatenus quoad impedimentum criminis Ecclesiæ reformatæ sententiæ à Canonibus discrepent? remissivè.

90. Votum castitatis & ordo an & quo jure impedimentum nuptiis præstent?

91. De impedimento statuti & consuetudinis remissivè.

92. De impedimentis facti usq; ad n. 109.

93. Inhabilem & impotentem ad coëundum contrahere non posse matrimonium, ampliatur 11. modis & n. seq. & n. 98. 100. 102. At limitatur n. 103. 105. 106. & 107.

94. Inhabilitatem allegare alteri conjugum licet, & ob eam petere, declarari matrimonium nullum.

95. Etiam in articulo mortis.

96. Et mortuo conjuge altero vel utroq; idem heredibus licet.

97. Quæ ex hac allegatione & probatione impotentiæ ad heredes commoditas redundet?

Notabiliter.

98. An testiculis carens vel aliter semen non emittens licet fœminæ commisceri possit, matrimonium recte contrahat?

99. Et quid sit in fœmina sterili, apta tamen?

100. Inter impedimentum manifestum & occultum quid interfit, quoad separationem thori?

Vbi eleganter de thori separatione?

101. Testibus deponentibus de signis impotentiæ, quòdq; mulier separationem petens ob viri impotentiam cognita non sit, non nisi juratis credatur.

102. Matrimonium à puberibus contractum an ratum sit?

103. Quid juris, si impotentia post contractum matrimonium superveniat?

104. Et num hoc præsumatur in dubio?

105. Matrimonium à senibus contractum cur & quando ratum sit?

106. Habilis scienter contrahens nuptias cum impotente, num separationem petere possit?

Et num hoc casu verum matrimonium dici possit? ibid.

107. Sententia lata contra matrimonium propter impedimentum facti non transit in rem judicatam.

108. Quod autem si pro matrimonio sit lata?

109. Libellus, quo petitur propter facti impedimentum, thori separatio qualiter procedat?

110. Matrimonium contra impedimenta juris ex certa scientia contractum quàm nullum sit ipso jure. & n. sequentib. & n. 119.

111. Dispositio de matrimonio loquens an & quando ad matrimonium contra juris impedimenta contractum extendatur?

112. Contra juris prohibitionem matrimonium contrahentes viri & mulieris appellatione non continentur.

113. Liberi nati ex incestis & prohibitis nuptiis quàm illegitimi sint, quòdq; ne naturalium liberorum nec cognatorum nec conjunctorum quidem appellatione veniant, & omni beneficio sint indigni.

114. Quòdq; parentes illis non succedant, nec hi vicissim parentibus. An verò transversalibus parentibus conjunctis?

115. Et, num & quando parentes illis aliquid saltem alimenta & dotem dare vel relinquere possint vel debeant?

116. Ex

116. Ex prohibitis nuptiis nati quæ non possint præterea ut liberi peragere? & n. seq.

117. Et quâ pœna afficiatur, si parentem interficiat, contra Bald. & Felin.

118. Dispositum de liberis & parentibus, quibus casibus extendatur ad liberos ex illicito matrimonio natos. & n. seq.

120. Matrimonium contra juris prohibitionem contractum, quando in dubio ignoranter contractum præsumatur?

121. Et an & qualiter scientia probetur per testes, qui de diversis actibus deponunt.

122. Quando contrahentes in dubio præsumantur, juris impedimentum sciviſſe?

123. Quo casu liberi ex matrimonio prohibito nati legitimi sint quoad utramq; parentem?

124. Iurans se quam ducturam: indotatam tamen ducere non cogitur.

125. Vxorem absq; dote parentibus non consentientibus ducens dotem peterè non prohibetur.

126. An & quando mulier ob dotem promissam non solutam ex ædibus à marito expelli, eaq; alimenta negari possint?

128. Non dos sine matrimonio esse potest.

129. Vnde infertur, dotem datam respectu matrimonii contra leges contracti, actione ex stipulatu, quæ pro dote repetenda competit, repeti non posse.

130. Verum verò dos hoc casu per condictionem sine causſa repeti possit?

Deciditur ibid. & n. 131.

Vbi Bartoli & Dd. contraria sententia salvatur.

132. De variis pœnis contrahentium incestas nuptias. & n. 135.

133. Et utrum hæ pœnæ habeant locum in omnibus illis, qui contrahunt nuptias legibus prohibitas: an verò duntaxat in illis, qui contrahunt nuptias legibus prohibitas ratione sanguinis tantùm?

134. Numq; pœnæ publicationis bonorum, exilii, verberum & adulterii habeant locum in his, qui contrahunt nuptias non jure divino vel civili, sed canonico tantùm prohibitas?

135. *Incestas nuptias saltem approbantes infames sunt.*

136. *Vtram in illis, in quibus matrimonium aliquin ratum non est, dispensari possit, ut ratum sit?*

Vbi de dispensatione doctè arguitur contra multos.

137. *Matrimonium est unius mariti & unius fœminæ conjunctio. Inde infertur ibid.*

138. *Est individua vitæ consuetudo: Quod ampliatur ibid. & n. seqq. 140. 141.*

139. *Conjunx sanus quomodo conjugi contagioso morbo laboranti cohabitare cogatur?*

140. *Vxor qualiter maritum sequi teneatur vel non? & è converso.*

141. *Maritus qualiter uxorem alere, & ægrotanti in medicinis reliquis perspicere debeat, & vicissim.*

142. *Pœna mariti non quærentis ægrotæ uxori Medicum, vel nullum vel indoctum.*

143. *Pœna denegantis uxori alimenta aliasve necessaria: Contra Alex. & Ias.*

144. *Expellentis uxorem de domo absque justa caussa.*

145. *Matrimonium quot quibus modis solvatur?*

146. *Et qualiter morte?*

147. *Divortium jure canonico ex quibus caussis permittatur? usque ad n. 161.*

148. *Et qualiter propter adulterium vel fornicationem alterius conjugis?*

Vbi octo notabiles ampliationes & septem fallentiæ referuntur.

149. *Virum querela adulterii vel fornicationis commissæ ab uxore ad heredes mariti & contra, transeat? remissivè.*

150. *Divortium secund. Canon. peti potest, si alter conjugum ad hæresin alium trahere volet.*

151. *Vel si maritus uxorem ad aliud horrendum scelus trahere nitatur, & ab hac insolentia compesci nequeat.*

152. *Idem est, si sic conjugis vitæ insidietur.*

153. *An verò & quando propter desertionem alterius conjugis divortium petatur?*

154. *Desertor quis censendus?*

155. *Ma-*

155. *Matrimonio per fornicationem vel similem causam soluto, num innocenti parti permittatur matrimonium cum alio contrahere nocente parte vivente?*

156. *Virum hoc casu matrimonium ipso jure an verò per sententiam separetur?*

157. *Et num non separetur nisi innocente parte volente, & hanc voluntatem declarante?*

158. *Quomodo ante sententiam divortii latam, & antequam innocens voluntatem separationis declaret, matrimonium ipso jure redintegretur?*

159. *Et quomodo declaratio tacitæ voluntatis, per quam reconciliatio inducitur, fieri intelligatur?*

160. *Et quid requiratur ad redintegrationem, si propter adulterium aliamve justam causam matrimonium per sententiam divortii & declarationem voluntatis innocentis, dissolutum sit?*

161. *Matrimonium est divini humanique juris communicatio.*

162. *Vxor & maritus una caro & persona.*

163. *Alimenta sibi stipulans etiam uxori stipulatus intelligitur.*

164. *Calamitas uni conjugum eveniens utrique communis est. Fallit ibid.*

165. *Vxor consequitur genus, dignitatem & domicilium mariti.*

166. *Non dominium bonorum mariti.*

167. *Bona uxoris quomodo communicentur marito? ubi de triplicibus bonis uxoris.*

168. *Et, utrum fructus & extantes & consumpti, ex bonis uxoris non dotalibus, tàm paraphernalibus quàm non paraphernalibus à marito constante matrimonio concepti, uxori vel heredibus illius restituendi sint. Remissivè.*

169. *Vxor & maritus simul cum tertio contrahentes, quilibet pro rata tantùm non in solidum obligatur.*

170. *Ad quem finem matrimonium divinitùs institutum?*

171. *Nuptiarum divisio: & illicitarum subdivisio.*

172. *Incestæ sive nefariæ quæ?*

173. *Inutiles quæ?*

174. *Licitarum nuptiarum subdivisio.*

175. *Effectus matrimonii.*

DE

DE NUPTIIS.

1 ABSOLVIMUS hactenus Sponſalium materiam, proximum nunc atque conſequens eſt, ut nuptia-
2 rum ſive matrimonii materiam aggrediamur. Circa quod annotandum, matrimonium aliud dici initiatum,
3 aliud conſumatum, *c. quapropter. 27. q. 2.* Initiatum matrimonium dicitur, quod ſolo conſenſu de præſenti inter maſculum & fœminam initum ſive contractum eſt. Conſumatum verò, quod matrimonium id dicitur, quod corporum commixtione perfectum eſt, *d. c. qua-*
4 *propter.* Cùm tamen matrimonium ſive nuptias non concubitus, ſed conſenſus ſolus faciat, *l. cùm fuerit. ff. De condit. & demonſtr. l. nuptias. ff. De reg. iur. §. Nuptias Auth. De Nupt. l. cùm hic ſtatus. §. Si mulier. ff. De donat. int. vir. & uxor. l. fin. C. De repud. c. ſufficiat. 27. q. 2. c. fin. extra. De ſponſalib. duo.* matrimonium conſenſu de præſenti ſolo contractum, licet quoad ſignificationem conſumatum ſive perfectum non ſit, *c. debitum. extra de bigam.* tamen quoad eſſentiam ſive ſubſtantiam perfectum judicatur *gloſſ. c. cùm initiatur. Cl. 1. & 2. gloſſ. c. quapropter. 27. q. 2. Abb. c. licet. extra De ſponſ. duo. arg. c. ex parte. Cl. 2. extra De conver. coniug. c. fin. extra De ſponſ. duor. d. l. nuptias.*
5 Ideoque matrimonium conſenſu ſolo initum, diſſenſu contrahentium ſolo æquè diſſolvi non poteſt, ſicut matrimonium concubitu conſumatum diſſenſu ſolo diſſolvi nequit, *c. 2. extra De transl. prælat. c. an quod. 33. q. 2. c. ex parte. extra De converſ. coniug. l. conſenſu in princ. C. De repud. Dec. l. nihil tàm naturale. ff. De reg. iur.* Quod uſque adeò verum eſt, ut licet alter ex conjugibus poſt matri-

monium

monium ſolo conſenſu initum, fuerit factus hæreticus vel leproſus ante concubitum ſecutum, propter hanc cauſſam ſeparatio fieri nequeat, *d. c. ex parte. Cl. 2. & ibi Abb. extra De converſ. coniug.* Secundò hoc, ſecundum 6
canonicas ſanctiones extenditur, ut matrimonium ſolo conſenſu de præſenti initum, non diſſolvatur per matrimonium cum alia contractum & concubitu conſumatum, *c. 1. c. licet. & c. fin. extra De ſpon. duo.* Quod uſque adeò verum eſt, ut conſuetudo contraria rata non ſit, *c. fin. extra De ſpon. duor.* In noſtris tamen Conſiſtoriis 7
contrarium ſervatur atque pronunciatur, quòd videlicet per matrimonium concubitu & corporum commixtione conſumatum, matrimonium præcedens ſolo conſenſu initiatum ſolvatur, atque is, qui eo modo cum duabus matrimonium contraxit, illi cohabitare cogatur, non cum qua priùs matrimonium conſenſu ſolo initiavit, ſed illi, cum quo poſtea matrimonium concubitu ſecuto conſumavit. Quæ conſuetudo pronunciandi 8
ex eo confirmari poteſt, quod Dd. noſtri magis communiter tradunt, Papam contra matrimonium ſolo conſenſu initum diſpenſare atq; conſuetudinem, quæ vult, ut matrimonium concubitu conſumatum, matrimonium præcedens ſolo conſenſu initiatum diſſolvat, & inducere, & ab aliis inductum confirmare poſſit, *Hoſt. d. c. fin. & ibi Præpoſ. extra De ſpon. duo. gloſſ. Hoſt. & Dd. c. ex publico. extra De converſ. coniug. Bald. l. Deo nobis in prine. C. De Epiſcop. & Cleric. Petr. de Anchor. Conſ. 239. Felin. c. quæ in Eccleſiarum. n. 20. & ibi Dec. n. 15. extra De Conſtit. Socin. Conſ. 28. lib. 1. Dec. Conſ. 112. Conſ. 603. Conſ. 681.* Quare cum Theologis noſtris in illis, quæ legi divinæ vel honeſtati non refragantur, non minùs liceat quàm Papæ

permissum sit; sequitur & Theologos nostros optimo jure hanc consuetudinem introducere potuisse, ut matrimonium concubitu consumatum, matrimonium præ-
9 cedens solo consensu perfectum dissolvat. Non tamen credo extra hanc causam Theologis nostris permissum esse absque maxima causa matrimonium solo consensu initum dissolvere, atque uni ex contrahentibus permittere ab hoc matrimonio re integra resilire, & aliud matrimonium contrahere: Cùm ne Papæ quidem liceat matrimonium solo consensu initiatum absque justissima & gravissima causa dissolvere, *Abb. d. c. ex publico. Abb d. c. ex parte. Cl. 2. arg. illius text. Abb. c. fin. extra De sponsa. duo.*
10 *Decis. Conf. 681.* Deinde cùm matrimonium solo consensu consumatum etiam nondum secuto concubitu, quoad essentiam suam perfectum judicetur: sequitur, quod dispositum de uxore & marito in illis quoque locum habeat, inter quos matrimonium consensu solo, etiam absque concubitu consummatum fuit, *prout hoc latè*
11 *docuimus. supr. in materia sponsal.* Porrò nuptiæ sive matrimonium, cujus beneficio id consequimur, ut propter liberos atque posteros nostros exinde procreatos immortales judicemur, *Auth. De nupt. in princ.* sunt contractus nominatus, bonæ fidei, jure divino introductus, in quo contractu, ex consensu libero & legitimo inter personas habiles & aptas intercedente, oritur maris atq; fœminæ conjunctio, individuam vitæ consuetudinem, & divini humanique juris communicationem continens, institutus ad hoc, ut agnoscamus, DEUM esse mentem castam, & in castitate ei serviamus, & hoc modo propagato genere humano colligatur æterna Ecclesia
12 DEO. Cùm enim matrimonium habeat nomen speciale

aliis

aliis contractibus non communicabile: dubium non est, matrimonium esse contractum nominatum, *gloss. Rubr. & ibi Bart. C. De rer. perm.* Similiter certum est, matrimonium esse contractum bonæ fidei, *Ias. § fuerat. n. 13. infr. De act. & dixi in mater. contractuum in tit. De obligat. Quæ ex quasi consens.* Circa quod tamen annotandum, licet dolus dans causam cæteris contractibus bonæ fidei, illos ipso jure nullos reddat, *l. eleganter in princ. & ibi gloss. & Bart. ff. De dol. gloss. & Dd. §. actionum. infr. De action.* Quod tamen dolus dans causam contractus matrimonii sive nuptiarum, hunc contractum regulariter non annulet, *gloss. & Abb. c. cùm dilectus. extra Quod met. caus. Bald. l. cùm Archimedoram. C. ut in poss. legat. Abb. c. dilecti. extra De empt. & vendit. Alex. in addit. ad Bart. d. l. Eleganter in princ. Ias. d. §. actionum. n. 37. Dec. l. pactum quod dotali. C. De pact. Ang. de Clav. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. Impedimentum. 4. facit. c. cùm Apostolica. & ibi Abb. extra De sponsal.* Ideoque si pater alicujus puellæ fecerit promissionem alicui juveni, se illum juvenem æqualiter instituturum heredem cum liberis suis, si ipse filiam suam in uxorem duceret, & ita dolosè induxerit hunc juvenem ad contrahendum matrimonium cum filia sua, hoc matrimonium non redditur nullum; licet ipse hunc juvenem postea heredem non instituat, *Bald. d. l. cùm Archimedoram.* Deinde certum 14
est, matrimonium juris divini esse, *Genes. cap. 2. c. 2. extr. De transl. pralat.* Ideoque nulla constitutione humana matrimonium prohiberi potest, *arg. §. sed naturalia. supr. De iur. nat. gent. & civil. gloss. l. 1. ff. De Constit. princ. gloss. l. fin. C. Si contr. ius vel util. publ. Abb. & Felin. c. 1. extra De sponsal. Alex. Cons. 97. lib. 1. Cons. 1. lib. 3. Carol. Ruin.* 15

Conſ. 164. lib. 5. Dec. c. Eccleſia S. Mariæ. n. 36. extra De
15 *conſtit. Dec. Conſ. 231. Dec. l. nuptias. ff. De reg. iur.* Nec Papa contra matrimonium concubitu conſumatum vel contra ea, quæ ſunt de ſubſtantia matrimonii, diſpenſare poteſt, *Abb. & Dd. c. ex publico. extra De converſ. infid. Bald. l. Deo nobis in princ. C. De Epiſc. & Cleric. Dec. Conſ. 112. Conſ. 603. & Conſ. 681. Lap. Allegat. 86.* Ex quo infertur, quòd ſi Regina vel Duciſſa aliqua ſit ſterilis, Papam diſpenſare non poſſe, ut hic Rex vel Dux, Reginam ſuam vel Duciſſam dimittere, vel eà retentâ aliam ſuperinducere poſſit, *Felin. c. quæ in Eccleſiarum. n. 23. extra De Conſtit. Bald. c. lator. extra De ſentent. & re iud. Anton. Fran-*
16 *ciſc. in addit. ad Abb. d. c. ex publico.* Secundò ex hoc infertur, Papam vel etiam quemlibet alium diſpenſare non poſſe, ut quis tantùm ad certum tempus uxorem ducere atque eo tempore elapſo, uxorem ſuam dimittere poſſit, *Abb. c. ex publico. n. 15.* Quamvis in hoc contrarium,
17 ſed malè teneat *Bald. in l. ſi tibi filius. ff. De adopt.* Tertiò ex hoc infertur, falſam eſſe doctrinam illorum, qui volunt eo caſu, quo quis meretriciis blanditiis inductus fuit ad matrimonium contrahendum, Papam contra matrimonium etiam concubitu conſumatum diſpenſare, atque illi, qui meretriciis blanditiis ad hoc inductus fuit, permittere poſſe, ut ipſa dimiſſa prima, ſecundam uxorem ducere poſſit, *prout de iure reſpondit, ſed perperam Socin. Conſ. 28. lib. 1. quem referunt atq; ſequuntur Dec. c. quæ in Eccleſiarum. n. 13. & ibi Carol. Molin. in addit. extra De Con-*
18 *ſtit. Ioan. de Neviza. in ſylva. nupt. Char. 20.* Quartò ex hoc infertur, non valere ſtatutum, quo cavetur, ut matrimonium contractum furore amoris abſque dotalibus inſtrumentis ratum non ſit, *Bald. c. ex parte. extra De conſuetud.*

ſuetud. Felin. c. 1. n. 10. extra De ſponſal. Quintò ex hoc 19
infertur, cùm ſententia judicis juris civilis ſit, *Bart. & Dd. l. Iulianus. ff. De condict. ind.* ideoque ea, quæ juris divini vel naturalis ſunt, tollere nequeat, *d.l. Iulianus. & ibi Bart. & Dd. l. 1. ff. De condict. ind. Dd. l. cùm quis. C. De iur. & fact. ignor.* Sententiam latam contra matrimonium nunquam in rem judicatam tranſire, nec matrimonium per ſe legitimum diſſolvere, *c. lator. & ibi Abb. & Felin. extra De ſentent. & re iudic. Dd. c. conſanguinei. extra eod. tit.* Sextò ex hoc infertur, diſpoſitionem juris 20
civilis, quæ prohibet, poſt atteſtationes publicatas & teſtificata didicita ſuper iiſdem vel directo contrariis articulis, alios teſtes producere, *Auth. At qui ſemel. & ibi Bart. & Bald. C. De probat. c. fraternitatis. & ibi Abb. & Felin. extra De teſtib. Clem. 2. eod. tit.* ad cauſſas matrimoniales non extendi, *gloſſ. Abc. & Felin. d. c. ſeries. extra De teſtib. Abb. d. c. fraternitatis. Abb. Felin. & Dec. c. iuravit. extra De probat. arg. c. ſicut. & c. ex tenore. extra De teſtib.* Septimò ex hoc infertur, leges civiles prohibentes ma- 21
trimonium contrahi inter tutorem & pupillam, item inter Rectorem provinciæ & mulierem ipſi ſubditam, ratas non eſſe, *Abb. c. Eccleſia S. Mariæ. & ibi Felin. n. 62. extra De Conſtit. Abb. Conſ. 12. n. 2. lib. 1. Bald. § fin. infr. De exceuſat. tutor. Salic. l. fin. C. De int. mat. Ant. de Butr. c. per venerabilem. extra Qui fil. ſint, legit. gloſſ. c. 1. 30. q. 3. Felin. c. 1. n. 11. extra De ſponſal.* Octavò ex hoc infertur, 22
legem civilem, quæ prohibet, ut rapta raptori nubat, & ſi contra hoc rapta fecerit, ei irrogat pœnam amiſſionis bonorum, quæ rapta propter raptum commiſſum à raptore lucrata fuit, *Auth. De rapt. mul. non valere. gloſſ. c. De puellis ver. nullatenus. 36. q. 2. Abb. c. cùm cauſſam. extra*

De raptor. Abb. c. 1. extra De ſponſal. Feder. de Senis. Conſ. 36. Felin. c. Eccleſia S. Mariæ. n. 60. & ibi Dec. n. 34. extra De Conſtit. arg. c. fin. extra De raptor. iunct. l. Gracchus. C. Ad leg. Iul. de adult. Et hæc ſententia communis eſt, *Carol. Molin. in addit. ad Dec. d. c. Eccleſiæ S. Mariæ.* Quamvis in hoc contrarium, ſed malè teneat *gloſſ. c. cùm ſecundum, ver. certoq; caſu. & ibi Ioan. Andr. Do. Gemina. & Petr. de Anchor. De haret. lib. 6. Anton. de Butr. & Felin. c. 1. extra De ſponſal. Salic. l. 1. C. De raptor. virg. Ioan. de Anan. d. c. cùm cauſſam. Luc. de Penn. l. 3. C. De navic. lib. 11. Alex. Conſ. 3. n. 12. lib. 7. Carol. Molin. in addit. ad Dec. d. c. Eccleſia S. Mariæ.*

83 Nonò ex hoc infertur, pœnas irrogatas mulieri nubenti intra annum luctus: item & illas, quæ ſtatutæ ſunt in illos, qui ſecundas nuptias contrahunt, *de quibus in l. 1. & omnibus legibus illius tit. C. De ſecund. nupt. Auth. De non elig. ſecund. nub.* hodiè ſublatas eſſe, *c. pen. & c. fin. & ibi Abb. extra De ſecund. nupt.* Quod tamen procedit tantùm quoad pœnas irrogatas ſecundo nubenti in odium ipſius: ſecus autem eſt in pœnis ſtatutis in ſecundo nubentes favore liberorum primi matrimonii: Namque quoad illas, leges civiles correctas non eſſe. Dd. noſtri communiter concludunt, *Bart. l. 1. C. De ſecund. nupt. Bart. l. liberorum. ff. De his qui notant. infam. Bald. l. ſi qua. C. Ad Tertull. Petr. de Anchor. c. 1. extra De Conſtit. Idem Petr. de Anchor. Conſ. 101. Ioan. de Anan. Conſ. 73. Alex. Conſ. 115. lib. 5. Conſ. 3. n. 12. lib. 7. Socin. Conſ. 34. & Conſ. 39. lib. 1. Dec. Rubr. C. De ſecund. nupt. Dec. Conſ. 230. Stephan. Bertrand. l. fœmina. C. De ſecund. nupt. Idemq; Bertrand. Conſ. 89. Incip. Ex themate. & Conſ. 100. Incip. Dudum. lib. 1. Rom. Conſ. 182. Aym. Cravett. Conſ. 36. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 75. Card. Pariſ. Conſ.*

Conſ. 29. n. 37. lib. 3. arg. l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe ff. Ne quid in loc. publ. Et hæc ſententia verior eſt, quamvis contrarium, ſed malè teneat *Oldrad. Iacob. de Aret. Petr. & Cyn. l. 1. C. De ſecund. nupt. Abb. c. fin. extra eod. tit. Abb. d. c. Eccleſia S. Mariæ. & ibi Felin. n. 56. & Dec. n. 35. Luc. de Penn. l. mulieres. C. De incol. lib. 10. Ioan. Ign. l. ſi quis in gravi. §. cùm ex parte. ff. Ad Syll.* Quod uſque adeò verum eſt, ut licet liberi primi matrimonii interveniente juramento antequam tranſiverint ad ſecundas nuptias bonis vel ſucceſſioni parentum, parentibus poſtea ad ſecunda vota tranſeuntibus, ipſi non excludantur à lucro, quod ipſis propter tranſitum parentum ad ſecunda vota, ex bonis parentum defertur, *Oldrad. Conſ. 294. Guid. Pap. Quæſt. 228. Dec. Conſ. 206. Dec. Rubr. C. De ſecund. nupt. arg. l. Quod Servius. & ibi Iaſ. ff. De condict. ob cauſſ. l. in lege. & l. Rutilia ff. De contrah. empt. l. quidam cùm filium in princ. ff. De verb. obligat. l. ſi duobus ſervis. l. ſi mihi purè. & l. ſi Titio in princ. ff. De legat. 2.* Ex quo ſequitur, cùm favore liberorum introductum ſit, ut pater vel mater tranſiens ad ſecunda vota, perdat proprietatem omnium illorum bonorum, quæ à conjuge defuncto quolibet titulo non oneroſo, *Bald. l. hac edictali. §. his illud. C. De ſecundis nuptiis. Bald. Auth. in Donatione. C. eod. tit. Roman. Conſ. 219. Dec. l. 1. n. 15. C. De ſecund. nupt.* adquiſivit, eaque applicetur liberis prioris matrimonii, *l. fœminæ. & l. generaliter. C. De ſecundis nuptiis. l. 2. & ibi Iaſ. C. De ind. vid. toll.* hoc per jus canonicum correctum non eſſe. Deinde ex hoc ſequitur, correctas

non

non esse Novellas constitutiones, quæ favore liberorum prioris matrimonii sanciunt, ne mater, quæ ad secundas nuptias transivit, liberis prioris matrimonii, in bonis, quæ illi liberi à parente prædefuncto acceperunt, ab intestato succedat, nisi quoad usumfructum tantùm, *Auth Ex testamento C. De secund. nupt. Aym. Cravet. Conf. 37.* Similiter ex hoc colligitur, abrogatam non esse legem civilem, quâ favore liberorum primi matrimonii sancitum est, ne conjunx, qui ad secunda vota transivit, secundæ conjugi plus vel in ultima voluntate relinquat, vel quolibet titulo concedat, quàm uni ex liberis primi matrimonii, cui minus relinquit, de bonis suis contulit, *l. hac edictali. C. De secund. nupt.* cujus legis disposito procedit, sive maritus quid donet vel relinquat conjugi secundæ per se, sive per interpositam personam, *l. pupillus. §. sed etsi per interpositam. ff. De auth. tutor, l. 2. ff. De adm. rer. ad civit. pertin. l. pen. C. Quod met. causs.* Item, etiamsi hæc donatio vel relictum, juramento confirmatum fuerit, *Bart. d. l. Hac edictali. Bart. l. cùm quis decedens Titia. ff. De legat. 2. Bald. l. 1. quæst. 3. C. De inoffic. donat. Bald. Conf. 22. lib. 5. Dec. Conf. 246. Dec. Auth. Præterea. C. und. vir & uxor.* Item non tantùm in liberis primi gradus, sed etiam in liberis ulterioris gradus nepotibus nempe vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus, *l. hac edictali in princ. ver. quam observationem. C. De secund. nupt. Corn. Conf 82. lib. 3.* Quinimò si vidua cuidam extraneo donaret aliquid de bonis suis eique postea nuberet, hæc donatio si excedat eam quantitatem, quam reliquit uni ex filiis prioris matrimonii, cui minus relictum fuit, tanquam facta in fraudem, *d. l. hac edictali*, irrita fieret, *Capra Perusin. Conf. 81. Dec. Conf. 246. Dec. d. Auth.*

Auth. Præterea. Deinde & ſtatutum, quo cavetur, ut uxor marito & è converſo maritus uxori ſuccedat, vel ut maritus lucretur dotem vel totam vel pro parte, ita interpretandum Dd. communiter tradunt, ne vel uxor vel maritus prætextu hujus ſtatuti plus conſequatur ex bonis conjugis defuncti, quàm ille ex liberis prioris matrimonii, ex hiſce bonis accepit, cui minus relictum fuit, *Iacob. But. Bart. Bald. Salic. Stephan. Bertran. & Dd. d. l. hac edictali. & ibi Alex. in addit. ad Bart. Abb. Conſ. 117. lib. 2. Rom. Conſ. 44. & Conſ. 458. Fulgoſ. Conſ. 63. Alex. Conſ. 144. Conſ. 158. lib. 5. Conſ 122. n. 14. lib. 7. Socin. Conſ. 85. lib. 1. Conſ. 52 lib. 3. Conſ. 35. lib. 4. Curt. Sen. Conſ. 78. Iaſ. Dec. & Franciſc. Pepuſ. d. Auth. Præterea. Dec. Conſ. 19. Conſ. 246. Conſ. 284. Franc. Rip. repetit. l. fœmina. C. De ſecund. nupt. arg. l. 2. C. De noxal. act. l. 1. §. lex Falcidia. & ibi Alex. ff. Ad leg. Falcid. c. cùm dilectus. extra De conſuetud. Bart. & Iaſ. l. omnes populi. ff. De iuſtit. & iur. Alex. l. fin. §. in computatione. C. De iur. delib.* Hæ tamen pœnæ, quæ irrogantur conjugi, quæ tranſivit ad ſecunda vota propter favorem liberorum primi matrimonii, non habent locum, quando nulli extant liberi ex priori matrimonio, *Alex. Conſ. 111. lib. 2. Conſ. 66. n. 7. lib. 3. Conſ. 63. lib. 5. Conſ. 185. lib. 6. Conſ. 211. lib. 7. Bald. Conſ. 153. Incip. Quidam teſtator. Conſ. 317. Incip. Ad evidentiam. lib. 5. Alex. Conſ. 45. Conſ. 68. n. 3. lib. 4. Ioan de Anan. Conſ. 101. Capr. Veruſ. Conſ. 52. Incip. Viſo in fin. Aret. Conſ. 40. Incip. Præſupponitur in facto. Dec. c. Eccleſia S. Mariæ. n. 35. extra De Conſtit. Dec. Rubr. n. 8. C. De ſecund. nupt. Bertrand. Conſ. 133. Incip. Pro faciliori. lib. 1. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 61. arg. l. cùm tale. §. falſam iunct. gloſſ. ff. De condit. & demonſtr. l. adigere. §. quamvis. ff. De iur. patron. c. cum ceſſante. extra* 24

De appellat. l fœminæ. § fin. C. De secund. nupt. §. si verò expectet. Auth. De non elig. secund. nub. Idem est, quando quidem extant liberi ex priori matrimonio, eo tempore, quo parens superstes ad secundas nuptias transit, sed liberi absque sobole moriantur ante parentem suum, qui secundas nuptias contraxit: tunc enim hæ pœnæ similiter cessant, *Ioan. de Anan. Conf. 101. Laur. Calca. Conf. 96. Aym. Cravett. Conf. 142. n. 8.* Secundò, hæ pœnæ non habent locum, quando conjunx superstes ex permissione sive voluntate conjugis defuncti ad secundas nuptias transit, *Bald. l. 1. C. De secund. nupt. gloss. §. nunc itaq. vers. si vir. Auth. De nupt. Bald. l. filium quem habentem. C. Famil. hercisc. Capoll. in Tract. Cautel. caut. 238. Incip. Si mater. Rom. Conf. 209. Incip. Ex themate. Idem Rom. Notab. 218. Incip. Tu scis. Francisc. Crem. Notab. 74. Incip. Si maritus. Ias. l. 2. n 2. C. De ind. vid. toll. Dec. c. Ecclesia S. Mariæ. n. 35. extra De Constit. Dec. Rubr. C. De secund. nupt. Card. Paris. Conf. 95. n. 23. lib. 2. arg. §. quæ verò nunc, vers. Quia igitur. Auth. De nupt. iunct. l. 1. §. usq; adeò. ff. De iniur. l. cum donationis. C. De transact. Bald Conf. 260. Incip. Ad evidentiam præmittendum est, quod si testator lib. 1. Bald Conf. 288. Incip. Proponitur quod Manfredus lib. 4 Ang. 396. Incip. Doctor insignis.* Tertiò hæ pœnæ cessant, quando conjunx transit ad secundas nuptias liberis prioris matrimonii tacitè vel expresè consentientibus, *Ang. §. 1. arg. gloss. ibid. verb. copulantur. Auth. De non elig secund. nuben. Ang. l. mater. C. Ad Senatusconsultum Tertull. Petr. de Vbald. in Tract. success. ab intestat. in 2. part. princ. Quæst. 5. Ludov. Rom. Conf. 219. Capoll. Cautel. 238. Ias. l. 2. C. De ind. vid. toll. Dec. Rubr. C. De secund. nupt.* vel postea ratum habentibus, *Ang. Conf. 396. Dec. Conf. 206. arg. l.*

arg. l. si fundus. §. 1. & ibi Bart. ff. De pignorib. Quarto hæ pœnæ non aliter locum habent, nisi filiis volentibus & declarantibus, se velle, ut hæ pœnæ locum habeant, *Dec. Rubr. C. De secund. nupt. Dec. Cons. 206. arg. l. 2. & ibi Bart. & Dd. C. De iur. emph. Alex. Cons. 63. lib. 5. Salic. l. fin. C. De revocand. donat. Iaſ. l. omnimodò in princ. n. 10. C. De ſecund. nupt.* Quintò, vidua tranſiens ad ſecunda vota, amittit tantùm proprietatem illorum bonorum, quæ à marito ſuo adquiſivit, non autem illorum, quæ aliundè quàm à marito ſuo adquiſivit, *Rom. Conſ. 405. Dec. d. c. Eccleſia S. Mariæ. n. 35.* Sextò licet is, qui ad ſecundas nuptias tranſivit, ſecundo conjugi prohibeatur plus dare vel relinquere quàm reliquit illi & liberis prioris matrimonii, cui minor portio relicta fuit: tamen is non prohibetur liberis ſecundi matrimonii relicta tantùm filiis primi matrimonii legitima omnia, alia bona relinquere vel donare, *Bald. d. l. hac edictali. Bald. Conſ. 22. Incip. Quædam Demina Nicholina. lib. 5. Dec. Conſ. 246. Dec. Rubr. C. De ſecund. nupt. arg. §. Illud quoq;. Auth. De nupt.* Septimò, licet uxor ad ſecunda vota tranſiens, non poſſit marito relinquere vel donare plus quàm ipſa uni ex liberis matrimonii reliquit: ſi tamen pro hac donatione promiſſione vel relicto tertius quidam fide jubeat atque promittat, ſe maritum indemnem conſervaturum, ne à filiis prioris matrimonii ipſi ſuper hoc negotio lis vel controverſia moveatur, hîc fidejuſſor efficaciter obligatur, & liberis prioris matrimonii à vitrico ſuo repetentibus id, quod ipſi contra diſpoſitionem, *d. l. hac edictali.* à matre ſua donatum vel relictum fuit, hîc fidejuſſor ad id, quod intereſt, tenetur, *Abbas Conſil. 43.*

Incip. Quidam Dominus Antonius lib. 1. Dec. Conſ. 246. Dec. Auth. Præterea. C. und. vir & uxor. Octavò vidua ad ſecunda vota tranſiens, non prohibetur marito ſecundo etiam extantibus filiis prioris matrimonii omnia bona ſua in dotem dare, dummodò non adjiciat pactum de lucranda majori parte bonorum, quàm ipſi ſecundum diſpoſitionem, *d. l. hac edictali*, relinqui potuit, *gloſſ. d. l. hac edictali verb. dividi. C. De ſecund. nupt. Bald. l. Ea lege. C. De condict. ob cauſſ. Dec. Conſ. 246. Dec. d. Aut. Præterea.*

25 Nonò, cùm pœnæ propter liberorum favorem irrogatæ illi, qui ad ſecundas nuptias tranſivit, ſint à jure civili inventæ, *Card. Pariſ. Conſ. 91. n. 11. lib. 4.* dubium non eſt, illas pœnas ſtatuto, conſuetudine vel alio jure civili tolli poſſe, *arg. §. ſed naturalia. ſupr. De iur. nat. gent. & civil. l. De quibus. ff. De ll.* Ideoque valet ſtatutum & conſuetudo, quo ſtatuto, quave conſuetudine cavetur, ut vel uxor ſecundo marito plus relinquere poſſit, quàm uni ex liberis prioris matrimonii reliquit, vel maritus uxori vel è converſo uxor marito, in majori bonorum parte quàm filii prioris matrimonii, ſuccedat *Bald. Salic. & Steph. Bertrand. d. l. hac edictali. Bald. l. 1. q. 3. & ibi Paul. de Caſtr. C. De inoffic. donat. Socin. Conſ. 52. lib. 3. Franc. Curt. Conſ. 78. Iaſ. & Dec. d. Auth. Præterea. Dec. Conſ. 19. Conſ. 284. Albert. Brun. in Tract. De ſtat. fœmin. excl. 6. Art. princ. Quæſt. 27. Carol. Molin. in addit. ad Alex. Conſ. 158. lib. 5. Card. Pariſ. Conſ. 91. lib. 3.* Ex quo ſequitur, valere conſuetudinem in terris Saxonicis receptam, quæ vult, ut maritus indiſtinctè lucretur omnia bona mobilia uxoris defunctæ, licet illa habeat liberos ex priori matrimonio, qui vel nihil vel non tantum, quantum illis ex diſpoſitione, *d. l. hac edictali*, debetur, ex

bonis

bonis illius acceperunt, *Art. 76. Landrecht. lib. 3.* Deinde ex hoc sequitur, non esse improbatam consuetudinem in multis locis Misniæ receptam, quæ vult, ut uxor nullâ habitâ distinctione, *iuxta d. l. hac edictali.* lucretur tertiam vel dimidiam partem bonorum defuncti mariti. Similiter ex hoc sequitur, ratam esse consuetudinem in multis locis Saxoniæ receptam, quæ dispositionem *l. fœmina, C. De secund. nupt.* corrigit, *prout traditur in Differ. iur. civil. & Saxon. Different. 8.* Decimò, mulier vel vir 26
ad secundas nuptias transiens, non prohibetur titulo oneroso secundo conjugi plus conferre, quàm liberis prioris matrimonii reliquit, *Bald. d. l. hac edictali. in princ. arg. l. Aurelius. §. fin. ff. De liberat. legat.* Undecimò mulier nubens etiam intra annum luctus ex permissione Imperatoris non incurrit pœnas etiam in favorem liberorum prioris matrimonii in secundo nubentes statutas, *Dec. l. 1. n. 20. C. De secund. nupt. arg. gloss. l. solet. ff. De his qui not. infam. Bald. l. decuriones. C. Ex quib. causs. infam. irroget.* Namque capiendo aliam interpretationem hæc permissio Principis nihil operaretur, quod minimè admittendum, *l. si quando in princ. ff. De legat. 1. c. si Papa de Privileg. lib. 6. c. in his. extr. eod. tit. Bald. Auth. Habita. C. Ne fil. pro patr. Petr. de Anchor. Cons. 186. Incip. pro parte. Dec. c. 1. extra De rescript.* Duodecimò, vidua inhonestè 27
vivens removetur, & à tutela filii sui, *gloss. Auth. Sacramentum. & ibi Bart. C. Quand. mul. tutel. offic. fung. poss. Abb. c. uxoratus. arg illius text. extra De conversi. coniugat. fac. l. fin. C. Quand. mulier tut. offic. fung. poss.* & à successione filii sui, *Iacob. de Belv. §. cum igitur. arg. illius text. C. De non elig. secund. nuben. Practi. Papiens. in form. Libell. Quo petit. succes. ab intest. Ludov. Bolognin. in addit. ad Matheil.*

car. 3. art. 2. princ. Andr. Barbat. Conſ. 11. lib. 3. Quamvis in hoc contrarium teneat Bart. d. §. cùm igitur. Ang. §. 1. Auth. Quib. mod. natur. efficit. legit. Card Pariſ. in addit. ad Bart. l omnem. C. Ad Tertull. perdit dotem & donationes propter nuptias, *Paul. de Caſtr. l. fideicommiſſum. C. De fideic. Paul. de Caſtr. l. ſororem. C. De his quib. ut indig. Idemq; Conſ. 121. Felin. c. paſtoralis. n. 5. extra De iudic. Addit. ad Abb. d c. uxoratus. Quamvis in hoc contrarium teneat Alex. d. l. ſororem. Iaſ d. l. fideicommiſſum.* Item, forum viri, & omnia privilegia viduis indulta, *Bald. & Salic. d. l. his ſolis. Ang. Alex. Iaſ. & Dec. l. cùm quædam puella in princ. ff. De iuriſd. omn. iudic. Felin. d. c. paſtoralis. n. 7.* Imò vidua ſtuprum perpetrans, patitur omnes pœnas ſtatutas in illas, quæ ſecundas nuptias contrahunt, *Bart. d. l. his ſolis. arg. illius text. Abb. d. c. uxoratus, arg. illius text. facit §. fin. Auth. De reſt.* & ea, quæ parit undecimo menſe, quæ pœnæ quoad viduam, ſtuprum perpetrantem per jus canonicum ſublatæ non ſunt, *arg. c. pen. & fin. extra De ſecund. nupt.* ideoque adhuc hodiè locum habent, *l. præcipimus. C. De appellat. l. ſancimus. C. De teſtam.*

88 Quinimò veriſſimum judico, licet diſpoſitio, *l. fœminæ.* in terris Saxonicis per conſuetudinem contrariam ſublata ſit quoad ſecundò nubentes: tamen diſpoſitionem illius legis, etiam in terris Saxonicis procedere in vidua ſtruprum perpetrante: niſi in hoc forſan in quibuſdam locis, conſuetudo ſpecialiter contrarium introduxerit. Namque cùm conſuetudo jus commune corrigens, ſit ſtrictiſſimè interpretanda, nec extra illum caſum, quem ſpecialiter comprehendit, extendenda, *Oldrad. Conſ. 237. Conſ. 284. Alex. Conſ. 6. lib. 5. Felin. c. auditis. n. 15. arg. illius text. & ibi Abb. extra De præſcript. Card. Pariſ. Conſ 27. n. 149.*

n. 149. lib. 1. arg. l. si unus. §. ante omnia. ff. De pact. l. alumnæ. §. qui filios. ff. De admend. legat. l. 1. §. si quis hoc interdicto. & ibi Bart. ff. De itin. act. pri. l. sancimus. C. De testament. l. cùm dubitabatur. C. De ædific. priv. Ias. l. Imperium. ff. De iurisd. omn. iud. Iacob. de S. Georg. in Tract. feud. ver. & cum mero & mixto imperio. Dec. Cons. 85. sequitur consuetudinem corrigentem dispositionem, *d. l fœminæ.* in vidua secundas nuptias contrahente, ad viduam stuprum committentem non extendi, præsertim cùm inter viduam secundas nuptias legitimè contrahentem, & viduam stuprum inhonestè & refragante tàm lege divina quàm humana committentem, maxima diversitatis ratio militet: & dispositio legis vel consuetudinis unum casum definiens, nunquam extendatur ad casum diversum vel diversam rationem habentem, *l. si maritus. C. De donat. int. vir. & uxor. l. fin. ff. De calumn. l. Papinianus exili. ff. De minor. l. Iulianus. ff. De cond. indeb. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. De adquir. poss.* Nec obstat huic sententiæ *text. Art. 5.* Landrecht. *lib. 1.* ubi dicitur, mulierem ob stuprum commissum famam quidem suam, non autem jura vel hereditatem suam perdere. Namque illius textus dispositio non procedit, quoad donationem propter nuptias, aliaque, quæ ipsa mulier vidua à marito suo accepit; namque illa secundum dispositionem juris civilis etiam in terris Saxonicis propter stuprum commissum perdere debet, *gloss. Artic. 21.* Landrecht. *lib. 1.* Decimo tertio, pœnæ, quæ 29
irrogantur secundo nubenti, non propter secundas nuptias tantùm contractas, sed propter factum sive culpam secundò nubentis cum secundis nuptiis conjunctam, hodiè per jus canonicum non sunt sublatæ:

Idcoque

Ideoque etiam de jure hodierno mater privatur successione filii, cujus tutelam gessit, si ipsa ad secundas nuptias transiverit, non petito priùs filio alio tutore neque reddita integrè tutelæ ratione unà cum reliquis, *Innoc. Host. & Abb. c. fin. extra De secund. nupt. Ang. l. si autem tutelam. Auth. De nupt. Abb. c. Ecclesia S. Mariæ. n. 20. & ibi Felin. n. 56. extra De Constit. Felin. c. 1. n. 14. extra De sponsalib. Card. Paris. in addit. ad Bart. l. omnem. C. Ad Tertull.*

30 Ultimò annotandum dispositionem, *d. l. hac edictali*, procedere tantùm in illis, quæ liberis prioris matrimonii ultra legitimam illorum relicta sunt. Ideoque si mater, quæ ad secundas nuptias transivit, decedat relictis quinque liberis ex priori matrimonio æqualiter heredibus institutis, & marito, cui multa legata reliquit, res ita temperanda erit, ut hi quinque filii, ante omnia detrahant ex universa hereditate, atque præcipuam retineant legitimam suam, quæ hoc casu est dimidia pars omnium bonorum matris defunctæ, atque deinceps alia dimidia pars universorum bonorum in sex partes dividatur, atque illud, quod ultra sextam partem illius dimidiæ partis sive duodecimam partem totius hereditatis marito relictum repetitur, id filiis prioris matrimonii ex beneficio, *l. hac edictali*, vel repetere vel retinere permittatur, *gloss. §. optimè. vers. Quippe. & ibi Angel. & Iacob. de Belvis. Auth. De nupt. Bart. & Bald. l. 1. C. De inoffic. dotib. Bald. l. hac edictali. in princ. n. 25. Paul. de Castr. Cons. 170. Incip. Viso casu & allegationibus supra scriptis. Fulgos Cons 89. Incip. Domina Catharina. Cons. 97. Incip. Antonius transiens ad quinta vota. Socin. Cons. 35. n. 19. lib. 4. Dec. Cons. 246. Bald. Cons. 401. Incip. Quia prædicta puncta lib. 2. Cons. 22. Incip. Quædam domina Nicholina lib. 5. Paul. de Castr.*

Cons.

Conſ. 348. Incip. Viſo caſu & allegationibus. & Conſ. 462. lib. 2. Corn. Conſ. 33. Conſ. 118. lib. 1. Conſ. 22. lib. 2. Conſ. 309. lib. 3. Aym. Cravett. Conſ. 142. & Conſ. 194. Et licet hæc ſententia videatur communiter approbata: ego tamen veriſſimùm judico hanc ſententiam eo tantùm caſu procedere, quando filius legitimam vel ſupplementum legitimæ petit contra parentis ſui voluntatem, ut puta, quia parens ipſius ipſum in minori parte, quam legitima inſtituit, eique tacitè vel expreſsè prohibuit legitimæ ſupplementum petere, *prout hoc decidit Steph. Bertran. in repet. d. l. hac edictali ver. ita tamen 1. Quæſt. & ibi Ioan. Arelat. in Reſponſ. 2. n. 11. Aym. Cravett. Conſ. 193. n. 12. Carol. Molin. in addit. ad Alex. Conſ. 158. lib. 5.* Secus autem eſt, quando liberi conſequuntur legitimam vel ex diſpoſitione vel præter diſpoſitionem teſtatoris, quando videlicet teſtator, qui reliquit minus legitima liberis non expreſsè neque tacitè prohibuit liberos ſupplementum legitimæ petere: tunc enim liberi agentes ex diſpoſitione, *d. l. hac edictali.* legitimam ante omnia non detrahunt, ſed ita demum ex beneficio *d. l. hac edictali* experiri poſſunt, ſi computata legitima novercæ vel vitrico plus quàm uni ex ipſis relictum, vel quolibet titulo lucrativo relictum fuit, *Cyn. Iacob. de Raven. & Salic. d. l. hac edictali in princ. & ibi Bald. n. 8. & 9. Alex. Conſ. 158. lib. 5. Ioan. de Anan. Conſ. 67. & ibi Lùdov. Bolagn. in addit. Franciſc. Aret. l. ex facto in princ. ff. De vulg. & pupill. Corn. Conſ. 82. lib. 3. Dec. l. 2. C. De inſtit. & ſubſtit. Dec. l. quamvis. C. De impub. & al. ſubſtit. Dec. l. fin. n. 24. C. De Edict. D. Adr. toll. Alex. Conſ. 115. Steph. Bertran. d. l. hac edictali in princ. Aym. Cravett. Conſ. 142. n. 5. Conſ. 193. n. 12. Conſ. 194. n. 5. arg. d. l. hac edictali in princ. §. optimè. Auth.*

31 *De nupt. iunct. l. 1 ff. De legat. præstand.* Præterea matrimonium sive nuptiæ contrahi non possunt, nisi interveniente consensu illorum, qui nuptias sive matrimonium contrahere volunt, *l. nuptias. ff. De reg. iur. l. cùm fuerit. ff. De condit. & demonstr. c. fin. extra De sponsa. duo.*

32 Ideoque cùm nihil tàm sit contrarium consensui quàm error, *l. si per errorem. & ibi Ias. & Dd ff. De iurisd. omn. iudic. l. 2. in princ. ff. De iudic.* sequitur, errorem, sicut ille alium quemcunque contractum impedit, *l. nec ignorans. C. De donat.* ita & matrimonium quoque impedire: Quod absque dubio procedit in errore personæ, ut puta, si is, qui cum Sempronio matrimonium contrahere statuerat, errore personæ cum Berta, quam Semproniam esse credebat, matrimonium contraxerit, namque hoc casu matrimonium non tenet, *c. 1, 29. q. 1. Abb. c. proposuit. extra De coniug. ser. Anton de Butr. Cons. 229 Inter Cons. Petr. de Anchor. Petr. de Anchor. Cons. 230. Ang. in Sum. ver. matrimonium. Cl 2. vers. Impedimentum. 5. facit §. si eadem. infr. De inutil. stipul. l. in venditionibus. ff. De contrah. empt.*

33 Non tamen aliter quis in persona errare intelligitur, nisi illi, qui cum alia persona errore inductus contraxit matrimonium, illa persona, cum qua contrahere se credidit, ipsi nota fuerit, vel per usum vel per auditum, vel per famam: secus autem est, si de illa persona, cum qua contrahere matrimonium quis se credidit, contrahens nullam notitiam habuerit, tunc enim ipse non dicitur erraſſe in persona, nec matrimonium vitiatur, *gloss. c. 1. 29. q. 1. Host. in Sum. tit. De matrim. §. qualiter impediatur. vers. primò ergò occurrit. Anton. de Butr. d. Cons. 229. Petr. de Anchor. Cons. 230. Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. Impedimentum. 4. n. 3.* Kling. *in Tract. De cauſſ. mat.*

mat. Rubr. De errore perſon. arg. l. in lege. ff. De cont. empt. Et hic error perſonæ matrimonium uſque adeo nullum 34
reddit, ut hoc matrimonium non confirmetur, licet durante errore concubitus ſequatur, *arg. l. doli mali exceptio. & ibi Bart. ff. De novat. c. propoſuit. & c. ad noſtram. extra De coniug. ſervor. c. fin. extra De ſpon. duor. Bart. & Iaſ. l. pen. ff. De cond. ob turp. cauſſ. Quamvis in hoc contrarium, ſed malè teneat* Kling. *in d. Rubr. De error. perſ.* Similiter & 35
error conditionis ut puta, ſi quis ignorans ancillam quam liberam eſſe putabat, in uxorem duxerit, matrimonium vitiat, *d. c. propoſuit. & ibi Abb. & Dd. d. c. ad noſtram. c. 1. 29. q. 1. c. 1. 2. & 3. 30. q. 2. Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. verſ. Impedimentum quartum.* Quod uſque adeo verum eſt, ut hoc matrimonium non confirmetur, licet durante eodem errore concubitus ſecutus fuerit, Kling. *in Tract. De cauſſ. matr. ſub Rubr. De error. condit. arg. d. c. propoſuit. d. c. ad noſtram.* Hoc tamen ita demum procedit, quando propter errorem conditionis, errantis conditio fit deterior, utputa, ſi quis ancillam putans eam liberam in uxorem duxerit, ſecus autem eſt, ſi propter hunc errorem conditio errantis, vel melior reddatur vel non deterior efficiatur, ut puta, ſi liber homo cum libera muliere, quam ancillam eſſe credebat, matrimonium contraxerit, vel ſi ſervus ancillam quam liberam eſſe putabat, in uxorem duxerit: hiſce enim caſibus error conditionis matrimonium non vitiat, *Innoc. Ioan. Andr. Abb. & Dd. d. c. propoſuit. Hoſt. in Sum. tit. de coniug. ſervor. §. Et an matrimonium. verſ. Quod autem dixi. Ang. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. verſ. impedimentum quartum. n. 4. arg. l. ſolvendo. ff. De negot. geſt. l. 1. & l. 2. ff. De liber. cauſſ.* Eodem modo matrimonium ab errante contractum

cum assciptitia vel assciptitio quam is errans ignoravit
huius conditionis esse, valet, *gloss. in Sum. 29. q. 2. Abb.*
d.c. proposuit. Ang. de Clava. d. ver, impedimentum. 4. Kling.
d. Rubr. De error. condit. arg. l. iubemus. & Auth. Assciptitios.
36 *C. De Episcop. & Cleric.* Error verò literæ, *arg. c. ex parte.*
& ibi Abb. & Felin. extra De fid. instr. Felin. c. ad audien-
tiam. Cl. 1. extra De rescript. syllabæ, *arg. l. qui habebat. ff.*
De manumiss. testam. Alex. l. si quis in fundi vocabulo. ff. De
legat. 1. Corn. Cons. 80. n. 7. lib. 3. nominis, *Anton. de Butr.*
d. Cons. 229. arg. l. antepen. ff. De iudic. l. Idem Pomponius.
§. pen. ff. De rei vind. l. si quis in nomine. & ibi Ias. C. De
testam. l. Si Fortidianum. C. De legat. §. si quis in nomine.
inst. De legat. l. si quis in fundi vocabulo. & ibi Bart. Alex. &
Ias. ff. De legat. 1. l. si in nomine. & ibi Ias. ff. De verb. oblig.
Felin. c. significante. extra De rescript. Alex. Cons. 108. lib. 7.
Corn. Cons. 313. n. 1. lib. 3. item patriæ vel provinciæ, ma-
trimonium non vitiat, *l. his verbis. §. fin. ff. De hered.*
instit. Et licet testamentum conditum ab eo, qui erravit
in nomine proprio vel suo, *l. fin. & ibi Bart. Bald. Alex.*
Ias. & Dd. C. De hered. instit. Alex. & Ias. d. l. si in nomine.
C. De testam. Alex. d. l. si quis in fundi vocabulo. vel filii,
Bald. & Ias. d. l. fin. C. De hered. instit. arg. l. fin. & ibi Ias.
C. De impub. & al. substit. vel patris, *Ludov. Rom. Cons. 179.*
arg. §. Ei verò. infra De inutil. stipul. vel uxoris suæ, nul-
lum reddatur, *Ias. d. l. si in nomine. ff. De verb. obligat.*
arg. c. admonere. 33. q. 2. Tamen matrimonium con-
tractum ab eo, qui erravit in nomine proprio vel suo
vel filii vel patris sui non vitiatur, *Abb. c. tua nos. extra*
De sponsal. Eodem modo & error fortunæ, ut puta, si
quis pauperem quàm divitem esse credidit, in uxorem
duxerit, matrimonium non vitiat, *c. 1. 29. q. 1. Abb. d. c.*

propo-

proposuit. Ang. d. ver. impedimentum 4. Error etiam qualitatis, ut puta, si quis vel morbosam quam sanam esse credidit, vel malè moratam quam bonis moribus ornatam putabat, vel omnium rerum inexpertem & segnem, quam peritam matremfamiliàs & diligentem esse judicabat, in uxorem duxerit, matrimonium vitiat, *c. 1. 29. q. 1. Abb. d. c. proposuit. facit l. aliter, & l. aliquando. ff. De contr. empt.* Excepto tamen unico casu, quando videli- 38
cet quis corruptam quam virginem esse putabat, in uxorem duxit: tunc enim Theologi nostri justis rationibus moti pronunciant, errorem qualitatis matrimonium vitiare, *Philip. Melanch. in Tract. De coniug. facit text. l. ex empto. §. si quis virginem. ff. De act. empt. gloss. d. l. aliquando. Licet & quoad hunc casum Canones contrarium sanciant. c. 1. 29. q. 1. c. quemadmodum. extra De iureiur. Abb. d. c. proposuit. Ang. de Clava. d. vers. Impedimentum. 4. Kling. in Tract. De causs. matrim. Rubr. De error. qualit.* Non tamen hoc casu in Consistoriis nostris sufficere judico, ad hoc, ut propter hunc errorem qualitatis matrimonium vitietur suspicionem solam stupri: sed credo requiri hoc casu, ut stuprū plenè probetur, *iuxta ea, quæ tradit Abb. c. tertio loco. extra De præsumpt. Ang. in Tract. De malefic. ver. Che hai adulterato la mia donna. gloss. & Bart. l. capite l. quinto. ff. Ad leg. Iul. de adult. Bald. l. his solis. C. De revocand. donat.* Et omnibus illis casibus, in quibus docuimus, errorem 39
vitiare matrimorium, convalescere illud incipit, si conjuges cognito errore, tacitè vel expressè consentiant, *Ant. de Butr. Cons. 229. inter Petr. de Anchor. Consil. Petr. de Anchor. Cons. 230. Alex. Cons. 146. n. 15. lib. 5. arg. d. c. proposuit. d. c. ad nostram. & ibi gloss. l. si fundus. §. 1. ff. De pignor. gloss. c. si quis ingenuus. 29. q. 2.* Deinde ex hoc, 40


image
not
available

De cland. desponsat. matrimonium tamen consensu contractum non intervenientibus vel dotalibus instrumentis neque pompa, vel alia celebritate nuptiarum, *l. si donationum. & ibi gloss. C. De nupt.* vel trinâ denunciatione, vel ullis aliis solennitatibus, *gloss. c. nostrates. 30. q. 5. Abb. c cùm apud. extra De sponsal.* sed nocturno tempore, *arg. l. non minorem. & ibi Bart. Alex. Ias. & Dd. C. De transact. l. ad testium. §. posse. ff. De testam.* vel clam, ratum est, *Abb. c. 1. arg. illius text. De cland. desponsat. Card. Paris. Cons. 53. n. 1. Cons. 58. n. 5. & Cons. 60. n. 35 lib. 4. Dec. Cons. 163. n. 1. Laurent. de Priv. inter Consil matrimonial. Cons. 71. n. 6. & 18. Zas. Cons. 3. n. 7. lib. 2.* Dummodò tamen duobus testibus masculis vel fœminis probari possit, matrimonium contractum, *c. super eo. Cl 2. & ibi Abb. & Dd. extra De testib. Card. Paris. Cons. 53. & Cons. 58. lib. 4.* Deinde etiam matri- 42
monium ratum est, licet neque dote neque donatione propter nuptias interveniente, contractum fuerit, *l. fin. in prin. C. De donat. ant. nupt. l. fin. C. De repud. §. Neq; illo Auth. De trient. & semiss. §. nuptias. Auth. De nupt.* Ideoque mu- 43
lier nubens marito suo dote non expressè constituta, non intelligitur marito suo bona vel omnia vel partem illorum in dotem dedisse, *Bart. Quæst. 7. Incip. Mulier habens magnum patrimonium. Bald. Cons. 98. Incip. Mulierem. lib. 2. Cons. 102. lib. 4. Salic. l. mulier bona. ff. De iur. dot. Ang. & Immol. l. 1. ff. Solut. matr. Paul. de Castr. Cons. 60. lib. 2. Paul. de Castr. Auth. præterea. & ibi Dec. & Francis. Pepus. C und. vir & ux. Corn. Cons. 127. lib. 4. Rom. Cons. 314 Ias. l. si constante. ff. Solut. matr. Ang. §. fuerat. n. 21. infr. De action. Dec. Cons. 521. Alex. Cons. 144. lib. 5. Cons. 142. lib. 7. Bald. Novel. in tract. De nupt. 1. part. princ. 14. princ. vileg. 3. cas. Card. Paris. Cons. 34. n. 24. lib. 3. Carol. Molin. in Consuet. Parisien. §. 135. Calcan. Cons. 11.*

arg. l.

arg. l. fin. C. De divort. §. si quis enim. vers. et si mulier. Auth. De Nupt. etiamsi maritus sciente & patiente uxore, diu bona ejus tenuisset, & ex eis fructus percepisset, *Bart. d. Quæst. 5. Incipient. Mulier habens magnum patrimonium. Alex. d. Cons. 144. lib. 5. arg. l. Quam Tuberonis. §. alia causa. ff. De pecul. l. nullo. C. De adquir. possess. gloss. l. 2. C. eod tit.* item etiamsi maritus, qui longo tempore fuit usus bonis uxoris, & ex iis fructus percepit, allegaret sibi bona uxoris vel omnia vel pro parte in dotem data, *Bart. d. Quæst. 7. Incip. Mulier habens magnum patrimonium. arg. d. l. nullo. l. diuturna. C. De præscript. long. temp. Bart. Alex. Iaf. Dec. & Dd. l. si certis annis. C. De pact. Bart. l. cùm de in rem verso. ff. De usur. Abb. c. pervenit. extra De. censib.* nisi mulier nubens marito dote non constituta jam antea nupta fuisset, primo marito defuncto, cui dos certa constituta fuerat: tunc enim hæc dos in matrimonio secundo, si mulier tempore secundi contracti majorennis fuerit, tacitè repetita intelligitur, *Bart. d. Quæst. 7. arg. l. dotem quæ in prius. & l. Divus. ff. De iur. dot. l. cùm maritus. §. Divus. ff. De pact. dotal. l. pen §. uxor. ff. Solut. matrim.* etiamsi primum matrimonium de facto tantùm tenue-
44 rit, *l. si servus, in princ. ff. De iur. dot.* Utrum autem in nuptiis parentum consensus requiratur, videte ea, quæ
45 circa Sponsalium materiam diximus. Præterea ad matrimonium sive nuptias contrahendas requiritur, ut consensus spontaneus sive liber utriusque contrahentis intervenerit, *l. Titia in princ. ff. De verb. oblig. l. neg, ab initio. C. De nupt. c. requisivit. & c. gemina. extr. De sponsal.*
46 *Card. Paris. Cons. 61. n. 31. lib. 4.* Ideoque cùm nihil tàm sit contrarium consensui quàm vis atque metus, *l. nihil consensui in princ. ff. De reg. iur. c. super hoc. extra De renunc.*

Card.

Card. Pariſ. Conſ. 53. n. 49. Conſ. 58. n. 66. Conſ. 60. n. 9. Conſ. 139. n. 3. & 11. lib. 4. placuit matrimonium vi vel metu tali, qui in conſtantem virum cadere poteſt, interveniente contractum; ipſo jure non valere, *c. cùm locum. c. veniens, Cl. 2. & c. conſultationis. extra De ſponſal. Bald. in Conſilio ſchiſmatis. Alex. Conſ. 98. Conſ. 99. Conſ. ult. lib. 3. Conſ. 46. lib. 4. Conſ. 156. lib. 5. Andr. Barbat. Conſ. 54. Conſ. 60. lib. 1. Corn. Conſ. 41. lib. 2. Card. Pariſ. Conſ. 53. n. 48. Conſ. 58. Conſ. 60. & Conſ. 65. n. 11. lib. 4.* Non tamen præſumitur, quem vi vel metu coactum matrimonium contraxiſſe, vel alium actum celebraſſe: ideoque is, qui vim vel metum allegat, hoc probare cogitur, *Bald. Conſ. 62. n. 66. lib. 3. Conſ. 60. n. 20. lib. 4. Aym. Cravett. Conſ. 115. n. 13. arg. l. meritò. ff. Pro Soc. l. quoties. §. qui dolo. ff. De probat. c. dilecti. extra De except. gloſſ. l. 1. verſ. dicatur. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. dic. gloſſ. ver. egiſſet. l. ſi prius. & ibi Dd. ff. De oper. nov. nunciat.* 47 Cæterùm non tantùm veris & legitimis probationibus, ſed etiam per argumentum à veriſimili, *Ioan. Andr. c. bonæ. extra De Appellat. Bald. Conſ. 364. Incip. Quia quæſtio. lib. 3. Aym. Cravett. Conſ. 49. n. 5.* item ex conjecturis & præſumptionibus hic metus probari poteſt, *Bald. l. ſi quis in hoc genus. C. De Epiſcop. & Cleric. Bald. c. 1. §. item Sacramenta De pac. iuram. firm. Petr. de Anchor. Conſ. 299. Dec. l. in omnibus cauſsis. ff. De regul. iur. Card. Pariſ. Conſ. 53. n. 61. Conſ. 58. n. 86. Conſ. 60. n. 21. Conſ. 139. n. 6. & 7. lib. 4. arg. l. dolum. C. De dol. c. 2. De renunc. lib. 6. facit quod docet Bart. Alex. & Iaſ. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. De oper. nov. nunc.* 48 Et quæ conjecturæ ſive præſumptiones ad probandum metum ſufficientes ſint, arbitrio judicis definiendum committitur, *Dec. d. l. in omnibus cauſsis, Cald. Conſ. 1.*

Tit. Quod met. cauſſ. Card. Pariſ. Conſ. 53. n. 60. & Conſ 66. n. 6. lib. 4. arg. l. 3. ff. Ex quib. cauſſ. maior. l. 1. ff. De iur. de-
49 *lib. c. de cauſſis. extra De offic. deleg.* Metu vero tali, qui in conſtantem virum cadere poteſt, probato, matrimonium metu contractum nullum redditur. Quod uſque adeò verum eſt, ut ſicut metus reverentialis juſtus alios actus vitiat, *Paul. de Caſtr. Conſ. 174. lib. 1. Aret. Conſ. 24. Alex. l. ſi cùm dotem. §. eo tempore. ff. Solut. matrim. Bart. l. 1. §. quæ onerandæ. arg. illius text. ff. Quar. ſer. act. non det. Abb. Felin. Dec. & Dd. c. cauſſam matrimonij. extra De offic. deleg. Philipp. Franc. c. Quamvis. De pact. lib. 6. Socin. Conſ. 263. lib. 2. Corn. Conſ. 124. & Conſ. 140. lib. 3. Dec. l. pactum. C. De collat. Card. Pariſ. Conſ. 26. n. 67. lib. 3. Aym. Cravet. Conſ. 11. n. 12. Con. 49. n. 5. Conſ. 114. n 1. Matth. de Afflict. Deciſ. Neap. 69. Bart. & Alex. d. l. interpoſitas.* ita quoque & matrimonium metu reverentiali intervenientibus nempe minis vel verberibus contractum, vitietur, *Bart. §. quæ onerandæ. Abb. c. ex literis arg. illius text. extra De deſponſ. impub. Iaſ. d. l. Titia in princ. n 8. Ang. de Clava in Sum. ver. matrimonium Cl 2.* Secundo hæc concluſio ampliatur, ut licet proteſtatio contraria præcedens matrimonium vi vel metu contractum præſumptionem metus augeat, *Ioan Andr. c. fin. arg. illius text. & ibi Dec. extra De appell. Bart. Alex. & Iaſ. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi patroni. ff. De oper. nov. nunc. Bald. Conſ. 165. ad fin. lib. 2. Socin. Conſ. 263. lib. 2. Conſ. 27. lib. 3. Aym. Cravett. Conſ. 49. Conſ. 114. Conſ. 120.* matrimonium tamen metu contractum ipſo jure nullum ſit, licet hæc proteſtatio omiſſa fuerit, maximè eo caſu, quo hæc proteſtatio tutò fieri non potuit, *gloſſ. Innoc. & Abb. c. 1. extra Quod met. cauſſ. gloſſ. c. Lotharius. 31. q. 2. Abb. & Felin. c. ex transverſa. extra De præſcript.*

Paul.

Paul. de Caſtr. in Conſ. 21. Incip. In cauſſa deſertionis. Raph. Cuman. Alex. & Iaſ. l. Qui in aliena. §. fin. ff. De adq. hered. Alex. & Iaſ. l. 2. §. quod diximus. ff. Si quis caut. Aret. Conſ. 163. Iaſ. l. properandum. §. Sin autem utrag. C. De iudic. Dec. d. l. in omnibus cauſsis. Dec. d. c. fin. extra De appell. arg. c. veniens. Cl. 2. c. conſultationi. extra De ſponſal. iunct. l. 1. ff. De legat. præſt. l. de precio. ff. De public. in rem act. Tertiò 50 hæc concluſio ampliatur, ut per duos teſtes probato metu, matrimonium metu contractum nullum judicetur, licet mille teſtes contrarii, deponant illud matrimonium ſponte contractum, *Innoc. c. ſuper hoc, & ibi Abb. n. 34. extra De renunc. Bald. in Conſil. ſchiſmat. poſito in Rubr. C. Si quis aliq. teſt. proh. Bald. l. ſi quis in hoc genus. C. De Epiſc. & Cleric. Ang. l. 1. & l. fin. in princ. ff. Quòd met. cauſſ. Ang. l. ſi quis ad ſe fundum. C. und. vi. Alex. Conſ. 150. lib. 5. Bald. l. obſervare. §. proficiſci. ff. De offic. proconſ. Andr. Sicul. Conſ. 55. & Conſ. 61. lib. 1. Iaſ. l. interpoſitas. C. De transact. Iaſ. l. ſed etſi. §. quæſitum. n. 11. ff. Si quis caution. Lancelot. Dec. l. turpia in princ. ff. De legat. 1. Dec. d. l. in omnibus. Dec. d. c. fin extra De appell. Anton. Corſet. Singul. 358. verb. teſtes, Incip. mille teſtes. Alciat. in tract. præſumpt. 3. Reg. 7. præſumpt. Card. Pariſ. Conſ. 53. n. 62. lib. 4.* niſi teſtes contrarii deponentes matrimonium ſponte contractum, talem aliquam dicti ſui rationem aſſignent, ex qua veriſimiler ſecundum legitimas ſanctiones colligatur, metum abfuiſſe: tunc enim tantum creditur teſtibus deponentib. de libera voluntate, quantum creditur teſtibus deponentibus de libera voluntate, quantum creditur teſtibus deponentibus de metu, *Ang. l. fin. in prin. ff. Quod met. cauſſ. Signorol. de Homed. Conſ. 74. Incip. In quæſtione vertente in fin. Iaſ. d. l. interpoſitas. Dec. c. fin. extra*

51 *De appellat.* Quoad reliquas quæstiones, quæ circa matrimonium metu contractum incidere possunt, *repetite ea,*
52 *quæ supr. circa materiam sponsalium diximus.* Porrò cùm illud, quod minus legitimè fit, pro non facto habeatur, *l. quotes. & ibi Iaſ. ff. Qui ſatisd. cog. l. non putavit. §. non quæris. & ibi Bart. ff. De bonor. poſſ. contr. tabul. l. filium. §. ſi quis contra tabulas. ff. De legat. præſt. l. 4. §. condemnatum. ff. De re iudic. c. Nicolao. & ibi Bald. & Dec. extra De appell. Bart. l. ſi finita. §. Iulianus. & ibi Alex. ff. De damn. inf Abb. c. conſtitutus. 4. notab. extra De procurat. Abb. c. in pertractandis. 3. notab. extra De iuram. cal. Iaſ. l. 1. §. fin. ff. Quod quisq. iur.* non omnis conſenſus ad matrimonium contrahendum ſufficiens eſt, ſed requiritur, ut in matrimonio contrahendo interveniat conſenſus legitimus, *c. dilectus. & ibi Abb. c. tua. & c. pen. extra De ſponſal. c. fin. extra*
53 *De ſponſ. duo.* Ex quo ſequitur, matrimonium contractum ſub conditione turpi, inhoneſta vel legibus reprobata, ratum non eſſe, *c. fin. extra De condit. appoſ.* Quod tamen tantùm procedit in ea conditione turpi, inhoneſta vel legibus reprobata, quæ eſt contra ſubſtantiam, eſſentiam vel cauſſam finalem matrimonii: Illa enim in contractu matrimonii adjecta, matrimonium nullum reddit, ſive ſit conditio ſuſpenſiva, ſive ſit conditio reſolutiva, *c. fin. & ibi Abb. extra De condit. appoſ. Angel. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. verſ. Impedimentum tertium.* ſecus autem eſt, ſi alia conditio turpis, inhoneſta, vel impoſſibilis in contractu matrimonii adjiciatur: Illa enim contractum matrimonii non vitiat, ſed pro non adjecta habetur, *d. c. fin. extra De condit. appoſ.* Secundò hoc ita demum verum eſt, quando in ipſo contractu matrimonii conditio turpis, inhoneſta vel legibus impro-

improbata adjicitur, secus autem est, quando hæc conditio demum post matrimonii contractum perfectum & absolutum apponitur: tunc enim hæc conditio licet sit contra substantiam matrimonii, matrimonium non vitiat, *Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. Impedimentum. 3. arg. l. per servum. §. 1. ff. De us. & habitat. l. patre furioso. & ibi Ias. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur. l. is cui. ff. De testam. l. si servum quis. §. fin. ff. De adq. hered. l. in ambiguis. §. non est novum. & ibi Dec. ff. De reg. iur. c. factum legitimè. & ibi Dyn. De reg. iur. in sexto. c. cùm quid una via, & ibi Dyn. eod. tit. l. quæritur. ff. De bon. libert. Abb. & Anton. de Butr. c. 1. extra De condit. appos.* Tertiò hoc tunc demum procedit, quando uterque contrahentium matrimonium conditioni contra substantiam matrimonii appositæ expresè consentit, secus autem est, quando vel unus ex contrahentibus conditioni contra substantiam matrimonii appositæ, expresè contradicit vel tacet: tunc enim conditio turpis, inhonesta vel impossibilis, contra substantiam matrimonii, in contractu matrimonii apposita, matrimonium non vitiat, *Innoc. & Abb. c. fin. extra De condit. appos. Ang. de Clava in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum. 3. arg. c. aliquando. 32. q. 2.* Quartò hoc tantùm procedit, quando conditio turpis, inhonesta vel legibus improbata, est adjecta matrimonio in vim conditionis: secus autem est, si hæc conditio matrimonio sit adjecta in vim modi vel simplicis pacti, tunc enim hæc conditio licet sit contra substantiam matrimonii, matrimonium non vitiat, *Sebast. Sap. in addit. ad Abb. d. c. fin. extra De condit. appos. Bart. Bald. & Ias. Auth. ingressi. C. De SS. Eccles. Ang. & Ias. l. impossibilis. ff. De verb. obligat. Alex. & Ias. l. cùm donationis.*

C. De transact. Immol. l. ubi ita donatur. ff. De donat. cauſſ.
54 *mort.* Reliquæ autem conditiones, quæ non ſunt impoſſibiles de jure vel de facto adjectæ contractui matrimonii, ſiquidem illæ conditiones ſint falſæ matrimonii, contractum ſtatim vitiant: ſin autem ſint veræ, licet hoc nobis ſit incognitum, matrimonii contractum non ſuſpendunt, *Ang. de Clava in Sum. ver matrimonium. Cl. 2. verſ. Impedimentum tertium, arg. l. cùm ad præſens. & ibi Dd. ff. Si cert. petat. §. conditiones, infr. De verb. oblig. l. conditio-*
55 *nes quæ in præteritum. ff. eod. tit.* Sin autem matrimonium fuerit contractum ſub conditione, non turpi, inhoneſta vel legibus reprobata, de futuro, matrimonium ſuſpenditur in eventum hujus conditionis, ſive hæc conditio ſit caſualis ſive voluntaria, *c. De illis. c. ſuper eo.*
56 *& c. per tuas. extra De condit. appoſ.* Quod tamen fallit primò in conditione neceſſariò extitura, qualis eſt illa, duco te in uxorem, ſi craſtino die orietur Sol: namque matrimonium ſub tali conditione contractum, purum judicatur, *Hoſt. Card. & Abb. d. c. per tuas. arg. l. ſi pupillus. §. 1 ff. De noval.* Secundò hoc fallit, ſi ſub tali conditione matrimonium contractum fuerit, quæ tacitè ineſt matrimonio, & ſine qua matrimonium contrahi non potuit: utputa, ſi quis ita dicat, Duco te in uxorem, ſi in me conſenſeris: & illa reſpondeat, Et ego nubo tibi, ſi in me conſenſeris: namque & hoc caſu matrimonium ſub conditione contractum, purum judicatur, *Archid. & Ioan. Andr. c. 1. De ſponſal. lib. 6. Ang. de Clava in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. verſ. impedimentum 3. arg. l. 3. & ibi Bart. Alex. & Iaſ. ff. De legat. 1. l. conditiones. & l. aliquando. ff. De condit. & demonſt. l. non rectè. C. De fideiuſſ.* Tertiò hoc fallit, ſi conditio non fuerit appoſita in ipſo contractu matrimonii, ſed ex intervallo poſt matrimonium purè contractum: ea enim matri-

matrimonii contractum non suspendit, *Ang. de Clav. in Sum. ver. matrimonium Cl. 2. vers. impedimentum. 3. n. 13. arg. c. 2. extra De transl. prælat. c. ex parte extra De convers. coniug. c. an quod. 24. q. 2. Dec. l. nihil tam naturale ff. De reg. iur. Dec. Cons. 112. Cons. 140. Card. Paris. Cons. 51. n. 11. lib. 4. tunct. c. cùm quid una. & ibi Dyn. De reg. iùr. lib 6. l. quaritur. ff. De bon. libert.* Quartò hoc fallit, quando non uterque contrahentium matrimonium, sed unus tantùm huic conditioni consensit, *Ang. de Clava d. ver. impedimentum tertium. facit quod docet Innoc. & Abb. c. fin. extra De condit. appos.* Quintò hoc fallit, si matrimonium fuerit contractum, non sub conditione, sed sub modo, *Ang. de Clav. d. vers. impedimentum 3. arg. l. cùm ab eo. & ibi Bart. ff. De contrah. empt. l quibus diebus. §. Termilius. & ibi Bart. ff. De condit. & demonstr.* Sexto hoc fallit, si ante conditionem existentem vel consensus purus de præsenti vel carnalis copula interveniat: tunc enim matrimonium alterius non suspenditur, *c. de illis. c. super eo. & c. per tuas. extra De condit. appos.* Septimò hoc fallit in conditione resolutiva matrimonii: illa enim neque suspendit matrimonium, neque si defecerit, matrimonium nullum reddit, *Ant. de Butr. & Abb. extra de condit. appos.* Conditione verò existente matrimonium 57
sub conditione contractum purum efficitur, etiamsi conjuges de novo non consentiant, *arg. l. si pupillus. ff. De condit. & instit. l. a. §. fin. §. 1. ff. De vulg. & pupill. text. l. fin. §. cùm mihi. & ibi Aret ff. de verb. oblig. l. cedere diem ff. de verb. signific. Dec. l. pecuniam. n. 4 ff. Si cert. petat. Card. Paris. Cons. 32. n. 17. lib. 1. Cons. 46. n. 45. lib. 4.* Hoc tamen 58
fallit primò, quando vel unus ex contrahentibus vel uterque contrahentium ante conditionem existentem dissenrit. Tunc enim conditione existente hoc matrimonium sub conditione contractum, purum,

non

non redditur, *gloss. Ant. de Butr. & Phil. Franc. d. c. super eo licet Abb. ibid. de hoc dubitet.* Secundò hoc fallit, quando unus ex illis, qui sub conditione matrimonium contraxerunt, ante conditionem existentem cum alia contrahit matrimonium purè, *gloss. & Abb. d. c. super eo. arg. c. 1. §. fin. extra De sponsal.* Tertiò hoc fallit, quando quis non simpliciter, sed alternativè sub conditione matrimonium contraxit; ut puta, si quis ita dixerit, si mihi copiam tui feceris, vel si Imperator Romanorum Regem Galliæ vicerit, contraho tecum matrimonium, vel dabo tibi decem: tunc enim existente conditione, hoc matrimonium purum non efficitur, *Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum tertium. arg. l. plerumq. ff. De iur. dot. c. in alternativis. De regul. iur. lib. 6. Bart. l. Lucio. ff. De legat. 2. Ias. & Dd. l. 3. in princ. ff. De eo quod cert. loc.* Quartò matrimonium inter personas prohibitas jure civili, sub illa conditione, si cum illis dispensatum fuerit, non convalescit neque confirmatur, licet conditio extiterit, dispensatio nempe facta fuerit, nisi ipsi post dispensationem factam denuò consentiant, *Innoc. & Abb. d. c. super eo. Ias. l. apud Iulianum. §. fin. arg. illius text. ff. De legat. 1. facit. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. De verb. oblig. l. continuus. §. cùm quis. ff. eod. tit. l. cùm lex. ff. De fideiuss. l. non dubium. & ibi Bart. & Dd. C. De ll. iunct. l. eius qui. ff. Si cert. petat. c. inter dilectos. extra De fid. instr. item text. l. bonorum. & ibi Bart. ff. Rem rat. haber. l. 1. ff. De appell. recip. l. necessario. vers. Quod si pendente. ff. De peric. & commod. rei vend. Bart. l. si is, qui pro emptore. n. 3. & ibi Ias. n. 122. ff. De usucap. Bart. l. Eum qui. ff. De stat. homin. Bald. l. Etsi contra. C. De incest. nupt. Quæ sententia mihi magis placet, quamvis in hoc contrarium teneat Anton. de*

Butr.

Butr. d c super eo. Ang. de Clav. d. vers. impedimentum tertium. Quinto hoc fallit, si quis etiam diverso tempore cum duabus matrimonium sub conditione contraxerit, eaq; conditio simul & semel in persona utriusque extiterit, tunc enim cum neutra contractum matrimonium confirmatur vel purum efficitur, *Ang. de Clav. d. vers. Impedimentum tertium. arg. l. si ita fuero. ff. De reb. dub. §. duo sunt Titij. ff. De testam. tutel.* Quod procedere judico, etiamsi quis matrimonium cum duabus sub conditione non potestativa, sed casuali contraxerit, *arg. l. potior in princ. ff. Qui potior. in pign. habeant.* Sextò annotandum, 59
si in matrimonio fuerit adjecta hæc conditio, Contraho tecum matrimonium, si hoc parenti, amicis, agnatis vel tutoribus meis placebit, matrimonium irritum omninò fieri, si parentes, amici, agnati vel tutores, cognito hoc contractu, cùm improbaverint, nec hunc contractum convalescere, licet ipsi postea consentiant, *arg. l. boves. §. hoc sermone. ff. De verb. signific. l. dotis promissio. & ibi Bart. ff. De iur. dot. l. si socius pro filia. & ibi Raph. Fulgos. ff. Pro Soc. l. cùm pater. §. pater certam. & ibi Bald. ff. De legat. 2. c. non potest. § 1. De prabend. lib. 6. Bart. l. hoc articula. ff. De hered. instit. Bart. l. cùm quidam. ff. De ann. legat. Bart. l. 1. ff. Ad leg. Iul. Maiest. Bald. l. licet. Quæst. 4 C. locat. Bald. l. fin. C. De dot. promiss. Bened. de Plumb. Paul. de Castr. Rom. & Ias. l. duobus. §. si ei qui. arg. gloss. ibid. in verb. exhibuerit. ff. De iureiur. Bald. Immol. Alex. & Ias. l. divortio. §. Quod in anno. ff. Solut. matr. Bald. c. olim ex literis. extra De rescript. Alex. l. si finita in princ. ff. De dam. inf. Felin. c. 2. extra De treug. & pac. Ias. Cons. 36. lib. 3. Dec. c. concupiscentiam. extra De Constit. Dec. Cons. 287. n. 15. Cons. 512. Cons. 609. Socin. Cons. 5. & Cons. 91. lib. 4. Bald. Cons. 42.*

lib. 2. Socin. l. hæc conditio. ff. De condit. & demonstr. Alex.
60 *Consil. 16. lib. 4. Card. Paris. Consil. 49. n. 25. lib. 2.* Et licet in matrimonio consensus legitimus requiratur, matrimonium tamen contra interdictum vel prohibitionem Ecclesiæ, ratum est, nisi hæc prohibitio vel interdictum perpetuam causam prohibitionis contineat, *c. 1. c. 2. c. 3. & ibi Abb. extra De matr. contract. contr. interd. Eccles. Ang. de Clava. in Sum. verb. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum primum.* Similiter & nuptiæ contractæ in quadragesima aliisque diebus, in quibus secundum Canones, nuptiarum festivitas celebrari prohibetur, ratæ sunt, *arg. c. Capellanus. & ibi Abb. extra De fer. Ang. de Clava. d. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum secundum.*
61 Præterea matrimonium non aliter valet vel tenet, nisi illud fuerit contractum à personis habilibus & aptis, *c. fin. extra De spon. duor. c. ex parte. extra De conver. coniugat. l. ut gradatim. §. 1. ff. De muner. & honor. gloss. l. 1. C. De SS. Eccles. gloss. l. 1. §. nunciatio. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. De oper. nov. nunc.* Cæterùm edictum de contrahendo matrimonio, sive contrahendis nuptiis cùm sit prohibitorium, omnes personæ nuptias sive matrimonium contrahere possunt, nisi ipsis expressè prohibitum sit nuptias vel matrimonium contrahere, *c. cùm apud. extra De sponsal. facit text. l. mutus. ff. De procurat l 1. ff. De test. lib.* Ideoque etiam surdus & mutus simul sive à natura sive per accidens, matrimonium contrahere potest, dummodò ipse non penitùs intellectu careat, & consensum suum quibuslibet signis exprimere possit, *prout supr. in materia sponsali diximus.* Similiter & steriles, item senes etiam decrepiti, *l. sancimus. la 2. & ibi Bald. Alb. de Rosat. Ang. & Salic. C. De nupt. Ias. l. 1. n. 43. ff. Solut. matr. Card. Paris.*

Paris. Conf. 29. lib. 4. facit text. c. in præsentiarum in princ. & ibi gloss. verb. quibusdam. 27. q. 1. nec non & illi, qui in articulo mortis constituti sunt, matrimonium contrahere possunt, *Ioan. Andr. c. sine culpa. De reg. iur. lib. 6. Cyn. & Alber. l. nuper. C. De nupt. Immol. & Alex. l. si quis posthumos in princ. ff. De lib. & posth. Socin. & Iaf. l. sed & quæsitum. ff. eod. tit. Iaf. l. 1. n. 43. ff. Solut. matr. Præpos. & Hinric. Boick. c. tanta. extra Qui fil. sint legit. Ioan. de Neviz. in sylv. nupt. Chart. 34. col. 2. Card. Paris. Conf. 29. n. 4. lib. 2.* Porrò matrimonium contrahere prohibentur, quidam propter impedimentum juris, quidam propter impedimentum facti. 62

Impedimenta juris propter quæ prohibetur, quis matrimonium contrahere, sunt octo, nempe cognatio, affinitas, publica honestas, disparitas religionis, ligamen, crimen, votum castitatis & ordo. 63

Rursus cognatio triplex est: Namque aliqua est cognatio naturalis, spiritualis, aliqua verò civilis. 64

Cognatio naturalis est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, *Hostiens. in Sum. tit. De consang. §. quid sit consanguinitas. Ang. de Clav. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum sextum. Melch. Kling. in Tract. De cauff. matr. Sub Rubr. Impedimentum octavum. arg. infr. De legit. agnat. tutel. in princ. vers. sunt autem. infr. De legit. agnat. succeff. in princ. ver. sunt autem, l. sunt autem. ff. De legit. tut. l. pen. ff. und. legit, l. 1. §. cognati. ff und. cogn. l. non facilè. §. cognati. l. Iurisconsultus. §. cognationis nomen. ff. De gradib. l. 2. §. agnati. ff. De suis. & legit. hered. Corn. Conf. 101. n. 4 lib. 3. Socin. iun. Conf. 9. n. 22. lib. 3.* Et hæc cognatio impedit matrimonium contrahi inter ascendentes & descendentes, *§. Ergò non omnes huius tit. noft. l. nuptiæ. la 3.* 65 66

ff. De rit. nupt. Quæ prohibitio non legibus civilibus introducta est, sed ex jure divino vel naturali originem trahit, *c. 2. Genes. c. 18. Levit. c. 19. Matth. c. 10. Marc. c. 5. in Epist. ad Ephes.* Ideoq; non tantùm inter illos cognatos adscendentes & descendentes, qui jure civili cogniti sunt, qui videl. ex justis nuptiis nati sunt, sed etiam inter illos, qui jure civili cogniti non sunt, quales sunt vulgò quæsiti, ex nefariis vel prohibitis nuptiis, aut ex adulterio, stupro vel incestu nati, nuptiæ prohibitæ sunt, *l. adoptivus. §. naturales. ff. De rit. nupt. Ang. d. §. Ergò non omnes. Melch.* **Kling** *in Tract. de causs. matrim. sub Rubr. Octavum impedimentum. facit text. l. hos accusare. §. pen. ff. De accusat. §. liceat. Auth. Quib. mod. natur. effic. sui. l. quiq. §. fin. & ibi Bald. & Ias. ff. De in ius vocand. Alex. l. Ex facto. §. si quis rogatus n. 25. ff. Ad SC. Trebell.* Et hæc prohibitio matrimonii inter ascendentes & descendentes ad nullum gradum restricta est, sed in infinitum usque extenditur, *d §. non omnes. d. l. nuptiæ*, adeò, ut si Adam hodiè viveret mortuâ Evâ, uxorem ducere non posset, *gloss. d. §. Ergò non omnes. gloss. d. §. nuptiæ. gloss. & Bald. l. nemini. C. De nupt. Host. in Sum. Tit. De sponsal. §. qui consueverant, sub §. qualiter arbor. vers. Nono quæritur. Ioan. Andr. in gloss sua super arbore. Abb. c. pen. n. 8. extra De sponsal. Quæ sententia verior est, & communiter approbata, quamvis in hoc contrariam teneat, sed minùs rectè. gloss. in Sum. 35. q. 1. Goffred. in*
67 *Sum. tit. De sponsal. §. idem quæritur.* Simili modo & inter transversales sive collaterales, naturalis cognatio, nuptias sive matrimonium contrahi prohibet, sed non in infinitum usque, *ut hic §. inter eas.* Namque jure divino, quoad transversales sive collaterales, nuptiæ prohibitæ sunt, inter sororem & fratrem, sive utrinque, sive ex altero

altero tantùm parente conjunctos, item inter patruum & fratris filiam, avunculum & sororis filiam, amitam & fratris filium, materteram & sororis filium, *cap. 18. Levit.* Et licet illa dispositio juris divini nullam faciat mentionem de avunculo, sed tantùm faciat mentionem de patruo, amita & matertera: tamen, quia inter patruum & fratris filiam, amitam & fratris filium, materteram & sororis filium, nuptiæ non sunt ob aliam causam quàm quòd prædictæ personæ sint sibi invicem conjunctæ in secundo gradu lineæ inæqualis, secundum computationem juris canonici, vel tertio gradu secundùm computationem juris civilis: & eadem ratio militet inter avunculum & sororis filiam, sequitur, quòd dispositio prohibitiva juris divini inter avunculum & fratris filiam perinde locum habeat, atque si hoc in jure divino expressum fuisset, *arg. l. illud in princ. ff. Ad leg. Aquil. l. fin. ff. De cloac. l. his solis. C. De revoc. donat. l. à Titio in princ. ff. De verb. oblig. l. si cui. ff. De cond. & demonst. gloss. & Bald. l. quamvis. C. De fideicom. gl. c. 1. verb. Italiæ. De temp. ordinat. lib. 6. Abb. c. 2. arg. illius text. extra De postul. Alex. l. si constante in princ. & ibi Ias. n. 81. ff. Solut. matr. Idemq; Alex. Cons. 257. Incip. Circa dubitationem. lib. 2. Cons. 109. Incip. Visis his lib. 3. Socin. Cons. 70. n. 2. Cons. 81. n. 13. lib. 4. Corn. Cons. 271. n. 4. Ias. Auth. Quas actiones. n. 22. C. De SS. Eccles. Dec. Cons. 227. n. 8. Card. Paris. Cons. 72. n. 11. lib. 1. Cons. 90. n. 17. lib. 2. Cons. 6. n. 13. Cons. 25. n. 27. Cons. 47. n. 94. Cons. 50. n. 26. Cons. 66. n. 43. Cons. 83. n. 21. lib. 3. Socin. iun. Cons. 39. n. 49. Cons. 97. n. 10. lib. 3.* Jus verò civile dispositionem juris divini sequens, eodem modo prohibet nuptias contrahi inter transversales usque ad tertium gradum tantùm, §. *inter eas.* §. *fratris quoq;*

§. *item amitam.* & §. *item nec materteram. h. t. noſt. non autem ultra.* Ideoque duorum fratrum vel ſororum liberi permittente jure civili nuptias ſive matrimonium inter ſe contrahere poſſunt, §. *duorum h. t. noſt.* Et licet jus civile prohibens matrimonium ratione cognationis naturalis inter transverſales, ut plurimum juris divini veſtigia ſequatur; tamen jus civile à jure divino in hoc diſcrepat, quòd jus civile prohibet matrimonium etiam inter patruum magnum & neptem ex fratre, inter avunculum magnum & neptem ex ſorore, amitam magnam & nepotem ex fratre, materteram magnam & nepotem ex ſorore, §. *item nec materteram h. t. noſt. l. fratris.* §. *item nec materteram. l. ſororis. ff. De rit. nupt. l. nemini. C. De nupt.* & utitur hac ratione, quia patruus & avunculus magnus, item amita & matertera magna, parentum loco habentur, quæ cùm militet non tantùm in patruo vel avunculo magno, item amita & matertera magna, ſed etiam in propatruo, proavunculo, proamita, promatertera, item abpatruo, abavunculo, abamita & abmatertera & aſcendentibus horum uſque in infinitum; ego veriſſimum judico inter omnes has perſonas in infinitum uſque, matrimonium etiam ſecundum juris civilis diſpoſitionem prohibitum eſſe, Kling *in Tract. De cauſſ. matri. ſub Rubr. De lin. collater. arg. l. Illud in princ. ff. Ad leg. Aquil. cum ſimilib. ſupr. allegat.* Canones verò antiqui inter collaterales prohibent conjugium uſque ad ſeptimum gradum excluſivè, *c. de affinitate. c. nullum. c. progeniem. c. de conſanguinitate. c. nulli. c. contradicimus. 35. q. 4. c. ad ſedem. 35. q. 5. gloſſ. §. inter eas h. t. noſt. gloſſ. d. l. nemini.* Recentiores verò Canones prohibent matrimonium inter transverſales tantùm uſque ad quartum gradum inclu-

ſivè,

sivè, *c. pen. & ibi Abb, extra De consang. & affin.* & usque ad hunc gradum inter transversales nuptiæ prohibitæ sunt, sive hi transversales sint naturales & legitimi sive naturales tantùm, *l. & nihil ff. De rit. nupt.* Cæterùm in quinto gradu existentes indistinctè matrimonium secundum dispositionem juris canonici matrimonium contrahere possunt, *c. fin. & ibi Abb. extra De consang. & affini.* sive ipsi sint in quinto gradu lineæ æqualis, quales sunt trinepotes ex duobus fratribus, *c. ad sedem 35. q. 5.* sive ipsi sint in quinto gradu lineæ inæqualis, qualis trinepos ex uno fratre & proneptis, abneptis vel adneptis ex altero fratre *c. fin. & ibi Abb. extra De consang.* Quod tamen ita demum procedit, quando is, qui alteri conjungitur, in quinto gradu lineæ inæqualis distat à stipite in secundo, tertio vel quarto gradu, secus autem est, quando ipse distat à stipite in primo gradu, qualis est frater, ipse enim non potest in uxorem ducere, vel trineptem ex fratre suo, licet ab ipso quinto gradu distet, neque ulteriores descendentes ex fratre suo, quamvis ab ipso ulteriore gradu remoti sint, *Melch. Kling, de causs. matrimon. sub Rubric. de lin. collat.* Quia hæ personæ, quæ in primo gradu sunt conjunctæ stipiti parentum loco habentur, quoad trinepotes vel trineptes, reliquasq; personas ex fratribus vel sororibus suis descendentes, *arg. l. sororis. ff. De rit. nupt. §. item nec materteram h. t. nost.* sed certum est, cùm illis personis, quæ parentum liberorumq; locum obtinent in infinitum usq; matrimonium contrahi non posse, *§. Ergo non omnes. infr. h. t. nost. l. nuptiæ. ff. De rit. nupt.* Neque 68
verò tantùm cognatio naturalis, sed etiam cognatio spiritualis, quæ nihil aliud est, quàm vinculum proveniens ex eo, quòd quis aliquem baptizavit vel confirmavit, sive baptizatum levavit vel tenuit in baptismate,

confir-

confirmatione vel crisma tione, *Abb. Rubr. extr. De cogn. spirit. Ang. de Clav. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. verb. impedimentum septimum*, Matrimonii contractum impedit, *c. Martinus. & ibi Abb. c. veniens. c. tua nos. & c. ex literis. extr. De cogn. spiritual. lib. 6. c. 1. 30. q. 1.* non tantùm secundum juris canonici, sed etiam secundum juris civilis dispositionem, *l. si quis alumnam. C. De nupt.* & usque adeò efficax est, ut propter cognationem spiritualem existentem inter conjuges tempore matrimonii contracti non tantùm impediatur matrimonium contrahi, sed etiam contractum dissolvatur, *d. c. Martinus. d. c. veniens, d. c. tua nos. d. c. ex literis. d. c. 1. & fin. De cogn. impub. lib. 6.* licet cognatio spiritualis, post matrimonium contractum inter conjuges superveniens, matrimonium antea legitimè contractum non dissolvat, *c. si vir & ibi Abb. extra De cognat. spirit.* 69 Et hæc cognatio spiritùalis per Sacramentum baptismatis contrahitur tantùm inter susceptorem & levatum de baptismate, secundò inter susceptorem & parentes baptizati, Tertiò inter baptizatum & filios susceptoris. Quartò inter baptizatum & uxorem susceptoris. Quintò inter parentes baptizati & uxorem susceptoris priùs cognitam: Sextò inter baptizantem & baptizatum. Septimò inter baptizatum & uxorem baptizantis priùs cognitam. Octavò inter baptizatum & filios baptizantis. Nonò inter parentes baptizati & baptizantem. Decimò parentes baptizati & uxorem baptizantis priùs cognitam, *d. c. Martinus. d. c. veniens. d. c. tua nos. d. c. ex literis. d. c. 1. & fin. De cognat. spirit. lib. 6. Ang. de Clav. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum. 7. Christophorus Porc. infr. De grad. cognat.* Neque tantùm contrahitur hæc cognatio spiritualis inter baptizatum

zatum & filios legitimos ſuſceptoris, item inter baptizatum & filios legitimos baptizantis, ſed etiam inter baptizatum & filios illegitimos vel naturales tantùm, tàm ſuſceptoris, quàm baptizantis, *Abb. d. c. Martinus. Abb. d. c. ex literis. Ang. de Clav. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. verſ. Impedimentum ſeptimum.* Inter filios autem adoptivos tàm baptizantis quàm ſuſcipientis, & baptizatum cognatio ſpiritualis per baptiſmum non contrahitur, *Ang. de Clava, d. verſ. impedimentum ſeptimum.* Quinimò nec inter baptizatum & eam, quæ extra matrimonium à baptizante vel ſuſcipiente cognita fuit, cognatio ſpiritualis matrimonium impediens contrahitur, *Archid. & Ioan. Andr. c. 1. De cognat. ſpirit. lib. 6. Abb. d. c. Martinus. Chriſtoph. Porc. infr. De gradib.* Præterea ultra has decem perſonas modò enumeratas per baptiſmum ſpiritualis cognatio non contrahitur: Ideoque tàm baptizans & ſuſcipiens, quàm filii baptizantis & ſuſcipientis non prohibentur nuptias contrahere, cum baptizati fratre, ſorore vel liberis quibuscunque, *c. 1. & ibi Abb. c. ſuper. extra De cognat. ſpirit. gloſſ. c. fin. 30. q. 3.* Similiter & pater tàm baptizantis quàm ſuſcipientis cum baptizata vel ſuſcepta à filio ſuo, matrimonium contrahere non prohibetur, *gloſſ. c. fin. 30. q. 3. Ioan. Andr. c. 1. De cognat. ſpirit. lib. 6.* Eodem modo maſculus & fœmina ſimul & ſemel levantes infantem de ſancto baptiſmate, matrimonium inter ſe contrahere poſſunt, *Abb. d. c. Martinus.* Et hæc omnia, quæ de baptiſmate diximus, & in confirmatione quoque locum habent, *c. 1. & c. fin. De cognat. ſpirit. lib. 6.* Et licet cognatio ſpiritualis in caſibus modò recenſitis, matrimonium tàm ſecundum legitimas, quàm ſecundum canonicas ſanctiones impediat, in noſtris tamen

Ecclesiis optimâ ratione contrarium introductum atq; sancitum est, ne videlicet cognatio spiritualis matrimonium ullo casu contrahi impediat, *Philip. Melan. in Tract. De coniug.*

71 Præterea & civilis sive legalis cognatio, quæ est propinquitas sive conjunctio personarum per adoptionem legitimam contracta, *Abb. Rubr. extra De cogn. legal. Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum octavum.* nuptias contrahere prohibet, *§. Ergo non omnes. §. inter eas. & §. item nec amitam h.t. nost. l. per adoptionem. ff. De rit. nupt. c. 1. extra De cognat. legal.* & usque adeò efficax est, ut non tantùm impediat matrimonium contrahi, sed etiam contractum dirimat, *Abb. d. c. 1. arg illius text. extra De cognat. spirit. Ang. de Clava. d. vers. impedimentum octavum. facit text. c. per adoptionem. 30. q. 5.* Et hæc cognatio civilis sive legalis impedit matrimonium contrahi inter illos, qui per adoptionem parentum liberorumque loco esse cœperunt, *§. Ergo non omnes h. t. c. 1. & ibi gloss. & Abb. extra De cognat. spirit.* atq; uxores ipsorum in infinitum usque, *l. adoptivus in princ. & §. fin. ff. De rit. nupt.* adeò, ut nec dissoluta per emancipationem cognatione civili inter has personas nuptiæ consistere possint, *d. l. adoptivus in princ. & §. fin. l. Quin etiam. ff. De rit. nupt. d. §. Ergo non omnes.* Similiter & inter liberos adoptivos & liberos naturales patris adoptivi in potestate patris adoptivi constitutos nuptiæ contrahi non possunt, *§. inter eas h.t. nost. l. qui in adoptionem. ff. De adopt. l. per adoptionem. ff. De rit. nupt. d. c. ita diligere. d. c. per adoptionem.* Neque tantùm liberi adoptivi, sed etiam horum liberi, si ipsi simili modo in patris adoptivi potestate sint, cum filiis naturalibus patris adoptivi & in potestate patris adoptivi constituti nuptias sive matrimonium

nium contrahere prohibentur, *Ang. de Clava. d. verſ. impedimentum octavum. n. 5.* Liberi autem filiorum adoptivorum, qui poteſtati patris naturalis ſubjecti non ſunt, quales ſunt liberi nati ex filia adoptiva, cum liberis naturalibus patris adoptivi, nuptias licitè contrahunt, *l. ſi qua. §. adoptivæ. ff. De rit. nupt. §. eius verò mulieris h. t. noſt.* Similiter & liberi naturales & legitimi parentis adoptivi in poteſtate ipſius non conſtituti cum liberis adoptivis nuptias ſive matrimonium, indiſtinctè contrahere poſſunt, *d. l. per adoptionem. d. c. per adoptionem.* Ex quo ſequitur, cùm liberi illegitimi in poteſtate parentis naturalis conſtituti non ſint, *§. ſi adverſus. infr. h. t noſt. ſupr. De patr. poteſt. in princ. l. Quia ſemper. ff. De in ius voc.* liberos illegitimos indiſtinctè nuptias ſive matrimonium contrahere poſſe, cum liberis adoptivis parentis ſui: Quamvis in hoc contrarium ſed malè teneat *Abb. c. 1. n. 7. extra De cognat. legal. Petr. Loriot. l non facilè. §. in adoptionem datus. ff. De gradib.* Quinimo cùm inter nepotem & neptem ex duobus fratribus legitimis & naturalibus in poteſtate parentis conſtitutis natum & natam, matrimonium contrahi poſſit, *§. duorum h. t. noſt. l. celebrandis. C. De nupt.* ego veriſſimum judico, & inter nepotem adoptivum & neptem naturalem & legitimam, in poteſtate parentis conſtitutam, item inter nepotem naturalem & legitimum in poteſtate patris conſtitutum & neptem adoptivam ejuſdem patris poteſtati ſubjectam, matrimonium contrahi poſſe *arg. l. adoptio enim. ff. De adopt. l. qui habet in princ. ff. De tutel. l. filio quem. ff. De lib. & poſth.* Inter duos quoque filios adoptivos ejusdem patris adoptivi poteſtate ſubjectos, matrimonium ſive nuptiæ contrahi poſſunt, *gloſſ. d. c. 1. extra De cognat. legat. arg.*

c. cùm apud. extra De ſponſal. Quamvis in hoc caſu quidam diſtinguant inter adoptivos & arrogatos, & hoc caſu non procedere præcedentem ſententiam affirment, illo verò ſic, *Ioan. de Plat. d. §. Inter eas. & ibi Ang. n. 3. Ang. de Clava. d. ver. Impedimentum octavum.* Præterea & cognatione legali ſoluta per emancipationem liberorum adoptivorum, liberi naturales & legitimi in poteſtate parentis conſtituti cum liberis adoptivis emancipati, indiſtinctè nuptias contrahere poſſunt, *d. §. inter eas. d. l. per adoptionem. d c. per adoptionem. l. in omni. ff. De adopt.* Deinde etiam civilis ſive legalis cognatio, impedit filios adoptivos matrimonium contrahere cum omnibus illis, qui agnationis jure parenti adoptivo conjunguntur, ſi hæ perſonæ ſint tales, ut hi liberi adoptivi cum illis matrimonium contrahere non potuiſſent, ſi ipſi naturales & legitimi liberi parentis adoptivi eſſent, qualis eſt ſoror & frater conſanguineus parentis adoptivi, *arg. l. ſi qua. §. fin. ff. De rit. nupt.* Cum illis verò, qui parenti adoptivo jure cognationis tantùm junguntur, liberi adoptivi, licitè matrimonium contrahunt, *d. l. ſi qua. §. fin. d. l. qui adoptionem.* niſi hæ perſonæ ſint patris adoptivi vel parentes, vel ipſi parentum loco colendi, qualis eſt matertera patris adoptivi, tunc enim filii adoptivi cum illis matrimonium contrahere prohibentur, non quidem perpetuò, ſed eò uſque tantùm, donec durat adoptio, *l. quin etiam. ff. De rit. nupt.* Præterea & in omnibus illis caſibus, in quibus diximus, civilem cognationem nuptias impedire, civilis cognatio ita demum nuptiis impedimentum præſtat, ſi adoptio ritè atque legitimè facta fuerit, *Abb. c. 1. extra De cognat. legal. arg. l. non putavit. §. non quævis. ff. De bonor. poſſ. contr. tab.*

tab. Secundum impedimentum juris prohibens nuptias contrahi, est affinitas, *§. affinitatis h.t. nost. l. neminī. C. De nupt. c. fraternitatis. 35. q. 10.* Est autem affinitas propinquitas personarum per consummatum quemcunque concubitum inter masculum & fœminam contracta, non quidem inter ipsas personas, inter quas concubitus secutus fuit, sed inter ipsos & cognatos & agnatos harum personarum. Namque certum est, affinitatem non aliter contrahi nisi concubitu consummato interveniente, *Abb. c. fraternitati. extra De eo, qui cogno. consang. uxor. sua.* Et licet regulariter affinitas non aliter contrahatur, nisi per licitas nuptias, *l. non facilè. §. affines. & §. sciendum. ff. De gradib.* tamen quoad impediendum matrimonium affinitas, secundum utriusque juris dispositionem, non tantùm per licitas nuptias, sed per quemcunque concubitum consummatum etiam illicitum & legibus improbatum contrahitur, *l. 1. §. si qua, & ibi gloss. ff. De concub. c. discretionem. & ibi gloss. & Abb. c. ex literis. & ibi Abb. extra De eo, qui cognov. consang. uxor. sua. gloss. d. §. affinitatis. & ibi Ang. gloss. d. §. affines. & ibi Petr. Loriott. Card. Paris. Cons. 15. n. 46. lib. 2. Cons. 57. n. 30. lib. 4.* Non tamen inter ipsum masculum & fœminam, inter quos concubitus secutus fuit, sive licitus, sive illicitus, affinitas propriè contrahi dicitur, sed ipsi tantùm causam affinitati præbent, *gloss. l. non ideò minùs. & ibi Bald. & Ias. C. De hered. instit. gloss. l. affinitatis. arg. illius text. C. Comm. de succes. gloss. d. §. affinitatis. Ias. l. maritus. C. De procurat.* Quamvis largè & impropriè maritus & uxor affines dici possint, *d. l. non ideò minùs.* Ideoque receptum est, statutum favorabile de affinibus loquens etiam ad maritum & uxorem extendi, *Bald. & Fulgos.* 72

d. l. affinitatis. Paul. de Castr. l. 1. C. und. vir & uxor. Iaſ. l. Quod Servius. ff. De cond. ob cauſſ. Petr. Loriot. d. §. affines. Inter cognatos verò vel agnatos illorum, inter quos concubitus ſecutus fuit, affinitas contrahitur, *d. §. affines.* non quidem inter ſe, ſed tantùm reſpectu illarum perſonarum, inter quas concubitus ſecutus fuit, *c. quod ſuper his. & ibi Abb. extra De conſang. & affin.* Ideoque inter cognatos vel agnatos mariti, & inter cognatos vel agnatos uxoris affinitas nulla contrahitur, nec inter illos nuptiæ prohibitæ ſunt, *d. c. quod ſuper his. §. mariti. infr. h.t. noſt. Corn. Conſ. 43. n. 2. lib. 4.* Sed inter maritum & uxoris conſanguineos: item è converſo inter uxorem & mariti conſanguineos, affinitas contrahitur, & nuptiæ prohibitæ ſunt, *d. §. affinitatis. & §. ſocrum h. t. noſt. d. c. fraternitatis. d. c. quod ſuper his. d. l. nemini.* Et ſecundum juris divini diſpoſitionem ratione affinitatis matrimonium prohibetur contrahi cum uxore patrui, nuru, noverca, uxore fratris, privigna, filia privigni vel privignæ, ſorore uxoris, *cap. 18. Levit. Card. Pariſ. Conſ. 68. lib. 4.* Et licet ille textus nullam faciat mentionem de ſocru, cùm tamen eadem ratio prohibitionis militet in ſocru, quæ in nuru militet: dubium non eſt, & ſecundum juris divini diſpoſitionem cum ſocru ratione affinitatis nuptias prohibitas eſſe, *arg. l. illud in princ. ff. Ad leg. Aquil.* Cum hiſce iiſdem perſonis tantùm ratione affinitatis & jus civile nuptias contrahere prohibet, *d. §. affinitatis. & d. §. ſocrum. l. fratris. l. pen. & l. fin. C. De inceſt. nupt.* Jus verò canonicum ratione affinitatis prohibet matrimonium contrahi, uſque ad quartum gradum incluſive,
73 *c. pen. extra De conſang. & affin.* Et licet affinitatis nulli gradus propriè dici poſſint, *l. non facilè. §. affines. verſ. gradu.*

gradu. ff. De gradib. impropriè tamen & affinitatis gradus dicuntur, *l. Iurisconsultus in princ. ff. De gradib. c. pen. extra De affin. & consang.* adeò, ut quoto gradu consanguinitatis agnati & cognati uxoris junguntur uxori, eodem quoque gradu affinitatis agnati & cognati uxoris jungantur marito, & è converso quoto gradu consanguinitatis agnati & cognati marito junguntur, ipsi marito eodem quoque gradu affinitatis agnati hi & cognati mariti, jungantur uxori, *gloss. d. §. affines verb. nulli, & ibi Petr. Loriot. text. c. aqualiter. c. sanè. c. si vir. 35. q. 4.* Hoc tamen quod diximus, ratione affinitatis matrimonium prohiberi, tantùm usque ad quartum gradum, procedit solummodò in illis, qui linea transversali affinitatis nobis conjuncti sunt, secus autem est in illis, qui directa linea ascendenti vel descendenti nobis affinitatis ratione conjuncti sunt: Namque cum illis in infinitum usque matrimonium contrahi nequit, *Ang. de Clava. in Summ. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. Impedimentum decimum quintum. Petr. Loriott. d. §. affines. arg. l. adoptivos. §. fin. ff. De nupt.* Et licet, cum cessante causa cesset & effectus, *c. cum cessante. extra De appellat. l. generaliter. & ibi Bald. C. De Episcop. & Cleric.* finita vel dissoluta affinitate morte vel alio modo, & effectus affinitatis cessent, *l. cui eorum. §. affinitates. & ibi Bart. & Bald. ff. De postul. l. sicut. & l. sequens in princ. & ibi gloss. & Iaf. ff. De re iudic. c. infames. §. affinitates. 3. q. 7. gloss. l. ex diverso. & ibi Alex. ff. Solut. matrim. Bald. Salic. Paulus de Castr. & Iaf. l. fin. C. De verborum significationibus. Bald. l. sed & hæ in princip. ff. De procurat. Cornel. Consil. 298. n. 22. lib. 1. Ang. §. socrum huius tit. nost.* tamen effectus affinitatis prohibens matrimonium cum certis perso-

personis contrahere etiam finitâ affinitate durat, *d. §. affinitatis. d. §. socrum. d. l. fratris. l. pen. & l. fin. C. De incest. nupt. c. fraternitatis. 35. q. 10. Card. Paris. Cons. 68. n. 14.* Neque verò tantùm cum cognatis & agnatis, sed etiam cum affinibus conjugis defuncti, conjugi superstiti matrimonium contrahere usque ad tertium genus affinitatis inclusivè jura antiqua prohibebant, *l. uxorem. ff. De rit. nupt. c. porrò. 35. q. 2.* Quod recentioribus canonibus correctum est. Namque hodiè in primo tantùm genere affinitatis prohibitæ sunt nuptiæ, in secundo verò & tertio genere affinitatis nuptiæ permissæ sunt, *d. c. pen. extra De consang. & affin.* Sed certum est, cognatos & agnatos defuncti conjugis, conjugi superstiti esse conjunctos in primo genere affinitatis, affines autem conjugis defuncti conjugi superstiti in secundo vel tertio genere affinitatis, *gloss. d. c. pen. extra De consang. & affin.*

74 Et licet aliqui Dd. velint, matrimonium in secundo & tertio genere affinitatis recentioribus canonibus tantùm permissum esse, eo casu, quo affinitas unius consanguinei contemplatione contracta fuit: Exempli gratia, sororis meæ maritus est mihi affinitate conjunctus, & quidem in primo genere affinitatis: Si hic maritus mortuâ sorore meâ aliam uxorem ducat, ea est mihi conjuncta in secundo genere affinitatis, ideoque mortuo marito ipsius, eam in uxorem ducere non prohibeor: eò, quia hic affinitas unius tantùm consanguinei, sororis nempe meæ interventu contracta fuit. Illo verò casu, quo affinitas contracta fuit interventu sive contemplatione duorum consanguineorum, aliqui Dd. volunt, matrimonium in secundo & tertio genere affinitatis prohibitum esse. Exempli gratia: Sororis Titii maritus

ritus est Titio conjunctus in primo genere affinitatis, uxori verò Titii hic maritus est conjunctus in secundo genere affinitatis; Sed quia hoc casu affinitas fuit contracta interventu duorum consanguineorum, videlicet Titii & sororis Titii, Dd. volunt, mortuo Titio cum sorore sua uxorem Titii defuncti prohiberi marito sororis Titii matrimonialiter copulari, *Innoc. & Ioan. Andr. d. l. pen. extra De consang. & affin. arg. c. porrò. 35. q. 2.* Verùm ut præfati Dd. id tradant: ego tamen verissimum judico, hodiè indistinctè permitti nuptias in secundo & tertio genere affinitatis contrahere, sive hæc affinitas fuerit contracta interventu sive contemplatione unius consanguinei, sive fuerit contracta interventu duorum consanguineorum: Tum, quia textus generaliter & indistinctè nuptias in secundo & tertio genere affinitatis contrahi posse, inquit, *d. c. pen. extra De consang. & affin.* & lex generaliter & indistinctè loquens generaliter & indistinctè intelligenda est, *l. de precio. ff. de publ. in rem act.* Tum, quia ratio in illo textu expressa, æquè militat illo casu, quo affinitas interventu duorũ consanguineorum contracta fuit, sicut illa ratio militat illo casu, quo affinitas uniùs consanguinei interventu contracta fuit: Igitur utroque casu illius textus dispositio locum habere debet. Quinimò secundum & tertium genus affinitatis hodiè omni penitùs effectu cărere arbitror, adeò, ut nec ex illo justitia publicæ honestatis oriatur, *Abb. d. c. pen. n. 11. extra De consang. & affin.* nec statutum etiam favorabile de affinibus loquens, comprehendat illos, qui sunt in secundo vel tertio gradu affinitatis, *Ias. l. Quod Servius. n. 3. ff. De condict. ob causs. Ias. l. qui se patris. n. 59. C. unde, liber. arg. d. l. non facile. §. affines ver. gradus. & ibi*

Loriott. ff. De grad. b. Quamvis in hoc contrarium, sed malè tenent Paul. de Castr. d. l. qui se patris. Ias. l. in ius vocari. §. ait prætor. n. 5. ff. De in ius vocand. Ias. l. non dubium.

75 *n. 42. C De ll.* Ut autem hanc materiam meliùs intelligatis, debetis notare regulam à Dd. nostris traditam, Quòd persona addita personæ per propagationem, mutet gradum & non genus affinitatis. Exempli gratia, frater uxoris meæ est mihi conjunctus in primo genere & primo gradu affinitatis, si hic gignat filium, hic filius est mihi conjunctus in primo genere affinitatis, sed in secundo gradu, & si hic filius gignat nepotem, is nepos est mihi conjunctus in tertio quidem gradu affinitatis, sed in primo genere, quia hîc adjicitur persona personæ per generationem, quæ non genus sed gradum

76 tantùm mutare solet. Secunda regula est, quod persona addita personæ per carnis copulam mutet genus & non gradum: Namque tot sunt genera affinitatis, quot sunt nuptiæ, non cum una, sed cum diversis personis contractæ. Exempli gratia, uxor Titii est omnibus agnatis & cognatis Titii conjuncta in primo genere affinitatis, quia hîc unæ tantùm nuptiæ contractæ fuerunt. Idem est, si hic Titius defuncta uxore secundam vel tertiam uxorem ducat: Namque omnes hæ uxores cognatis & agnatis Titii in primo tantùm genere affinitatis junguntur, quia licet hîc sint plures nuptiæ; tamen illæ ab eadem persona celebratæ fuerunt: Si verò uxor Titii defuncto Titio alii nubat, hic secundus maritus est conjunctus omnibus cognatis & agnatis Titii in secundo quidem genere, sed in illis iisdemq; gradibus, in quibus gradibus uxor Titii defuncti ipsis conjuncta est. Quia hîc persona fuit addita personæ per carnis copulam.

Et idem

Et idem de similibus, *gloss. d. c. pen. extra De consang. & affinit. Ang. de Clava. d. vers. impedimentum decimum quintum. Melch. Kling in Tract. De causs. matrim. Petr. Loriott. d. §. affines.*

Tertium impedimentum juris prohibens nuptias 77
contrahere, est publica honestas, quæ quatenus oritur ex sponsalibus, an & quando nuptias sive matrimonium impediat, docuimus, *supr. in materia sponsalium. & ultra ibi dicta annotate*, publicam honestatem oriri & ex matrimonio dissoluto, quæ publica honestas prohibet matrimonium contrahere uni ex conjugibus cum liberis alterius conjugis soluto matrimonio conceptis, quod etiam hodiè locum habet, *§. si uxor. h. t. nost. l. si qua. ff. De rit. nupt.* Secundò & hæc publica honestas ex matrimonio soluto descendens, secundum antiquos Canones prohibebat liberis ex secundis nuptiis conjugis superstitis conceptis copulari consanguineis conjugis defuncti, quod hodiè correctum est, *c. pen. extra De consang. & affin.* Quartum impedimentum juris, prohi- 78
bens nuptias sive matrimonium est religionis disparitas *c. cave & c. non oportet. 28. q. 1.* Circa quod annotandum, quod licet duo Ethnici sive infideles matrimonium inter se contrahere possint, *c. gaudemus. extra De divort.* tamen Christianus cum muliere diversæ religionis & è converso matrimonium contrahere non possit, *d. c. cave, & d. c. Non oportet. gloss. c. fin. extra De condit. appos.* si videlicet hæc mulier, quæ est diversæ religionis, baptizata non sit: secus autem est, si hæc mulier, quæ est diversæ religionis, sit baptizata, sed sit hæretica vel schismatica: tunc enim cum illa Christiana rectè sentiens de articulis fidei, legitimè

matrimonium contrahit, *secundum communem atq; receptam Dd. sententiam. Abb. c. fin. n. 5. extra De condit. appos. Ang. de Clava. in ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum decimum.* Præterea quamvis matrimonium inter Christianum & Ethnicam contrahi nequeat, matrimonium tamen inter duos Ethnicos contractum non dissolvitur, si uterque conjugum ad fidem Christianam conversa fuerit, licet hoc matrimonium fuerit contractum in gradibus non jure divino, sed jure canonico tantùm prohibitis, *c. de infidelibus. extra De consang. & affin.* Quod locum habet, etiamsi hoc casu is, qui ad Christianam religionem conversus fuit, plures uxores duxerit, antequam Christianus efficeretur: namque is hoc casu eam, quam primò uxorem duxit, retinere cogitur, *c. gaudeamus extra De divort.* licet si constare nequeat, quam ipse adhuc Ethnicus existens, primò uxorem duxerit, utputa, si ipse simul & semel plures uxores duxerit, ipse Christianus effectus nullam retinere cogitur, *Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium Cl. 2. vers. impedimentum decimum. arg. l. duo sunt Titij. ff. De test. tutel. l. si ita fuerit in princ. ff. De reb. dubb.* Sin verò non uterque conjugum, sed unus tantùm ex ipsis ad Christianam religionem conversus fuerit, Canones statuunt matrimonium omninò separari adeò, ut illi conjugi, qui Christianus effectus est, permittatur cum alia etiam vivente primâ matrimonium contrahere, si ille conjunx, qui Ethnicus remansit, alteri vel omninò cohabitare nolit, vel Christianus conjunx illi absque contumelia DEI cohabitare nequeat: Sin autem conjunx ethnica velit cohabitare conjugi ad fidem Christianam converso & Christianus illi absque contumelia creatoris cohabitare possit,

possit, Christiano conjugi permittunt quidem Canones petere separationem matrimonii, non quidem ut ipsi alteri copulari permittatur, sed ne Ethnicæ cohabitare cogatur, *c. quanto. & ibi Abb. extra De divort. c. si infidelis. 28. q. 2.* & si conjunx Ethnica postea Christianam fidem & religionem amplectatur, is conjunx, qui priùs Christianus effectus fuit, si aliam uxorem antea legitimè non duxerit, conjugem suam Christianam effectam recipere atque cohabitare cogitur, *Ang. de Clava. d. vers. impedimentum decimum.* E' converso verò, si unus ex duobus conjugibus Christianis hæreticus vel infidelis effectus fuerit, matrimonium non separatur, *arg. l. patre furioso. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur. l. is, cui in princ. ff. De testam.* nisi quoad mensam & lectum tantùm secundum Canones; præcipuè si is conjunx, qui hæreticus vel infidelis factus fuit, alium ad suam hæresin trahere nitatur, *c. quæsivit. & ibi Abb. c. quanto. & ibi Abb. extra De divort.* Quoad hoc tamen impedimentum nostræ Ecclesiæ nonnihil à Canonibus variant, prout hoc potestis discere exiis, quæ tradit communis præceptor, *Dn. Philipp. Melanch. in Tract. De coniug.* Et annotandum, quod 79
in omnibus illis casibus, in quibus matrimonium inter Christianum & Ethnicam, hæreticam sive infidelem ratum est, mulier Ethnica, hæretica vel infidelis nulla habeat privilegia, nullaque commoda mulieribus à legibus indulta, *Auth. Item privilegium. C. De hæretic.* Ex quo sequitur, quod licet secundum dispositionem juris Saxonici, uxor lucretur ex bonis mariti defuncti omnia utensilia, *Art. 24. Landrecht. lib. 1.* quod tamen uxor Ethnica, hæretica vel aliter infidelis in terris Saxonicis ex bonis mariti defuncti, non lucretur utensilia, *arg. l. 2. C. De noxal.*

noxal. act. l. 1. §. lex Falcidia. & ibi Alex. ff. Ad leg. Falcid.
80 *Bart. & Iaſ. l. omnes populi. ff. De iuſtit. & iur.* Hæc tamen privilegia omnia ſive commoda, mulier hæretica Ethnica vel infidelis recuperat, ſi ipſa conſtante matrimonio ad religionem veram converſa fuerit, *Abb. c. pen n. 17. extra De divort. Ang. de Clava. d. verſ. impedimentum decimum tertium. arg. l. ſin debitis. §. ſi damnum. & ibi Bart. ff. Ad leg. Aquil. l. ſi tutoris. §. fin. ff. Quod iuſſ. Bart. Alex. &*
81 *Iaſ. l. ex facto in princ. ff. De vulg. & pupill. ſubſtit.* Quintum impedimentum juris eſt ligamen, propter quod is, qui jam conjugem habet, vivente alio conjuge alium conjugem ducere prohibetur, quod impedimentum & jure divino introductum eſt, *c. 2. Geneſ. c. 19. Matth. c. 10. Marc. c. 7. Corinth. 1. c. 5. Ad Epheſ.* & jure tàm civili, §. *affinitatis. &* §. *ſocrum h. t. noſt.* quàm canonico approbatum eſt, *c. gaudemus. extra De divort. c. nuptia. 32. q. 1.* & uſque adeò vires ſuas extendit, ut alteri conjugi non permittatur cum alio matrimonium contrahere, licet vel conjunx ſuus captivus ſit, vel ignoretur, in quo loco conjunx ſuus degat, & utrum is vivat vel mortuus ſit, *c. in præſentia. & ibi Abb. extra De ſponſal. c. 2. & ibi Abb.*
82 *extra De ſecund. nupt.* Præterea & is, qui vivente uxore primâ cum alia matrimonium contrahit, & infamis efficitur ipſo jure, *l. 1. ff. De his qui not. infam.* & olim pœna ſtupri plectebatur, *l. Eum qui duas. C. Ad leg. Iul. de adult.* hodie verò ſecundum novam conſtitutionem Imperatoris is, qui vivente uxore ſua aliam uxorem ducit, ultra notam infamiæ pœna adulterii plectitur, & gladio punitur, Quam conſtitutionem tamen Imperatoris ita demum procedere certum eſt, quando quis vivente uxore ſuâ ſciens & dolo malo aliam uxorem ducit;

ſecus

secus autem est, si quis vivente uxore suâ latâ vel levi culpâ, utputa credens uxorem suam mortuam, aliam uxorem duxerit: tunc enim ipse non ultimo supplicio afficitur, sed pœna extraordinaria arbitrio judicis constituenda plectitur, *arg. l. in lege. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. Bart. l. 1. in princ. ff. Si quis test. lib. ess. iuss. fuer. Bart. & Dd. l. in actionibus. ff. De in lit. iurand.* Utrum autem matri- 83
monium cum secunda uxore, mortuâ primâ contractum ab eo, qui credebat uxorem primam adhuc vivere, ratum sit, *videte Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum decimum tertium.* Sex- 84
tum impedimentum juris prohibens matrimonium contrahi est crimen: Circa quod annotandum est, quædam esse crimina, quæ matrimonium contrahi tantùm vetant, sed contractum non dissolvunt, Quædam verò esse crimina, quæ & matrimonium contrahi prohibent, & contractum dissolvunt. Cæterùm crimina, quæ impediunt matrimonium contrahi, sed contractum non dissolvunt, sunt tria, videlicet homicidium conjugis, raptus & incestus. Namque is, qui conjugem suam interficit, vel ejus vitæ insidiatur, cum alia nunquam matrimonium contrahere potest, *c. 1. & ibi Abb. extra De divort. c. admonere 33. q. 2.* eam ob causam, quòd leges illum indignum matrimonio judicaverint, qui contra legem & fidem conjugii deliquit, *arg. l. auxilium. ff. De minor. c. frustra. extra De usur.* nisi quis conjugem interfecerit vel ad defensionem corporis sui, *c. 1. & ibi Abb. extr. de divort. l. ut vim. ff. De iustit. & iur. iunct. l Gracchus. ff. Ad leg. Iul. de adult.* vel casu fortuito absque dolo, *arg. c. 1. extra De convers. infid.* Si tamen hoc casu quis contra

contra legis prohibitionem cum persona non prohibita matrimonium contraxerit, matrimonium non separatur, *gloss. & Abb. c. 1. extra De divort. Abb. c. 1. extra De conversi. infid. Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. impedimentum nonum. arg. §. cùm igitur. Auth. De non elig. secund. nub. gloss. c. fin. & ibi Abb. extra De iur. patron. Iaf. l. quod te.n 31. ff. Si cert. petat. Dec. l. nemo ex his in princ. ff. De reg. iur. Alex. Consi. 103. n. 15. lib. 1. Iaf. l. 1. C. De transact. Dec. l. 2. ff. De iurisd. omn. iudic. Andr. Tiraquel. in l. si unquam. n. 205. C. De revoc. donat.* Quinimò si is, qui uxorem suam interfecit, sit juvenis, ita, ut se continere non possit, permittitur ipsi indistinctè cum alia nuptias sive matrimonium contrahere, *c. interfectores. 33. q. 2.* Similiter & is, qui uxorem vel sponsam alterius de præsenti rapuit & violavit, vel alioquin per vim corrumpit, item & ea, quæ raptori consensit, matrimonium cum alio vel alia contrahere prohibetur, *c. statutum. 27. q. 2. gloss. c. hoc ipsum. §. de pœnitentibus. 33. q. 2.* Si tamen hoc casu matrimonium contractum fuerit de facto, matrimonium non separatur, *Ang. de Clava. d. ver. Impedimentum nonum. Melch.* Kling. *in Tract. De causs. matrim. sub Rubr. De rapt.* Quinimò si raptor, vel ea, quæ in raptum consensit, sit juvenis, nec se continere possit, permittitur illi cum aliis matrimonium contrahere, *arg. c. in adolescentia. 33. q. 2.* Is verò, qui sponsam alterius de futuro rapuit, cum alia quidem muliere indistinctè matrimonium contrahere potest, cum sponsa verò rapta ipse quidem matrimonium contrahere prohibetur, quamvis tamen si cum ipsa matrimonium contraxerit, matrimonii contractus non vitietur, *gloss. d. c. statutum.* Præterea is, qui mulierem solutam rapuit, & quamlibet aliam

aliam mulierem, & eam, quam rapuit vel vi ſtupravit, ipſa conſentiente in uxorem ducere poteſt, *c. fin. extra De raptor. c. nullus. 36. q. 2. Card. Pariſ. Conſ. 170. lib. 4.* De indeetiam & is, qui crimen inceſtus perpetravit, matrimonium contrahere prohibetur, *c. 1. c. 2. c. transmiſſa. c. ex literis. extra De eo, qui cogn. conſang. uxor. c. ſi quis viduam. & c. qui detinuerit. 32. q. 7. c. de inceſtis. 35. q. 3.* contractum tamen ab ipſo matrimonium tenet, nec reſcinditur, *gloſſ. c. 1. verb. copulare. extra De eo, qui cogn. conſang. uxor. ſua. gloſſ. c. 2. extra De pœnit. & remiſſ.* Imò ſi is, qui inceſtus crimen commiſit, juvenis ſit, nec ſe continere poſſit, permittitur ipſi ex diſpenſatione cum alia matrimonium contrahere, *c. ex literis iunct. gloſſ. fin. extra De eo, qui cogn. conſang. uxor. ſuæ. gloſſ. c. 1. verb. copulare. extra eod. tit. facit text. c. adoleſcentia. 33. q. 2.* Crimina verò 85 impedientia matrimonium contrahi, & contractum matrimonium ſolventia, duo tantùm ſunt, contractus nempe matrimonii miſtus cum adulterio vivente adhuc conjuge ſuâ, cum alia initus, item & machinatio in mortem conjugis ſuperſtitis. Namque certum eſt, 86 eum, qui vivente conjuge ſua cum alia matrimonium non interveniente concubitu contraxit, vel ei fidem dedit, de ducenda ipſa in uxorem conjuge ſuâ mortuâ non prohiberi poſt mortem conjugis ſuæ, cum illa, cui vivente conjuge ſuâ hanc promiſſionem fecit, matrimonium contrahere, *c. fin. & ibi Abb. extra De eo, qui cogn. conſang. uxor. ſuæ. Abb. c. 1. extra eod. tit.* Eodem modo & cum ea, cum qua quis vivente conjuge ſuâ rem habuit, mortua uxore matrimonium contrahere permiſſum eſt, *c. ſignificaſti. extra De eo, qui dux. in uxor. per adult. quam poſt. Abb. c. 1. extra eod. tit.* Cùm ea verò, cùm 87

qua quis vivente conjuge matrimonium contraxit, vel ei promissionem fecit de ducenda ipsam in uxorem mortuâ conjuge suâ matrimonium contrahere non permittitur, si ultra contractum matrimonii sive promissionem de matrimonio contrahendo & concubitus cum ea vivente conjuge suâ secutus fuerit, *c. 1. c. cùm haberet. c. veniens. & c. fin. extra De eo, qui dux. in uxor. quam poll. per adult.* Quod procedit, sive hæc promissio fuerit facta per verba de præsenti, sive fuerit facta per verba de futuro, *c. fin. extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll. Abb. c. 1. extra eod. tit. Melch. Kling. in Tract. De causs. matrim. sub Rubr. De contract. & adult. simul.* Secundò hoc procedit, sive adulterium vel concubitus secutus fuerit promissionem de contrahendo cum alia matrimonium sive præcesserit, *d. c. fin. extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll.* Tertiò hoc procedit, etiamsi cum illa muliere, cum qua quis vivente conjuge suâ matrimonium contraxit, plures liberos genuerit, eique multis annis cohabitaverit, *d. c. cùm haberet. extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll.* Quartò hoc procedit, etiamsi post matrimonium per verba de præsenti cum uxore sua contractum ante concubitum secutum, cum alia quis rem habeat, eique promissionem faciat, de ducenda ipsam in uxorem, *c. significavit. & ibi Abb. extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll. Ang. de Clav. d. ver. Impedimentum nonum.* Quintò hæc conclusio procedit, etiamsi isqui cum secunda, vivente primâ uxore, matrimoniũ, contraxit, à prima separatus fuerit, quoad mensam & lectum tantùm, *c. extuarum, extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll.*

Hoc

Hoc tamen fallit primò, si ea mulier, cum qua quis vivente uxore sua matrimonium contraxit, ignoravit, hunc virum uxorem superstitem habere: tunc enim cum ea matrimonium mortuâ uxore superstite, contrahi potest, *c. 1. & ibi Abb. extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adulter. poll. d. c. veniens. & ibi Abb.* Secundò hæc conclusio procedit, quando primum matrimonium ratum atque legitimum fuit: secus autem est, quando primum matrimonium quolibet modo nullum fuit, tunc enim eam, cum qua quis vivente primâ matrimonium contraxit, pro uxore retinere permissum est, *d. c. significavit. & ibi Abb. facit l. 4. §. condemnatum. ff. De re judic. c. non præstat impedimentum. & ibi Dyn. De reg. iur. lib. 6.* Tertiò hoc fallit, si quis vivente primâ uxore mulieri non interveniente concubitu promiserit cum illa matrimonium contrahere, & deinceps mortuâ suâ uxore cum secunda matrimonium contraxerit, atque eandem mulierem, cui vivâ primâ fidem dedit de ducenda ipsam in uxorem, non repetitâ hac promissione constante secundo matrimonio cognoverit, mortuâ secundâ uxore, ipse non prohibetur illam in uxorem ducere, *Caspar. Calder. c. fin. & ibi Abb. n. 5. extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll. Ang. de Clava d. verf. Impedimentum nonum.* Quartò, si Titius illi, cum qua vivente uxore sua concubuit, promiserit eam in uxorem ducere, mortuâ uxore sua, quàm ut duceret Berta cognata illius mulieris sibi suaderet, licet hæc Berta postea suaserit Titio, ut ipse cum cognata sua, quam vivente conjuge suâ cognovit, matrimonium contrahat, ipse Titius cum ea licitè matrimonium contrahit, nisi Titius vel mulier cognita tempore promissionis factæ probabiliter

credidisset, Bertam suasuram Titio, ut mortuâ uxore suâ cum hac muliere cognita contraheret matrimonium, *Angel. de Clav. in verſ. impedimentum nonum.* Quintò hoc fallit, quando is, qui cum alia concubuit, non fecit ipsi promissionem de ducenda ipsam in uxorem, sed ita simpliciter dixit, Si non haberem uxorem, te ducerem in uxorem: tunc enim mortuâ uxore suâ, ipse non prohibetur hanc in uxorem ducere, *Casp. Calder. & Anton. de San. Georg. d. c. super hoc. Ang. de Clav. d. verſ. impedimen-*
88 *tum nonum.* Præterea & is, qui in mortem alterius quid machinatus fuit, vel ejus vitæ insidias struxit, cum conjuge illius matrimonium contrahere non potest, *c. 1. & ibi Abb. extra De converſ. infid. c. 1. c. ſuper hoc. c. ſignificasti. c. veniens. & c. fin. extra. De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll.* Quod procedit, etiamsi Ethnicus quis vel infidelis Christianum interfecerit: Namque & huic ad Christianam religionem converso non permittitur cum uxore Christiani, quem interfecit, matrimonium contrahere, *c. 1. extra De converſ. infid. gloſſ. c. ſi quis vivente. 31. q. 1.* Secundò hæc conclusio procedit, etiamsi quis alium non quidem suis manibus interfecerit, sed hoc vel fieri mandaverit, *gloſſ. d. c. ſi quis vivente. 31. q. 1. arg. l. non ſolum. §. ſi mandato. & ibi Bart. ff. De iniur.* vel opem, auxilium vel consilium ad hoc præstiterit, *Ang. de Clav. d. verſ. impedimentum nonum. arg. §. interdum. infr. De obligat. quæ ex maleſic. deſcend. l. ſi pignore. §. qui ferramenta. ff. De furt. l. utrum. ff. Ad leg. Pomp. de parricid. l. domum. ff. Ad leg. Iul. de adult.* Hæc conclusio fallit primò, si quis quidem conatus fuerit aliquem interficere, vel vitæ illius insidias struxerit, verùm si hic conatus effectum non habuerit, neque homicidium secutum fuerit: tunc enim

enim illo mortuo cum conjuge illius, huic, qui vitæ illius insidias struxit, matrimonium contrahere permittitur, *gloss. d. c. si quis vivente gloss. d. c. 1. & ibi Abb. extra De conversi. infid. gloss. d. c. super hoc. & ibi Abb. gloss. c. sin. & ibi Abb. extra De eo. qui dux. in uxor. quam per adult. poll.* Secundò hoc fallit, si quis non dolo neque fraude, hoc videlicet proposito, ut cum conjuge illius matrimonium contrahere possit, sed casu fortuito vel culpa alium interfecerit: tunc enim cum conjuge illius interfecti licitè matrimonium contrahit, *c. 1. & ibi Abb. extra De conversi. infid. gloss. d. c. si quis vivente. Host. d. c. super hoc. Ang. de Clava. d. vers. impedimentum nonum. Melch. Kling. in Tract. De causs. matrim. facit l. heredes palam. §. pen. ff. De testam. l. 2. §. homines coactos. ff. Vi bonor. rapt.* Tertiò machinatio in mortem alicujus ita demum impedit matrimonium cum conjuge interfecti contrahere, si uterque videlicet tàm conjunx interfecti, quàm ille, qui cum ea matrimonium contrahere vult, hujus sceleris particeps fuit: secus autem est, si unus tantùm ex illis alio insciò scelus perpetraverit: tunc enim inter illos matrimonium prohibitum non est, *Ioan. Andr. d. c. super hoc. Abb. c. 1. extra De eo, qui duxit in uxor. quam per adult. poll. Abb. c. 1. extra De conversi. infid. Ang. de Clava. d. vers. Impedimentum nonum. Melch. Kling. in Tract. De causs. matrim. Sub Rubr. De machinat.* Nisi hanc machinationem in mortem alterius vel homicidium adulterium præcesserit: tunc enim is, qui alium interfecit, conjugem illius, cum qua antea adulterium perpetravit, in uxorem ducere non potest, licet hujus ipsa sceleris conscia non fuerit, *d. c. super hoc. & ibi Abb. d. c. significasti. & ibi Abb. c. 1. extra De conversi. infid.* Quartò licet non tantùm is, qui

alium interfecit, sed etiam is, qui alium interfici mandavit, vel ad hoc facinus opem, consilium vel auxilium, præstitit, cùm uxore illius matrimonium contrahere prohibeatur, is tamen, qui neque consilio, ope vel auxilio interveniente homicidium ab alio perpetratum ratum habuit, cum uxore interfecti, matrimonium contrahere non prohibetur, etiamsi hoc homicidium nomine illius ratum habentis perpetratum fuerit, secundum communem atque receptam Dd. sententiam, *gloss. d. c. si quis vivente. gloss. Vincent. Ioan. Andr. Card. & Abb. c. 1. extra De convers. infid. Ang. de Clava. d. vers. impedimentum nonum. Melch. Kling. d. Rubr. De Machinat. Domin. c. cùm quis. De sentent. excom. lib. 6. Felin. c. sicut. Cl. 2. n. 3. extra De Simon.* Licet regulariter tàm in delictis quàm contractibus ratihabitio retrò trahatur & mandato æquiparetur, *l. si pecuniam. C. De negot. gest. l. fin. & ibi Bald. C. Ad SC. Maced. l. licet. ff. De iudic. l. 1. §. decreuisse. ff. De vi & vi armat. l. semper qui non prohibet. & ibi Dec. ff. De reg. iur. c. cùm ad sedem. extra De restit. spoliat. c. fin. De iureiur. lib. 6. c. ratihibitionem. &* 89 *ibi Dyn. De reg. iur. lib. 6.* Et hæc quidem secundum Canones quoad hoc impedimentum criminis obtinent, quatenus verò à Canonibus Ecclesiarum nostrarum sententiæ, quoad hoc impedimentum discrepent, *videte ea,* 90 *quæ tradit Dn. Philipp. Melanch. in Tract. De coniug.* Septimum impedimentum juris prohibens matrimonium contrahere, est votum castitatis, *c. 1. De vot. lib. 6. c. meminimus. c. veniens. c. rursus. & c. fin. extra Qui Cleric. vel vovent. Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. Impedimentum quintum.* Octavum impedimentum juris est ordo, propter quem ordinem Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, tàm secundū juris civilis, *Auth. Multò magis. C. De Episcop. & Cleric.* quàm secundum juris canonici dispo-

dispositionem matrimonia contrahere prohibentur, *c.1. & c.2. extra Qui Cleric. vel vovent. c.1, De vot. lib. 6.* verùm hæc duo impedimenta, videlicet votum castitatis & ordo, optimis rationibus in nostris Ecclesiis abolita sunt. Porrò hisce impedimentis juris, quidam addunt & im- 91
pedimentum statuti, & consuetudinis, *de quo impedimentis videte ea, quæ tradit Ang. de Clava. d. ver. matrimonium. Cl. 2. vers. Impedimentum decimum septimum, Fel. & Dec. c. Ecclesia S. Mariæ. extra De constit. Felin. c. 1. extra De spons.* Neque 92
verò tantùm propter impedimenta juris, sed etiam propter impedimentū facti, matrimonium quis contrahere prohibetur. Namque is, qui alteri carnaliter commisceri 93
nequit, matrimonium contrahere non potest, *c. 1. c. quod sedem. c. ex literis. c. fraternitatis. & c. fin. extra De frigid. & malefic. Ang. de Clava. in Sum. verb matrimonium. Cl. 2. vers. Impedimentum decimum sextum. Melch.* Kling. *in Tract. De causs. matrim. Rubr. Impedimentum septimum. Philip. Melanth. in Tract. de coniug.* Quæ conclusio procedit, sive hoc impedimentum sit naturale sive sit accidentale, *d. c. quod sedem. iunct. glos. ver. impotentes. Abb d. c. ex literis.* Secundò procedit, sive illa persona, quæ alteri commisceri nequit, sit masculus sive sit fœmina. *d. c. 1. d. c. quod sedem. d. c. ex literis. d. c. laudabilem d. c. fraternitatis. d c. fin. ext. De frigid. & malefic.* Tertiò hæc conclusio ampliatur ut procedat, sive quis impediatur alteri commisceri propter totalem defectū virgæ vel propter nimiam magnitudinem vel carnositatem virgæ, vel propter nimiam frigiditatem, siccitatem vel caliditatem vel quocunque alio modo. *Melch.* Kling. *in d. Rubr. Impedimentum. 7. Abb. d. c. fraternitatis n. 19. Ang. de clav. d. vers. Impedimentum 16.* Idem est in muliere, quæ alteri commisceri nequit, vel, quia nimium arcta est vel ob aliam causam. *d. c. ex literis*

d. c. fra-

d. c. fraternitatis. Melch. Kling. *in Tract. de cauſſ. matrim. ſub Rubr. De impot. natur. fœm.* Quartò hæc concluſio ampliatur, ut procedat, etiamſi quis incantationibus, veneficiis vel artibus magicis inhabilis effectus fuerit, ad concubitum ſive amplexus, *Abb. d. c. fraternitatis.*

94 *Abb. c. fin. n 6. extra De frigid. & malefic.* Quintò hæc concluſio procedit, ut non tantùm is, qui cum inhabili contraxit, ſed etiam inhabilis, qui cum habili contraxit, hoc impedimentum allegare, atque propter hoc matrimonium contractum nullum declarari petere poſſit, *c. 1. & ibi Abb. extra De frigid. & malefic.* Sextò hæc concluſio ampliatur, ut licet conjuges, quorum vel unus vel uterque ad concubitum inhabiles ſunt, diu cohabitaverint, nihilominus tamen hoc impedimentum allegari, & propter hoc peti poſſit, ut matrimonium nullum de-

95 claretur, *c. fin. & ibi Abb. extra De frig. & malefic.* Septimò hæc concluſio ampliatur, ut etiam is conjunx, qui in extremis agit, vel in articulo mortis conſtitutus eſt, hoc impedimentum allegare, atque propter hoc petere poſſit, matrimonium nullum declarari, *arg. l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. De legat. 3. l. ſi pater. §. fin. ff. De fideic. libert. l. Seia. §. fin. ff. De donat. cauſſ. mort. l. quoniam indignum. & ibi Iaſ. C. De teſtam. c. Raynucius. & c. non quidem. extra eod. tit. c. fin. extra De ſucceſſ. ab inteſt. Bald. c. quoniam frequenter in princ. extra ut lit. non conteſt. Bald. & Alex. l. hac conſultiſſima. C. Qui teſtam. fac. poſſ. Bald. c. 1. verſ. vaſalli noſtri. De pac. Conſtan. Alex. Conſ. 12. n. 6. lib. 1. Conſ. 33. n. 6. lib. 3. Dec. c. ſi pro debilitate. n. 1. extra De offic. deleg.*

96 *facit text. l. militis. C. De milit. teſtam.* Octavò hæc concluſio extenditur, ut licet conjuges toto tempore vitæ ſuæ de hoc impedimento conqueſti non fuerint, ipſis defun-

defunctis, heredibus tamen tàm habilis quàm inhabilis hoc impedimentum allegare, & propter hoc matrimonium fuisse nullum declarari, petere permittitur: namq; hoc impedimentum matrimonium ipso jure nullum reddit: Et certum est, quòd impedimentum vel crimen actum aliquem ipso jure nullum reddens, non tantùm ab ipsis principalibus personis, sed etiam ab heredibus & contra heredes illorum allegari & in judicium deduci possit, *l. 3. §. quod autem. & ibi gloss. Bart. & Dd. ff. Quod quisq; iur. l. commissa. ff. De public. l. fin. C. Ad leg. Iul. Maiest. Bald. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. insuper. De prohib. feud. alien. per Frider. Card. & Abb. c. fin. extra De donat. Paul. de Castr. & Iaf. l. omnimodò in princ. C. De inoffic. testament. Francisc. Aretin. Cons. 14. Incip. Viso & diligenter considerato. Præpos. c. 1. §. porrò. Quæ fuit prima causs. Iacob. de S. Georg. in Tract. feud. ver. dictiq; vasalli. n. 53. Zas. in Tract. feud. 10. part. n. 76.* Circa hoc annotandum, uti- 97
litate non carere hoc, quod vel in articulo mortis, vel etiam uno vel utroque conjuge mortuo hoc impedimentum ab heredibus vel contra heredes allegatur, & in judicium deducitur. Namque licet secundum juris communis dispositionem conjugi locupleti defuncto nullis agnatis & cognatis relictis conjunx superstes in solidum succedat, *l. 1. C. und. lib.* & conjugi locupleti etiam liberis, vel agnatis aut cognatis superstitibus defuncto, conjunx pauper in quartam partem bonorum succedat, *Auth. Præterea. C. und. vir & uxor.* Et secundum juris Saxonici dispositionem maritus indistinctè uxori prædefunctæ in omnia bona mobilia succedat, *Art. 31.* Landrecht. & è converso uxor succedat marito in utensilia, *Art. 24.* Landrecht. *lib. 1.* vel secundum consuetu-

ſuetudinem quorundam locorum in tertiam & vel dimidiam partem, tamen neque maritus uxori, neque uxor marito ſuccedit ullo caſu, ſi hoc impedimentum vel in articulo mortis, vel poſt mortem ab heredibus allegatum & probatum fuerit, *l. 1. ff. und. vir & uxor. Alex. l. ſi cùm dotem. §. fin. ff. Solut. matr.* Et licet uxor ob rem mariti vel ſurreptas vel amotas rerum amotarum judicio conveniri poſſit: tamen hoc fallit, quando hoc vel ſimile impedimentum vel in articulo mortis vel poſt mortem mariti allegatum & probatum fuerit, *l. ſi concubinam in princ. ff. Rer. amotar.* Et licet dos ſoluto matrimonio ob impenſas in illam factas retineri non poſſit, *l. 1. §. ſed nec ob impenſas. C. De rei uxor. act.* tamen probato hoc impedimento vel in articulo mortis vel poſt mortem propter impenſas dos retineri poteſt, *d. l. ſi cùm dotem. §. fin.* & probato hoc impedimento, vel in articulo mortis, vel poſt mortem conjugũ, maritus non lucratur fructus dotis conſtante matrimonio perceptos, *l. inſulam. §. fructus. ff. Solut. matrim.* Quamvis alioquin maritus lucretur omnes fructus dotis conſtante matrimonio perceptos, *l. dotis. ff. De iur. dot. l. pro oneribus. C. eod. tit.* Præterea hoc impedimento probato, etiam in articulo mortis vel poſt mortem uxoris maritus dotem in ſolidum reſtituere cogitur, *c. 1. & ibi Abb. extra De donat. int. vir. & uxor. Alex. l. maritum. n. 1. ff. Solut. matrim. Socin. iun. Conſ. 39. n. 34. & 65. Conſ. 63. n. 12. & 20. lib. 3.* Quamvis ipſe alioquin habeat hoc beneficium, ne ultra quam facere poteſt, condemnetur, *d. l. maritum.* Deinde hoc impedimento probato, maritus non lucratur dotem vel partem dotis vel vigore pacti dotalis vel vigore ſtatuti, *Bald. Ang. & Salic. l. 1. arg. illius text. C. De condict. ob cauſſ.*

Bald.

Bald. l. pen. ff. Quod falſ. tutor. auct. Ang. §. aſſcriptitios. arg. illius text. Auth. De nupt. Socin. iun. Conſ. 39. n. 34. & 65. Conſ. 63. n. 12. & n. 22. lib. 3. facit text. §. Si verò ab initio. Auth. De nupt. vel etiam propter adulterium uxoris, *gloſſ. l. conſenſu. §. vir quoq;. C. De repud.* Similiter hoc impedimento etiam in articulo mortis vel poſt mortem probato, maritus etiam dotem in mobilibus conſiſtentem illicò reddere cogitur, nec habet anni dilationem, quæ dilatio alioquin maritis indulta eſt, quando dos in mobilibus conſiſtit, *gloſſ. l. 1. §. exactio. C. De rei uxor. act.* Eodem modo hoc impedimento probato donatio inter virum & uxorem facta, morte non confirmatur, *Bald. l. Eam quam C. De fideicom. Bald. l. ſi voluntate. C. De donat. int. vir. & uxor. arg. l. cùm hic ſtatus. §. ſi quis ſponſam. ff. De donat. int. vir. & uxor.* quamvis donatio inter virum & uxorem regulariter morte confirmetur, *d. l. cùm hic ſtatus. l. res quæ. C. De donat. int. vir. & uxor.* Privilegia verò dotis reſpicientia favorem mulieris qualia ſunt illa, quod mulier habet actionem perſonalem privilegiatam ad repetendam dotem, *l. 2 §. fin. ff. De privil. credit.* item, quod mulier habet in bonis mariti tacitam hypothecam, *Bart. & Alex. d. l. ſi cùm dotem. §. fin. ff. Solut. matrim.* Item, quòd res dotalis alienari nequit, & ſimilia, etiam probato hoc impedimento, locum habent, *gloſſ. l. dotale. §. heredi quoq;. ver. præſtaretur. ff. de fund. dotal. arg. l. 4. ff. eod. tit.* Nonò hæc concluſio ampliatur, ut etiam is, qui virgam 98
erigere atque fœminæ commiſceri poteſt, ſi ipſe teſticulis careat, vel aliter ſemen emittere non poſſit, matrimonium ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam contrahere non poſſit, *Archid. c. hi qui. 37. q. 7. Hoſtien. in Sum. §. quæ impotentia ver. quid. aut, de frigid. & malef.*

Abb. d. c. quod ſedem. Ang. de Clava. d. verſ. impedimentum decimum ſextum. Melch. Kling, *in Tract. De cauſſ. matrim. ſub Rubr. De manif. impoten. accident. Et hæc ſententia verior*
99 *eſt, reprobata gloſſa, contrarium ſentiente, in d. c. hi qui.* Quamvis tamen mulier virilibus amplexibus apta, indiſtinctè matrimonium contrahere poſſit, licet illa ſterilis ſit, nec ſemen emittere poſſit, *l. ſancimus. la 2. C. De nupt. Iaſ. l. 1. n. 43. ff. Solut. matrim. Iaſ. l. ſed etſi quæſitum. n. 1. ff. De liber. & poſth. Melch.* Kling, *in Tract. De cauſ. matrim ſub Rubr. De impotent. natur. fœmin.* Et maſculus, qui fœminæ commiſceri, atque ſemen emittere poteſt, matrimonium contrahere poſſit, licet ipſe unicum teſticulum habeat, *Abb. d. c. quod ſedem. arg. gloſſ. d. l. ſed eſt quæſitum. § Spa-*
100 *donem text. l. qui cum una in princ. ff. De re milit.* Decimò hæc concluſio ampliatur, ut procedat, ſive hoc impedimentum ſit manifeſtum, ſive ſit occultum, *d. c. 1. & ibi Abb. n. 6. d. c. laudabilem. & ibi Abb. extra De frigid. & malefic.* ſed inter impedimentum manifeſtum & occultum hoc intereſt, quòd ſi impedimentum ſit manifeſtum, quod nullà tergiverſatione celari poteſt, utputa, ſi vir careat virgà vel teſticulis, vel fœmina ſit ita arcta, ut evidenter liqueat, illam virilibus amplexibus aptam non eſſe, matrimonium quandocunque allegato vel probato hoc impedimento nullum ſtatim judicetur, etiam abſque juramento ipſorum conjugum & propinquorum, *Abb. c. 1. n. 5. & 6. d c. laudabilem. n. 2. extra de. frigid. & malefic. arg. l. continuus. §. cùm ita. ff. De verb. oblig. l. aliquando. §. fin. ff. Ad Senatusconſultum Velleian. c. cùm contingat, extra De offic. delegat. c. evidentia, extra de accuſat.* Sin autem impedimentum ſit occultum, ſimili modo propter impedimentum hoc ſtatim matrimonium

nium separatur, si vel uterque conjugum hoc etiam ex intervallo confiteantur, vel alter conjunx habilis nempe tantùm, hoc allegat statim post contractum matrimonium, intra nempe mensem vel unum. Et licet confessio vel allegatio aliquibus probabilibus conjecturis sive præsumptionibus adjuvetur, utputa, quia ex inspectione virgæ apparet aliqua præsumptio impotentiæ, & uxor, quam quis virginem duxit, adhuc ex inspectione virgo apparet, *d. c. laudabilem, & ibi Abb. Idem Abb. d. c. 1. extra De frigid. & malefic.* Sin autem hæc allegatio impedimenti vel ab utroque conjuge quandocunque vel ab uno statim post contractum matrimonium facta, nullis probabilibus conjecturis vel præsumptionibus adjuvetur, matrimonium propter hoc impedimentum non statim nullum declaratur, sed conjugibus præcipitur triennium à die matrimonii contracti computandum, *Abb. c. fin. extra De frigid. & malefic.* ut cohabitent, atque operam dent, ut copulari possint: quo triennio elapso, si vel uterque conjunx vel unus tantùm ex iis, in allegatione impedimenti, & petitione separationis perseveret, matrimonium separatur, si mulier cum septem propinquis sive vicinis juret maritum impotentem, & eo casu, quo ipsa virgo nupsit ex inspectione corporis adhuc virgo deprehenditur, *c. 1. & ibi Abb. c. laudabilem. & ibi Abb. c. fin. & ibi Abb. extra De frigid. & malefic.* Namque si elapso triennio illa, quæ vel in habitu virginali virgo nupsit, corrupta deprehendatur, ipsa separationem thori propter impedimentum mariti petens non auditur, *Melch. Kling. in Tract. De causs. matrim. Sub Rubr. De Septimo impedimento. arg. l. Itag. fullo. ff. De furt. l. transactione. C. De transact. l. si creditoribus, C. De serv. pign. dat. manumiss.*

Bart. Alex. & Iaſ. l. iusiurandum. §. procurator. ff. De iureiur. Et ſi maritus hoc triennio, quo conjuges cohabitare juſſi fuerunt, aliquibus diebus vel infirmitate vel alio caſu impeditus fuerit, copulæ operam dare, hi dies ultra triennium reſtituuntur, *arg. l. ſed etſi per prætorem. §. ſi feriæ. & §. quoties. l. nec non. §. ſi quis ſæptus. ff. Ex quib. cauſſ. maior. l. 1. §. ſi quis propter inundationem. ff. De itin. act. priv.* Eodem jure utimur & eo caſu, quando uni ex conjugibus non ſtatim poſt matrimonium contractum, ſed poſt longum intervallum propter impotentiam ſeparationem petit. Namque hoc caſu, licet allegatio impedimenti aliquibus conjecturis adjuvetur, non ſtatim, ſed demum poſt elapſum triennium à die matrimonii computandum intervenientibus illis, quæ in præcedenti caſu diximus, matrimonium ſeparatur, *Melch. Kling. ſub d. Rubr. De ſeptimo impedimento. arg. c. 1. & ibi Abb. c. laudabilem. & ibi Abb. c. fin. & ibi Abb. extra De frigid. & malefic.*

101 Porrò teſtibus deponentibus de ſignis impotentiæ, item de hoc, quod ea, quæ petit ſeparationem thori, propter impotentiam mariti à marito cognita non ſit, non aliter fides adhibetur, niſi ipſi jurati deponant, *c. propoſuiſti. & & ibi Abb. Felin & Dec. extra De probat. c. laudabilem. & ibi Abb. extra De frigid. & malefic. l. neminem. C. De Advoc. diverſ. iudic. l. comparationes. C. De fid. inſtrum. l. hac edicti ali. §. his illud. & ibi Bald. C. De ſecund. nupt. §. Quod autem. Auth. De non alienand. aut permut. reb. eccleſ. Bart. in proœm. Digeſtorum in princ. n. 5. Bart. l. 1. in princ. n. 2. ff. De ventr. inſpic.*

102 Undecimò ex hoc infertur, cùm impuberes naturaliter ſint impotentes, maſculos minores 14. annis & fœminas minores 12. annis, matrimonium contrahere non poſſe, & matrimonium ab ipſis contractum nullum eſſe, *ut hic in princ.*

in princ. & c. ubi. c. de illis. Cl. 2. extra De desponſ. impub. gloſſ. l. in ſponſalibus. ff. De ſponſal. niſi vel malitia ætatem ſuppleat, *c. puberes. & ibi Abb. extra De desponſ. impub.* vel pro bono pacis, aut ob aliam ſimilem neceſſitatem hæc conjunctio fiat, *d. c. ubi. extra De desponſ. impub.* Quamvis tamen matrimonium contractum à maſculis majoribus 14. annis & à fœminis majoribus 12. annis ratum ſit, nec ſeparetur, licet hic tàm maſculus quàm fœmina, propter ætatis imbecillitatem ad concubitum nondum aptus ſit, ſed expectetur, donec hic tàm maſculus quàm fœmina, plenam pubertatem 18. nempe annos: *l. item Mela. ff. De reb. dub.* attingant; atque ſi interea ipſi habiles atque apti ad concubitum reddantur, matrimonium ratum & firmum judicetur, *Ang. de Clav. d. verſ. Impedimentum decimum ſextum. Melch.* Kling. *in Tract. De cauſſ. matrim. Sub Rubr. Impedimentum ſeptimum. arg. c. laudabilem. & c. fin. extra De frigid. & malefic. Quæ ſententia vera eſt, & communiter approbata, quamvis in hoc contrarium ſed malè teneat gloſſ. & Abb. d. c. puberes.* Hæc conclusio ita ampliata; primò ita demum procedit, quando hoc impedimentum facti ſive impotentia matrimonium præcedit: ſecus autem eſt, quando hoc impedimentum poſt matrimonium contractum etiam conſenſu ſolo, nondum ſecuto concubitu ſupervenit: tunc enim matrimonium non dirimitur, *c. hi qui. 32. q. 7. gloſſ. Abb. & Philip. Franc. c. ex literis. extra de frigid. & malefic. Anton. de Butr. d. c. quod ſedem extra eod tit. Ang. de Clav. d. ver. Impedimentum 16. Melch.* Kling. *Sub Rubr. De manif. impot. acciden. facit l. patre furioſo. & ibi Iaſ. ff. De his, qui ſunt ſui vel al. iur. l. is cui bonis. ff. De teſtam. l. fin. ff. und. liber. l. plurib. §. et ſi placeat, & ibi Bart. ff. de verb. oblig.* Quamvis tamen 103

ſi hoc

si hoc impedimentum superveniat post matrimonium solo consensu contractum ante concubitum secutum, cum alio conjuge, si ille se continere non possit, hoc casu dispensari possit, ut relicto inhabili cum alio matrimonium contrahat, *Abb: d.c. ex literis. Ang. de Clava, d. ver. Impedimentum decimum sextum. Melch.* Kling. *d. Rubr. De manifest. impot. accid. arg. c. ex publico. extra De conversi. coniug.* 104 Et in dubio, quando non constat, utrum impedimentum matrimonium præcesserit, an verò secutum fuerit, præsumatur hoc impedimentum, matrimonium præcessisse, eamque ob causam matrimonium nullum declaretur, *Abb. d. c. fraternitatis. n. 16. Abb. c. fin. n. 3. & ibi Anton. de Butr. extra De frigid. & malefic. Ang. de Clava. d. vers. Impedimentum decimum sextum. Melch.* Kling. *d. Rubr. De manif. impot. accid. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. sciendum. De empt. vend. Ang. l. sciendum. ff. De verb. obligat. Ioan. de Immol. l. si quis cùm aliter. ff. eod. tit. Iaf. l.* 105 *lecta n. 20. ff. Si cert. petat.* Secundò hæc conclusio ita demum procedit, quando quis nullo modo alteri copulari potest: secus autem est, si quis alteri copulari possit, licet difficulter: tunc enim ipse & matrimonium contrahere potest, & contractum ab ipso matrimonium ratum est, *Ang. de Clava. d. vers. Impedimentum decimum sextum.* Ideoque cùm nullus sit adeò senex, quin saltem ope medicamentorum interdum excitari possit, ut mulieri copuletur, receptum est, senes & matrimonium contrahere posse, & contractum ab illis ratum esse, *l. sancimus. la 2. C. De nupt. gloss. c. nuptiarum, ver. in quibusdam. 27. q. 1. gloss. & Abb. d c. quod sedem. extra De frigid. & malefic. Melch.* Kling. *d. Rubr. De impedimento. septimo. Iaf. l. sed est quæ,* nisi evidentissimè liqueat, quem adeò senio confectum,

fectum, ut ipse nullo modo mulieri copulari possit: tunc enim ipse perinde ut quilibet alius impotens, matrimonium contrahere prohibetur, & contractum ab ipso matrimonium nullum est, *Ang. de Clava, d. vers. Impedimentum decimum sextum.* Tertiò propter impedimentum 106
facti, matrimonium ita demum impeditur, quando hoc impedimentum nullâ arte nullisve medicamentis removeri potest: secus autem est, quando hoc impedimentum arte aliquâ vel medicamentis aliquibus removeri potest, *c. ex literis. & ibi Abb. extra De frigid. & malefic. Ang. de Clava d. ver. Impedimentum decimum sextum. Melch. Kling. in Tract. De causs. matrim. Sub Rubr. De impotent. natur. fœmin.* Dummodò tamen hoc impedimentum removeri possit, absque vitæ periculo & licitis mediis. Namque si hoc impedimentum removeri non possit, vel absque vitæ periculo, *c. fraternitatis. & ibi Abb. extra De frigid. & malefic.* vel licitis mediis, sed incantationibus, artibus magicis vel similibus illicitis modis tantùm, hoc impedimentum perinde matrimonium contractum impedit, atque si illud nullo modo removeri possit, *Ang. de Clava. d. vers Impedimentum decimum sextum. arg. l. generaliter. ff. De usur. l. filius. ff. De condit. instit. l. generaliter. & l. si stipuler in princ. ff. De verb. oblig.* Quartò is, qui mulieri commisceri, & semen emittere potest, licet hoc semen ad generandum penitùs sit inutile, matrimonium licitè contrahit, *Ang. de Clava. d. vers. Impedimentum decimum sextum.* Sextò, ita demum propter impedimentum facti separatio matrimonii peti potest, si quis ignoranter, quod in dubio hoc casu præsumitur, *c. consultationi. extra De frigid. & malefic. l. verius. ff. De probat.* licet in aliis contractibus secus sit, *l. qui cum alio. & ibi Dec. ff.*

De reg. iur. cum illo, qui huic impedimento facti obnoxius est, matrimonium contrahat: secus autem est, si quis scienter contrahat cum illo, qui huic impedimento obnoxius est: tunc enim ipse propter hoc non potest petere separationem thori, *d. c. consultationi. & ibi Abb.* quamvis tamen hoc casu verum matrimonium dici non possit, *Abb. d c. consultationi.* nec illi, inter quos matrimonium hoc casu contractum fuit, propriè sub uxoris & mariti appellatione contineantur, *d.c. consultationi.* Ideoque dispositum de uxore & marito, tàm quoad successionem, quàm quoad alia, nisi de contraria mente disponentis evidenter constet, *l. 3. & ibi Iaſ. C. De liber. prater.* non habeat locum in hisce conjugibus, quorum vel uterque vel unus tantùm impedimento facti obnoxius est, *arg. l. hæc verba ff. De negot. gest. l. 1. § si is qui navem ff. De exercit. act. l non aliter in princ. ff. De legat. 3.* Et, si persona habilis, quæ cum inhabili scienter contraxit, cum alia persona habili postea matrimonium contrahat, hoc matrimonium secundum ratum sit, *Abb d.c consultationi.* Quinimò, si persona habilis, quæ cum inhabili scienter matrimonium contraxit, juvenis sit, nec se continere possit, permittitur ipsi ab Ecclesia, cum alia persona habili matrimonium contrahere, *Host. Innoc. & Abb. d.c. consultationi* Maritus tamen habilis, qui cum muliere impedimento facti obnoxia scienter matrimonium contraxit, sive ipse ad alia vota transierit, sive non transierit, mulierem inhabilem toto tempore vitæ suæ alere
207 tenetur, *Innoc. Hostiens. & Abb. d.c. consultationi.* Septimò licet matrimonium propter impedimentum facti separari possit, sententia tamen lata contra matrimonium propter impedimentum facti nunquam transit in rem judica-

judicatam: sed hæc sententia, quandocunque probato hoc, quòd illa sententia ex falsa causa lata fuerit, retractari potest, *c. fraternitatis. & ibi Abb. extra De frigid. & malefic. c. lator. & ibi Abb. & Felin. extra De sentent. & re iudic.* Quamvis tamen è converso, sententia lata 108
pro matrimonio in causa, in qua petitur, matrimonium nullum declarari propter impedimentum facti in rem judicatam transeat, ita, ut si ab hac sententia appellatum non fuerit, non permittatur postea propter impedimentum facti, matrimonii separationem petere, *Abb. c. fin. n. 4. extra De frigid. & malefic.* Cùm tamen civilis causa non sit potentior causa naturali, *l. qui habet in princ. & ibi Bart. ff. De tutel. l. filio quem in princ. ff. De liber. & posth.* & sententia judicis sit juris civilis, *arg. l. 2. §. deinde ex his. ff. De orig. iur.* consensus autem partium sit juris naturalis, *l. 1. in princ. ff. De pact.* sequitur, quòd sicut consensu expresso contrahentium, ita quoque & sententia judicis, quæ in rem judicatam transit, inter personas, quarum vel utraque vel una tantùm impedimento facti obnoxia est, non verum neque proprium, sed fictum tantùm & improprium matrimonium efficiatur: ideoque omnia, quæ in præcedenti limitatione diximus, hîc repetenda sunt.

Porrò libellus, in quo petitur separatio matri- 109
monii propter impedimentum facti, procedit, licet hic libellus generalis sit, nec in ea specifica mentio de impedimento facta, *Host. & Ioan. Andr. c. fin. & ibi Abb. n. 4. extra De frigid. & maleficiat* Cæterùm, si quis contra im- 110
pedimenta juris matrimonium contxaxerit, contractus

matrimonii ipso jure nullus est, *ut hic. §. Si adversus facit text. l. non dubium, & ibi Bart. Bald. & Iaſ. C. De ll. l. ſi feriatis. ff De fer. l. cùm lex. & ibi Bart. ff. De fideiuſſ.* nec appellationem vel nomen matrimonii meretur, *ut hic. §. ſi adversus, facit l. 2. §. 1. ff. Quemad. teſtam. aper. l. non putavit. §. non quævis. ff. De bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. ſicut. §. 1. ff. De oper. libert. l. 4. §. condemnatum. ff. De re iudic. §. Est & aliud. inſt. De donat. l. 1. §. fin. ff. ad Tertull. Dec. c. cùm in cunctis. §. 1. notab. 1. extra De Election. & in c. ex tenore. n. 20. extra De reſcript. Idemq; Dec. c. Nicolao. 2. Notab. extra De appellat. & Conſ. 126. Conſ. 475. Conſ. 499. Corn. Conſ. 140. lib. 4. Hippol. de Marſil. Conſ. 14. n. 3.* ſive illud matrimonium fuerit contractum à ſcientibus hoc impedimentum, ſive illud matrimonium fuerit contractum ab ignorantibus hoc impedimentum, *l. 1. & ibi Bart. Bald. C. De interd. matrim. l. ſi adulterium cum inceſtu.* III *§. 1. & ibi Bart. n. 11. ff. Ad leg. Iul. de adult.* Ideoque diſpoſitio legis, ſtatuti, *l. 3. §. hæc verba. & ibi Bart. & Bald. ff. De negot. geſt. l. 1. §. ſi is, qui navem. ff. De exercit. act. Bart. l. 1. ff. De ſont. Bald. l. ſi quis ſervo. C. De furt. Alex l. 1. §. lex Falcidia. ff. Ad leg. Falcid. Card. Pariſ. Conſ. 159. n. 17. lib. 4. Socin. iun. Conſ. 32. n. 23. lib. 3.* teſtatoris, *l. non aliter in princ. ff. De legat. 3. Socin. iun. Conſ. 78. n. 5. lib. 3.* vel contrahentium, de matrimonio vel conjugio ſimpliciter loquens, nullo modo extendi debet ad matrimonium contra impedimenta juris contractum, *arg. l. quicquid aſtringendæ. ff. De verb. oblig.* niſi vel mens diſponentis, *arg. l. 3. & ibi Iaſ. C. De lib. prater. Paul. de Caſtr. Conſ. 332. Incip. Viſo teſtamento Michaëlis. col. 1. lib. 2. Aym. Cravet. Conſ. 3. n. 12. Socin. iun. Conſ. 95. n. 77. Conſ. 105. n. 33. lib. 3.* vel ſubjecta materia, *arg. l. ſi uno in princ. ff. De locat. conduct.*

conduct. l. insulam. ff. De præscript. verb. l. Proculus. ff. De damn. infect. Aym. Cravett. Cons. 9. n. 22. Cons. 20. n. 3. vel communis usus loquendi aliud suaderet, *arg. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. & ibi Bart. ff. De legat. 3. l. ut Alphenus. l. vulgari. & l. omnibus. ff. De verb. significat. c. quamvis. & ibi Abb. extra eod. tit. c. quanquam. 2. q. 7. Aym. Cravett. Cons. 9. n. 30. Bart. & Ias. Rubr. ff. De oper. nov. nunciat.* vel nisi aliam capiendo interpretationem sequeretur vel iniquitas, *arg. l. scire oportet. §. aliud. ff. De excusat. tutor. Aym. Cravett. Cons. 70. n. 29.* vel absurditas, *arg. l. nam absurdum. ff. De bon. libert. Card. Paris. Cons. 8. n. 40. Cons. 111. n. 35. lib. 1. Cons. 70. n. 10. Cons. 72. n. 59. Cons. 96. n. 21. lib. 3. Cons. 71. n. 9. lib. 4. Socin. iun. Cons. 144. n. 7. lib. 3.* vel dispositio alioquin supervacua vel inutilis redderetur, *arg. l. 3. §. 1. ff. De iureiur. l. si quando in princ. ff. De legat. 1. l. si stipulatus fuero per te. l. stipulatio ista. §. sed si servus. & §. possidere. ff. De verb. oblig. c. si sententia. De sentent. excomm. lib. 6. Bald. c. 1. De Capitan. qui cur. vendid. Bald. Rubr. C. De contrah. empt. Rom. & Fulgos. Auth. Ex testamento. C. De collat. Corn. Cons. 91. lib. 1. Cons. 115. lib. 2. Andr. Socin. Cons. 50. lib. 4. Laurent. Calcan. Cons. 74. Ias. l. 1. in princ. n. 40. ff. De offic. eius cui mand. est iurisd. Dec. Cons. 626. Cons. 48. Cons. 69. Abb. Cons. 32. lib. 2. Aym. Cravett. Cons. 20. n. 9. Cons. 84. n. 12. Cons. 105. n. 7. Cons. 118. n. 19. Socin. iun. Cons. 70. n. 15. Cons. 75. n. 19. lib. 3.* Similiter illi, qui contra prohibitionem juris, matrimonium contrahunt, appellatione uxoris & mariti non continentur, *ut hic. §. si adversus.* Ideoque dispositio de marito & uxore, tàm quoad successionem quàm quoad alia loquens, ad hos conjuges non extenditur, *arg. d. §. hæc verba. d. §. si vir qui navem. d. l. nec aliter in princ.* licet matrimonium 112

ab illis ignoranter contractum fuerit, *Alex. l. si cùm dotem. §. fin. ff. Solut. matrim. arg. l. 1. & ibi Bald. C. De interd. matrim. c. 1. extra De donat. int. vir. & uxor. iunct. l. maritum. &* 113 *ibi Alex. ff. Solut. matrim.* Præterea filii nati ex inceſtis ſive legibus prohibitis nuptiis non ſunt legitimi, *ut hic. §. ſi adverſus*, nec in poteſtate parentis, *ut §. ſi adverſus. ſupr. De patr. pot. in princ.* nec appellatione liberorum etiam naturalium, *Auth. Ex complexu. C. De inceſt. nupt. §. fin. Auth. Quib. mod. natur. effic. ſui. Corn. Conſ. 1. n. 25. lib. 3.* continentur, *c. 1. 35. q. 7.* ſive de liberis facta fuerit mentio in legibus vel ſtatutis, *d. Auth. Ex complexu*, ſive in teſtamentis vel aliis ultimis voluntatibus, *Bartol. ex facto. §. ſi quis rogatus. n. 4. & ibi Alex. ff. Ad SC. Trebell. Abb. c. in præſentia. & ibi Felin. n. 21. Dec. n. 39. extra De probat.* item, ſive illa diſpoſitio, in qua eſt facta mentio liberorum, reſpiciat ea, quæ ſunt juris civilis, ſive reſpiciat ea, quæ ſunt juris naturalis, *gloſſ. l. quia ſemper. & ibi Alex. & Iaſ. ff. De in ius vocand. Innocen. & Alex. d. §. ſi quis rogatus.* Immò liberi nati ex matrimonio legibus prohibito nec agnatorum, *Bald. l. humanitatis. C. De impub. & al. ſubſtit. Corn. Conſ. 200. n. 9. lib. 4.* nec conſanguineorum, *Bart. l. tutelæ. ff. De capit. diminut.* nec cognatorum, *Alex. Conſ. 174. n. 3. lib. 5. Corn. d. Conſ. 200. n. 9. lib. 4. Fulgoſ. Conſ. 36. Incip. Quidam magnus. Bertrand. Conſ. 6. lib. 1. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 96. n. 3.* nec conjunctorum appellatione continentur, *Dyn. Conſ. 14. Bald. l. id quod pauperibus. col. pen. C. De Epiſcop. & Cleric. Bald. l. cùm acutiſſimi. C. De fideicom. Paul. de Caſtr. Conſ. 181. Incip: In cauſſa, quæ vertitur coram Vicario. Alex. d. §. ſi quis rogatus. n. 36. Innoc. c. nonnulli in princ. & ibi Felin. n. 56. extra De reſcript. Corn. d. Conſ. 200. n. 9. lib. 4.* nec ullo beneficio, *Auth. licet. C. De natur. liber.* ullâve clementia digni ſunt,

Corn.

Corn. Conſ. 1. n. 25. Conſ. 217. n. 4. lib. 3. Ideoque nec parentes ſuccedunt liberis ex damnato matrimonio natis, 114
Bart. l. fin. ff. De his quib. ut indig. Ang. §. præferuntur. n. 18. infr. Ad SC. Tertull. & è converſo liberi ex illicito vel damnato matrimonio nati ſuccedunt, neq; parenti etiam matri vel aſcendenti per lineam maternam, *gloſſ. §. noviſſimè, ver. admitti, & ibi Ang. infr. Ad SC. Orfician. Bald. Conſ. 267. Incip. Ad evidentiam. lib. 1. Conſ. 457. lib. 2. Abb. Conſ. 50. lib. 2. Ioan. de Anan. Conſ. 95. Socin. Conſ. 144. lib. 1. Aym. Cravett. Conſ. 184. Socin. iun. Conſ. 69. n. 4. lib. 1.* neque fratribus, ſororibus vel aliis transverſalibus, aut ex utroque aut ex uno parente tantùm conjunctis, *Dyn. in Tract. ſucceſſ. ab inteſt. Matheſilan. in Tract. De ſucceſſ. ab inteſt. pen. char. verſ. ſecundum membrum. Hoſtienſ. in Sum. tit. Qui fil. ſint legit. circ. princ. Franciſc. de Barziſ. in ſuo Tract. De fil. non legit. nat. 4. chart. in Quæſt. An licet natus ex coitu accuſabili non poſsit ſuccedere matri, poſsit tamen ſuccedere colleratera. Ang. §. vulgò. n. 9. infr. De ſucceſſ. cognat. Alex. Conſ. 174. lib. 5. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 96. Ioan. de Anan. Conſ. 95. Anton. de Butr. c. tanta. extra Qui fil. ſint legit. arg. l. 1. §. permittit. ff. und. cognat. l. fin. C. De natur. lib. l. 1 §. 1. iunct. gloſſ. ff. Si quis aliq. teſtar. prohib. Quæ ſententia verior eſt, quamvis in hoc ultimo contrarium, ſed malè teneat Corn. Conſ. 234. n. 6. lib. 4. Abb. c. nonnulli. §. ſunt & alij. n. 11. extra De reſcript.*
Neque hiſce liberis natis ex illicito vel damnato matri- 115
monio parentes utriuſque ſexus, quidquam vel inter vivos donare, vel in ultima voluntate relinquere poſſunt directe vel indirecte, per ſe vel interpoſitam perſonam, *d. Auth. Ex complexu. C. de inceſt. nupt. Corn. Conſ. 310. n. 1. lib. 1. Conſ. 93. n. 24. Conſ. 236. n. 5. lib. 2. Conſ. 217. lib. 3. Conſ. 222. lib. 4. Aym. Cravett. Conſ. 200. n. 3.* exceptis alimentis, cùm

haberet,

haberet. & ibi Abb. extra De eo, qui dux. in uxor. quam per adult. poll. Bart. Conſ. 119. Incip. Dominicus. Bart. l. ſi quis à liberis. §. 1. ff. De liber. agnoſcend. Bart. l. fin. ff. De his quib. ut indig. Corn. Conſ. 150 n. 14. lib. 2. Bart. l. Mevius. §. duob. ff. De legat. 2. Bald. l. & mater. C. De iur. dot. Abb. Conſ. 115. lib. 2. Dec. Conſ. 611. Card. Pariſ. Conſ. 64 lib. 3. quæ, tàm dotem, quàm alimenta non tantùm in illis locis, in quibus jus canonicum viget, ſed etiam in illis locis, in quibus jus civile viget, parens liberis ex illicitis nuptiis natis dare vel relinquere poteſt, *Abb. d. c. cùm haberet. Abb. Conſ. 50. & Conſ. 115. lib. 2. Ang. ſupr. De iur. natur. gent. & civil. in princ. Ang. §. legari. infr. De legat. Ang. in Tract. De teſtam. verſ. item reliquit filio ſpurio. Petr. de Vbald. in Tract. ſucceſſ. ab inteſt. chart. 7. verſ. ſequitur quarta. Paul. de Caſtr. Conſ. 5. col. 2. lib. 1. Alex. Conſ. 74. lib. 2. Conſ. 188. n. 3. lib. 7. Hippol. de Marſil. Notab. 358. Anton. Corſet. in ſingul. ver. ſpurius. Guid. Pap. Conſ. 115. Iaſ. Conſ. 26. lib. 1. Dec. c. Eccleſia S. Mariæ. n. 30. extra De conſtit. idem Dec. c. Clerici. n. 2. extra De iudic. itemq. in c. in præſentia. extra De conſtit.* Quinimò parentes non tantùm poſſunt, ſed etiam coguntur, liberis ex illicitis vel damnatis nuptiis natis, alimenta dare & relinquere, *d. c. cùm haberet*, Dummodò tamen hi liberi non habeant, neque etiam honeſtè adquirere poſſint alimenta & dotem, namque alioquin parentes hiſce liberis neque coguntur, *l. ſi quis à liberis. §. 1. ff. De lib. agnoſc. Bald. l. mater. C. De iur. dot. Bald. Conſ. 116. Incip. Spurius. lib. 2. Bald. Novell. in Tract. De dot. 6. part. privileg. 16. col. 2. poſt med. verſ. Si tamen talis.* neque poſſunt alimenta vel dotem dare vel relinquere, *Dec. Conſ. 576. Calcan. Conſ. 59. Iacob. Put. int. Conſil. Calcan. Conſ. 62. Quamvis in hoc contrarium teneat Aym. Crauet.*

Conſ.

Conſ. 199. Præterea natus ex illicitis ſive prohibitis nuptiis tanquam conjuncta perſona ſine mandato non poteſt agere, neque pro parentibus neque pro iis, qui ipſi linea transverſali vel ex utroque vel ex uno parente tantùm conjuncti ſunt, *Innoc. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Bald. & Immol. c. nonnulli. §. ſunt & alij. & ibi Felin. n. 56. extra De reſcript. Bald. c. cùm acutiſſimi. C. De fideicom. Ang. l. ſed & hæc in princ. ff. De procurat.* & pro injuria illata filio ex damnatis vel prohibitis nuptiis nato patri injuriarum actio non datur, *Alex. d. §. ſi quis rogatus. n. 38.* Et natus ex illicitis vel prohibitis nuptiis & parentes ſuos veniâ non petitâ in jus vocare poteſt, *gloſſ. l. quia ſemper & ibi Alex. & Iaſ. ff. De in ius vocand. Immol. & Alex. d. §. ſi quis rogatus. Immol. l. Lucius. §. fin. ff. Ad Senatuscon-ſultum Trebell.* Et ſi ipſe parentem ſuum interfecerit, 117
ipſe non pœnâ legis Pompejæ de parricidiis, ſed pœnâ legis Corneliæ de Sicariis afficitur, *Ioan. de Immol. d. l. Lucius. §. fin. Specul. §. 1. ver. 1. De accuſat. Alex. d. §. ſi quis rogatus. n. 43. Alex. l. in ius vocari in princ. n. 10. ff. De in ius voc. Quamvis in hoc contrarium teneat Bald. d. c. nonnulli. & ibi Felin. d. §. ſunt & alij. n. 56. Bald. c. per tuas. extra De probat.* Denique regulariter diſpoſitum de liberis & parentibus non extenditur ad hoſce liberos natos ex matrimonio illicito vel legibus prohibito, *Alex. d. §. ſi quis rogatus.* Hoc tamen fallit primò, quoad contractum matrimonii, namque nati ex damnato matrimonio uſque ad eundem gradum matrimonium cum cognatis atque agnatis ſuis contrahere prohibentur, uſque ad quem gradum ex juſtis nuptiis procreati matrimonium contrahere prohibiti ſunt, *l. & nihil. ff. De rit. nupt.* Secundò hoc fallit in teſtimoniis perhibendis. Namque

ſicut parentes pro liberis ex juſtis nuptiis natis, & è converſo liberi pro parentibus teſtimonium perhibere prohibentur: ita quoque & parentes pro liberis ex injuſtis ſive illicitis nuptiis natis, & è converſo liberi pro parentibus teſtimonium dicere prohibentur, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. 1. verſ. item quod parens. De teſt. Immol. d. §. ſi quis rogatus. & ibi Alex. n. 44. Bald. l. parentes. C. De*
119 *teſtib. Elo. de S. Petr. l. teſtis idoneus. ff. De teſtib.* Tertiò hæc concluſio ita demum procedit, ſi uterque conjugum ex certa ſcientia contra legis interdictum matrimonium contraxerit: tunc enim liberi nati ex tali matrimonio ſunt illegitimi, licet hoc matrimonium publicè in facie Eccleſiæ, & ſervatis omnibus ſolennitatibus legitimis contractum fuerit, *c. fin. §. ſi quis. extra De clandeſt. deſponſat. Abbi c. ex tenore. extra Qui fil. ſint legit.*
120 Quamvis tamen eo caſu, quo matrimonium publicè & in facie Eccleſiæ contra juris prohibitionem contractum fuit, in dubio præſumatur hoc matrimonium ignoranter contractum, niſi de ſcientia conjugum evidentiſſimè fides fiat, *Socin. iun. Conſ. 39. n. 1. lib. 3. Bart. d. l. ſi adulterium cum inceſtu. n. 9. ff. Ad leg. Iul. de adult. arg. l.*
121 *fin. ff. De rit. nupt.* Quæ ſcientia probari poteſt per teſtes deponentes de diverſis actibus, ex quibus ſcientia colligi poteſt. *Card. Pariſ. Conſ. 57. n. 19. lib. 4.* Tum, quia hîc agitur de probanda ſcientia conjugum non in ſpecie, ſed in genere: & certum eſt, quòd teſtes etiam ſingulares & de diverſis actibus deponentes ſecundum communem Dd. ſententiam plenam fidem faciant, quando agitur de re aliqua in genere probanda, *gloſſ. & Bart. l. ob carmen. §. fin. ff. De teſtib. Iacob. Butrig. l. Arriani. C. De hæret. Innoc. c. qualiter & quando. extra De accuſat. Bald. l rogaſti. §. ſi tibi. ff. Si*

ff. Si cert. petat. Bald. l. 2. ff. De iureiur. Bald. l. actor. C. De probat. Bald l. 1. C. Qui à mun. tutel. se excus. Bald. l. 1. C. De testament. Bald. Conſ. 205. Incip. Quia dicta. lib. 4. Conſ. 514. Incip. Ad evidentiam. lib. 5. Salic. l. quicung. C. De hæret. Paul. de Leazar. in diſput. ſua. Incip. Contra inſtrumentum debiti. Ang. in diſput. ſua. Incip. Aſtenſ. Ang. & Immol. l. ex facto. §. item quæro. ff. De vulg. & pupill. ſubſtit. Ang. Conſ. 233. Incip. Quædam Domina. Paul. de Caſtr. Conſ. 280. Incipient. viſo proceſſu. Conſ. 300. Conſ. 304. Incip. In cauſſa, quæ vertitur. Ioan. de Anan. c. 1. extra De hæret. Calderin. Conſ. 5. De teſtib. Petr. de Anchoran. Conſ. 277. Alex. Conſ. 141. lib. 1. Conſ. 85. Conſ. 86. lib. 2. Conſ. 18. lib. 3. Cæpoll. in Conſ. civil. Conſ. 3. Corn. Conſ. 34. Conſ. 247. lib. 2. Conſ. 185. Conſ. 286. lib. 3. Bertrand. Conſ. 48. n. 22. lib. 1. Guid. Pap. Deciſ. Delphinat. 589. Abb. Conſ. 81. Conſ. 113. lib. 2. Bart. l. de minore. §. plurimum. n. 24. ff. De quæſtion. Andr. Barbat. Conſ. 29. lib. 1. Conſ. 25. & Conſ. 70. lib. 2. Roch. Curt. c. fin. extra De conſuetud. Curt. in repetit. l. admonendi. n. 60. & 61. ff. De iureiurand. Curt. iun. Conſ. 64. Felin. c. licet ex quadam. extra De teſtib. Calcan. Conſ. 9. Conſ. 19. Conſ. 76. Hippol. de Marſil. Conſ. 1. Dec. Conſ. 650. Card. Pariſ. Conſ. 87. n. 35. lib. 3. Crot. in Tract. De teſtib. n. 325. Aym. Cravett. Conſ. 73. & Conſ. 78. Socin. iun. Conſ. 90. n. 13. Conſ. 99. n. 11. & 15. Conſ. 118. lib. 2. Quamvis in hoc contrarium teneat Salic. l. teſtium. C. De teſtib. Bald. Conſ. 394. lib. 2. Alex. Conſ. 72. & Conſ. 100. lib. 1. Conſ. 2. lib. 3. Iaſ. Conſ. 154. in fin. lib. 2. Conſ. 78. col. 2. Conſ. 81. col. 3. lib. 3. Dec. Conſ. 403. Dec. c. licet. n. 7. extr. De probat. Iaſ. in repetit. l. admonendi. n. 212. ff. De iureiur. Tum quia ſcientia impedimenti juris non ex uno actu tantùm, ſed ex pluribus actibus reiteralib. colligi poteſt: & certum eſt, quòd teſtes concordantes in unum eundemq; finem, qui ex actibus

reiteralibus colligi poteſt, non ſint ſingulares, licet ipſi de diverſis actibus, diverſo tempore geſtis deponant, *Alex. Conſ. 53. n. 4. lib. 1. Ioan. de Amico de Venafio Conſ. 1. Incip. In cauſſa & lite col. 26. Steph. Bertrand. Conſ. 237. Incip. Providi viri. lib. 2. Ludovic. Bolognin. Conſ. 36. Incip. Cor mundum crea. col. 4. verſ. item mandatum. Martin. Silliman. Conſ. 5. Incip. In cauſſa. Socin. iun. Conſ. 99. n. 9. & 17. lib. 2.*

122 Sin autem matrimonium non publicè, neque in facie Eccleſiæ, ſed clàm contractum fuerit contra prohibitionem juris, contrahentes in dubio præſumuntur ſciviſſe juris impedimentum, *Bart. l. ſi adulterium cum inceſtu in princ. n. 9. Card. Pariſ. Conſ. 57. lib. 4. Bald. Conſ. 441. lib. 5. Socin. iun. Conſ. 31. n. 49. lib. 2. text. c. fin. §. ſi quis verò. extra De clandeſt. deſponſat. arg. l. fin. ff. De rit. nupt. l. 1. iunct. gloſſ. C. De interd. matrim.* Quinimò etſi conjuges, qui non in facie Eccleſiæ, ſed clàm matrimonium contra legis prohibitionem contraxerunt, fidem facere poſſint, ſe juris impedimentum ignoraſſe, liberi tamen nati ex tali matrimonio, illegitimi ſunt, *c. fin. §. ſi quis. & ibi Abb. extra De clandeſt. deſponſat. c. referente. & ibi gloſſ. extra Qui fil. ſint legit. Petr. de Anchor. Conſ. 401. Conſ. 409. Cardin. Pariſ. Conſ. 57. lib. 4. Socin.*

123 *iun. Conſ. 31. n. 46. lib. 2.* Quamvis alioquin liberi nati ex matrimonio contra legis prohibitionem publicè & in facie Eccleſiæ contractum, eo caſu, quo vel uterque conjugum vel unus tantùm ex ipſis impedimentum hoc ignoravit, ſint legitimi, quoad utrumque parentem, *Socin. iun. Conſ. 63. n. 42. lib. 3. Conſ. 31. n. 40. lib. 2. c. 2. & ibi Abb. c. pen. & ibi gloſſ. & Abb. extra Qui fil. ſint legit. gloſſ. c. fin. § ſi quis verò. extra De clandeſt. deſponſat. gloſſ. c. referente. extra Qui fil. ſint legit. Bald. l. qui contra.*

C. De

C. De inceſt. nupt. Ang. hic. §. ſi adverſus. n. 2. & ibi Sylveſt. Aldebr. n. 23. & in poteſtate parentis. Bald. d. l. Qui contra. & utrique parenti ſuccedant, *d. c. 2. d. c. perlatum. extra Qui fil. ſint legit. Bald. l. etſi contra. C. De nupt. Bald. d. l. qui contra.* etiam in feudis, *Bald. c. 1. §. naturales. n. 11. & ibi Alvarost. n. 12. Propoſ. n. 4. Si de feud. defunct. Socin. iun. Conſ. 63. lib. 3. Quamvis in hoc contrarium, ſed malè teneat Matth de Afflict. d. §. naturales 5. Notab. n. 42.* atque etiam faciant deficere fideicommiſſi conditionem, ſub qua pater ipſorum rogatus fuerat hereditatem vel legatum ipſi relictum alteri reſtituere, ſi ipſe abſque liberis legitimis deceſſerit, *Dec. Conſ. 153. Socin. iun. Conſ. 39. lib. 3. Quamvis in hoc contrarium teneat Curt. iun. Conſ. 64.* & admittatur tàm ad emphyteuſin, *Socin. iun. Conſ. 63. n. 44. lib. 3.* quàm ad Epiſcopatum aliasque dignitates, *Socin. iun. Conſ. 63. n. 45. lib. 3.* Quæ concluſio procedit, etiamſi contrahentes non juris ſed facti errore ducti contra juris impedimentum matrimonium contraxerint, *arg. c. perlatum. & ibi Abb. extra Qui fil. ſint legit. gloſſ. c. per venerabilem, verb. dubitari. & ibi Abb. n. 36. extra cod. tit. Abb. d. c. referente. Iaſ. l. fin ff. De condict. ſin. cauſſ. Socin. iun. Conſ. 39. lib. 3. facit text. l. qui in provincia. §. 1. ff. De rit. nupt. l. iuris ignorantia. ff. De iur. & fact. ignor Bart. d. l. ſi adulterium cum inceſtu in princ. n. 11.* Secundo hæc concluſio procedit, ut filii nati ex tali matrimonio ſint legitimi, licet illi filii parentibus ignorantibus impedimentum juris fuerint concepti poſt quæſtionem illis ſuper hoc matrimonio motam, & nati poſtquam vel ſententia ſeparationis matrimonii inter illos lata fuerit, vel ſcientia impedimenti juris ſupervenerit, *c 2. & ibi Abb. extra Qui fil. ſint legit.* Quamvis tamen filii nati ex matrimo-

trimonio contra legis prohibitionem ignorante ab initio vel utroque vel uno conjugum contracto sint illegitimi, si hi filii fuerint concepti vel postquam hoc matrimonium nullum declaratum fuit vel postquam uterque conjugum de impedimento juris certior factus fuit, *Petr. de Anchor. Conf. 401. arg. l. qui contra C. De incest. nupt. l. rem non novam. C. De iudic. l. illud. §. si cuius. ff. De tribut. act. l. planè. & l. si quis inficiatus in princ. & ibi Bart. ff. De*
124 *pos. l. 2. §. item quia. ff. De except. dom.* Præterea licet nemo uxorem indotatam ducere cogatur, *l. si donaturus. §. 1. ff. De condict. ob causs.* usque adeò, ut is, qui juravit etiam dotis non factà mentione aliquam in uxorem ducere, eam non aliter ducere cogatur, nisi ipsi dos pro viribus patrimonii ejus mulieris, quam uxorem ducere juravit, constituatur, *Bald. c. iuravit. extra De probat. Iaf.*
125 *d. l. si donaturus. §. 1. Sylvest. Aldobr. hic. §. si adversus.* Et is, qui uxorem absque dote etiam parentibus non consentientibus, *gloss. c. hoc sanctum. 32. q. 2. gloss. c. de raptoribus. 36. q. 1.* duxit, dotem congruam à parentibus illius petere possit, *gloss. l. obligamur. §. lege. ff. De act. & oblig.*
126 *Bald. Immol. Roma. & Alex. l. 1. ff. Solut. matrim.* atque etiam is, cui dos vel ab uxore vel à parentibus illius, vel ab alio promissa fuit, possit uxorem suam ex ædibus suis expellere, eique alimenta denegare, si ipsi dos non solvatur, *gloss. §. illud verb. onera. Auth. De non elig. secund. nubent. mulier. Cyn. Bald. & Salic. l. quod in uxorem. C. De negot. gest. Bald. Alex. & Iaf. l. si donaturus. §. 1. ff. De condict. ob causs. Bald. l. de divisione. ff. Solut. matrim. Bald. & Alex. l. si cùm dotem. § Sin autem in fæviss. ff. Solut. matrim.* Dummodo is, qui dotem promisit solvendo sit, alioquin verò secutus est, *Raph. Cum. d. l. si cùm dotem. §. si maritus. Alex.*

& Iaf.

& Iaſ. d. l. ſi donaturus. §. 1. arg. l. ex diverſo in princ. & ibi Bart. ff. Solut. matrim. l. pen. §. fin. ff. De iur. dot. Matrimo- 127
nium tamen abſque dote ratum eſt, *l. fin. C. De donat. ant. nupt.* uſque adeò, ut maritus uxorem, quam indotatam duxit, alere, atque reliqua onera matrimonii ſuſtinere cogatur, *Bald. l. pro oneribus. C. De iur. dot. Rom. Conſ. 617. Alex. d. l. ſi donaturus, §. 1. Alex. d. §. Sin autem in ſaviſſimo. Socin. iun. Conſ. 114. n. 41. lib. 3. arg. §. Quoniam contra. Auth. Quib. mod. nat. effic. legit. l. quod ſi nulla. ff. De reliq. & ſumpt. funer.* E' converſo verò, cùm dos ſit acceſſorium matri- 128
monii, nunquam dos ſine matrimonio dici vel intelligi poteſt, *d. l. fin. in princ. C. De donat. ant. nupt. l. 3. ff. De iur. dot. Iaſ. Rubr. n. 5. ff. Solut. matrim. Card. Pariſ. Conſ. 16. n. 44. lib. 3.* Ideoque cùm matrimonium legibus prohibenti- 129
bus contractum ipſo jure nullum ſit, ſequitur, dotem numeratam vel datam pro hoc matrimonio, dotem non eſſe, nec dotis appellationem mereri, *ut hic. §. ſi adverſus.* & per conſequens, cùm non entis nullæ ſint qualitates, *l. eius qui, & ibi Dd. ff. Si cert. petat. l. nam etſi. ff. De iniuſt. iupt. irrit. fact. teſtam. l. decem. ff. de verb. oblig. Card. Pariſ. Conſ. 26. n. 28. Conſ. 31. n. 116. lib. 1. Conſ. 11. n. 7. Conſ. 57. n. 8. lib. 3. Conſ. 5. n. 220. Conſ. 55. n. 3. lib. 4.* certum eſt, dotem datam reſpectu matrimonii legibus prohibentibus contracti, actione ex ſtipulatu, quæ pro dote repetenda competit, nullo modo repeti poſſe, *gloſſ. hic. §. ſi adverſus verb. exactioni. & ibi Sylveſt. Aldobr.* Utrum autem 130
dos hoc caſu per condictionem ſine cauſſa repeti poſſit, dubitatur: In quo dubio ego concludo, dotem numeratam vel datam pro matrimonio, contra legis prohibitionem contracto, nec condictione quidem ſine cauſſa repeti poſſe, *d. §. ſi adverſus.* Quæ concluſio fallit primo in

matri-

matrimonio contra legis prohibitionem contracto, si concubitus vel carnalis copula non intervenerit: tunc enim dos data vel numerata respectu hujus matrimonii per condictionem sine caussa, indistinctè repeti potest, sive hoc matrimonium fuerit contractum à scientibus impedimentum juris sive fuerit contractum ab ignorantibus illud, *l. fin. & ibi Bart. Ang. Paul. de Castr. Salic. & Iaſ. ff. De condict. ſin. cauſſ. c. & ſi neceſſe. & ibi Anton. de Butr. & Abb. extra De don. int. vir. & uxor. Ang. & Sylveſt. Aldobr. hic. §. ſi adverſus. facit text. l. 1. §. hæc verba. ff. Quod quisq. iur. l. ex hoc edicto. §. pen. ff. De alienat. iudic. mutand. cauſſ. fact. l. qui falſam. ff. Ad leg. Cornel. de falſ. Bald. c. 1. in princ. De prohib. feud. alien. per Frideric.* Secundò hæc concluſio propriè procedit, quando mulier, quæ dotem dedit vel numeravit, ſciens ſe certo gradu conjunctam illi, cum quo matrimonium contraxit, & in hoc gradu inter conjunctos matrimonium prohibitum, matrimonium contraxerit, & concubitu conſummaverit: tunc enim ipſa dotem datam repetere non poteſt, ſed illa dos fiſco applicatur, *ut hic. §. ſi adverſus. & ibi Ang. & Sylveſt. Aldobr. & l. qui contra. C. De inceſt.* ſecus autem eſt, ſi mulier errore juris & facti ducta, contra legis prohibitionem matrimonium & contraxerit, & concubitu conſummaverint: tunc enim ipſa non prohibetur dotem datam marito repetere, *Bart. Iaſ. & Dd. d. l. fin. ff. De condict. ſin. cauſſ. Abb. d. c. & ſi neceſſe. Ang. & Sylveſt. Aldobr. d. §. ſi adverſus. arg. l. ſi cùm dotem. §. fin. ff. Solut. matrim. d. l. qui contra. & Auth. Inceſtos. C. De inceſt. nupt.* Idem eſt, ſi mulier contra legis prohibitionem matrimonium ſolo errore facti, juſtè tamen matrimonium contraxerit, *d. l. qui contra. l. error facti. ff. De iur. & fact. ignor.*

l. ſed

l. ſed etſi me putem in princ. ff. De condict. indeb. Sin autem 131
mulier factum ſciens, errore juris ducta matrimonium contra legis prohibitionem contraxerit, Dd. quidem communiter concludunt, mulierem dotem datam vel numeratam repetere non poſſe, *gloſſ. hic. §. ſi adverſus. & ibi Ang. & Sylveſt. Aldobr. gloſſ. d. l. fin. & ibi Iaſ. & Dd. ff. De condict. ſin. cauſſ. gloſſ. Auth. De inceſt. nupt. in princ. verb. licuerit. ſed Bartolus contrarium decidit in d. l. fin. ff. De condict. ſin. cauſſ. d. l. ſi adulterium cum inceſtu in princ. n. 11. quem ſequitur Abb. d. c. & ſi neceſſe. extra De donat. inter vir. & uxor.* Ego autem utramque ſententiam veram judico, & credo procedere communem quidem Dd. ſententiam eo caſu, quando quis ignorantia juris lapſus contraxit matrimonium in gradibus jure divino prohibitis, Bartoli verò ſententiam eo caſu, quando quis errore juris lapſus matrimonium in gradibus jure civili tantùm prohibitis. Namque certi juris eſt, quòd ignorantia juris divini vel naturalis neminem excuſet à dolo, pœna vel damno, *c. turbatur. 1. q. 4. l. 2. & ibi Iaſ. C. De in ius vocand. d. l. ſi adulterium cum inceſt. §. 1. Dyn. c. ignorantia. De reg. iur. lib. 6. Anton. de Butr. c. 2. extra De conſtit. Salic. l. Senatus. C. De his qui ſibi aſſcrip. Alex. l. ſi quis id quod. n. 8. ff. De iurisd. omn. iudic. Cæpoll. Conſ. 21. & Conſ. 24. Card. Pariſ. Conſ. 68. n. 25. lib. 4. Petr. de Anchor. Conſ. 391.* Et ſimili modo certum eſt, quòd ignorantia juris civilis quemlibet excuſet à dolo, & ubi agitur de damno vitando, *l. ſi quis id, quod. & ibi Alex. & Iaſ. ff. De iurisd. omn. iudic. l. 3. §. ſi ignorans. ff. Ad SC. Syllcian. l. iuris ignorantia. ff. De iur. & fact. ignor. gloſſ. d. l. ſi plagij. C. Ad leg. Flav. de plagiar. Petr. de Anchor. Conſ. 391.* Præterea inceſtas & 132
prohibitas nuptias contrahentes perdunt omnia lucra,

omniaque commoda, quæ ipsi ex hisce nuptiis consecuti fuerunt, *l. qui contra. C. De incest. nupt.* quæ pœna habet locum, etiamsi quis juris ignorantia ductus prohibitas nuptias contraxerit: neque aliter quis ab hac pœna excusatur, nisi quis vel errore juris & facti simul vel justissimo facti errore, ductus, prohibitas nuptias contraxerit, *Bart. & Dd. l. fin. ff. De cond. sin. causs. Bart. d. l. si adulterium cum incestu. Abb. d. c. & si necesse. Ang. d. §. si adversus. Ang. in Tract. De malefic. ver. Che hai adulterato. n. 67. arg. d. l. qui contra.* Deinde etiam hi, qui incestas nuptias contrahunt, puniuntur amissione dignitatum & bonorum omnium, exilio, & insuper verberibus cæduntur, si viles sint: & hæc bona applicantur vel liberis illorum ex justis & legitimis nuptiis natis, si liberi extent, vel fisco, omnibus agnatis vel cognatis delinquentis penitùs exclusis, si nulli liberi extent, *Auth. Incestas. C. De incest. nupt. §. 1. Auth. eod. tit.* Quæ pœna publicationis bonorum etiam hodiè locum habet, nec per Auth. Bona damnatorum C. De bon. damn. correcta est, *Bart. l. 1. ff. De bon. damnat.* ab hac tamen pœna quamlibet ignorantiam, etiam juris, contrahentes incestas nuptias excusare traditur, *Bart. d. l. si adulterium cum incestu in princip. Bart. d. l fin. ff. De condict. sin. causs. Ang. d. §. si adversus. Ang. d. ver. Che hai adulterato. n. 67. Abb. d. c. et si necesse.* Et hæ pœnæ non aliter locum habent, nisi incestæ nuptiæ concubitu consummatæ fuerint, *Ioan. Fabr. d. §. si adversus. Anton. de Butr. & Abb. d. c. Et si necesse.* Quinimò illi, qui scienter & dolo malo prohibitas, nefarias, vel incestas nuptias contrahunt, pœna legis Juliæ de adulteriis afficiuntur, & gladio puniuntur, *d. l. si adulterium cum incestu. §. 1. & ibi Bart, Abb. d. c, & si necesse. Ang.*

Ang. d. §. si adversus, Ang. d. ver. Che hai adulterato. n. 67. Bonifac. de Vitalin. in Tract. De malefic. Sub Rubr. De adult. & incest. n. 13. atque secundum quod in multis locis consuetudine receptum est, flammis exuruntur, *Chilian. König in suo Proces. Tit.* Von allerley leiblichen Straffen vnd Peenen. *Rubr.* Von der Peen der Blutschanden.

Utrum autem hæ pœnæ habeant locum, in omnibus illis, qui contrahunt nuptias legibus prohibitas, an verò tantùm in illis, qui contrahunt nuptias prohibitas legib. ratione sanguinis tantùm, dubitatur: In quo dubio Dd. nostri communiter concludunt, pœnas, de quibus *in d. §. si adversus. item in d. l. qui contra.* incurrere omnes illos, qui quocunque modo prohibitas nuptias contrahunt, pœna verò adulterii, item exilii, amissionis bonorum, verberum & similium, de quibus *in d. Auth. Incestas.* illos tantùm plecti, qui nuptias ratione sanguinis prohibitas contrahunt, *Cyprian. Florent. Iacob. de Ravenn. Cyn. Alber. & Salic. d. §. incestas. Ioan. Flo. d. §. si adversus. & ibi Sylvest. Aldobr. n. 35. Petr. de Anchor. Cons. 391.* 133

Quamvis contrarium, sed malè teneat gloss. §. 1. verb. illicitas. Auth. De incest. nupt. gloss. d. Auth. Incestas. Secundò quæritur, utrum prædictæ pœnæ publicationis bonorum nempe, exilii, verberum, & adulterii, habeant locum in illis, qui contrahunt nuptias non jure divino, neque jure civili, sed jure canonico tantùm prohibitas. Et Dd. nostri magis communiter concludunt, quòd non *Cypr. Florent. Iacob. de Raven. Cyn. Bald. & Salic. d. Auth. Incestas. & ibi Alex. in addit. ad Bald. Ioan. Fabr. hic. §. si adversus. Calderin. Cons. ult. Tit. de consang. & affin. Dominic. Cons. 71. Incip. Titius. Petr. de Anchor. Cons. 391. Augustin. Arim in addit. ad Ang. d. ver. Che hai adulterato. n. 68.* 134

Cui sententiæ tanquam veriori subscribo & ego, *arg. l. & si quis. §. Divus autem Marcus. ff. De relig. & sumpt. funer. §. Cùm igitur. Auth. De non eligend. secund. nubent. l. fin. ff. De calumn. l. Papinianus exuli. ff. De minor. l. Iulianus. ff. De condict. indeb. l. cùm quidam. & ibi Iaſ. ff. De liber. & poſth. l. adigere. §. quamvis. ff. De iur. patron. l. milites agrum in princ. ff. De re militar. Quamvis in hoc contrarium, ſed malè teneat Abb. d. c. & ſi neceſſe. n. 10. Signorol. de homicid. Conſ. 25. Incip. Factum ſic proponitur. Sylveſt. Aldobr. hic. Dec. Conſ. 158.* ubi etiam hanc ſententiam, quamvis tamen falsè, com-
135 munem esse dicit. Deinde annotandum est, contrahentes incestas nuptias, item has nuptias approbantes, defendentes, & patrocinium ad eas præstantes infames esse, *c. conſanguineorum. 3. q. 3.* & sententia excommunicationis ipso jure notari, *Clem. 1. De ſponſal.* Non tamen illi, qui incestas nuptias contrahunt semper, sed tantùm in casibus enumeratis, *in d. Clem. 1.* sententia excommunicationis notantur, *Immol. d. Clem. 1. Ioan. Fabr. Ang. & Sylveſt. Aldobr. d. §. ſi adverſus. Auguſtin. Arimin. in*
136 *addit. ad Ang. d. ver. Che hai adulterato. n. 68.* Utrum autem in illis, in quibus matrimonium alioquin ratum non est, dispensari possit, ut matrimonium ratum sit, dubitatur: In quo dubio ego concludo, nullà dispensatione effici vel induci posse, ut matrimonium nullum propter defectum causæ efficientis consensum nempe ratum sit, *Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. verſ. Impedimentum decimum octavum.* Tum, quia consensus facti est, *arg. l. Conſilio. §. fin. ff. De curat. furioſ.* & ubi facto opus est, verba, dispensatio nempe non sufficit, *l. 1. §. hæc verba. & ibi Iaſ. ff. Quod quisq. iur. gloſſ. c. 1. extra De eo, qui mitt. in poſſeſſ. rei ſervand. cauſſ. gloſſ. c. ut circa*

verb.

verb. præstito. De Elect. lib. 6. Tum, quia jus civile, qualis est dispensatio, facta supplere vel facta tollere non potest, *l. in bello. §. factæ. ff. De capt. & postl. reversl. verum. & ibi gloss. & Dec. ff. De regul. iur. §. 1. Auth. De æqual. dot. c. si Paulus. 31. q. 5. l. 1. §. si vir. & ibi Ias. ff. De adquir. possess. gloss. l. 1. C. De rapt. virg. gloss. c. super eo. extra De bigam. Bart. l. non dubium. C. De legib. Bald. l. fin. C. De legat. Bald. l. ex his. C. De testam. milit. Socin. Cons. 102. lib. 1.* Tum etiam, quia consensus in matrimonio de jure naturali sive divino requiritur, *arg. l. 1. §. adeò. ff. De pact.* & certum est, ea, quæ sunt juris naturalis, dispensatione vel aliâ constitutione juris civilis tolli non posse, *§. sed naturalia. supr. De iur. natur. gen. & civil. l. Eas. ff. De capit. dimin. gloss. l. 1. ff. De constit. princ. gloss. l. fin. C. Si contr. ius vel utilit. public. Abb. Felin. & Dec. c. quæ in Ecclesiarum. extra De constitut.* Ideoque dispensatione nullâ effici potest, ut matrimonium contractum metu, errore personæ, vel à furioso, mente capto, aliâve persona, quæ consentire nequit, ratum sit, *Ang. de Clava. d. vers. Impedimentum decimum octavum.* Similiter nec dispensatione ulla effici posse credo, ut matrimonium contra impedimentum facti, à penitùs inhabili contractum ratum sit, cum facta dispensatione aliâve constitutione juris civilis tolli nequeant vel mutari, *l. legatum. ff. De capit. dimin. d. l. verum. d. §. factæ. Quamvis in hoc contrarium, sed malè teneat Ang. de Clav. d. vers. Impedimentum decimum octavum.* Contra verò, impedimenta juris, si quidem illa impedimenta sint juris civilis, dispensari posse, ego cum Dd. nostris communiter concludo, *c. literas. extra De restit. c. innotuit. extra De Election. c. proposuit. extra De consuet. prab. Abb. c. per venerabilem. n. 21. & 22. extra Qui fil. sint*

fil. sint legit. Petr. de Anchor. Cons.409. Card. Paris. Cons.68. n.394. lib.4. dummodò tamen hæc dispensatio non temerè, sed ex justa causa fiat, *Melch. Kling. in Tract. De cauſſ.matrim. Sub Rubr. De dispens.at. Abb. d. c. literas. n.17.* Ideoque dispensari potest, ut non obstante impedimento voti castitatis, ordinis, cognationis civilis vel spiritualis, criminis & disparitatis religionis, matrimonium inter aliquos possit contrahi, & contractum matrimonium ratum sit, *Ang. de Clava. d. vers. Impedimentum decimum octavum.* Quia hæc impedimenta non jure naturali vel divino, sed constitutione humanâ introducta sunt: Igitur absque dubio contrariâ constitutione humanâ vel generaliter vel in casu certo per dispensationem nempe tolli possunt, *§. sed naturalia. supra De iur. natur. gent. & civil. l. de quibus. ff. de legib. l. nihil tàm naturale. ff. De reg. iur. l. prout quisq. ff. De Solut.* Idem est & impedimento publicæ honestatis: namque & illud juris civilis sive humani est, ideoque & dispensari potest, ut illo non obstante matrimonium contrahi possit, *c. referente. & ibi Abb. & Præpos. extra Qui fil. sint legit. Card. Paris. Cons. 68. n. 420. lib. 4.* Eodem modo dispensari potest, ut matrimonium contrahatur in gradibus consanguinitatis vel affinitatis non jure divino, sed jure canonico prohibitis, *d. c. literas. Ang. de Clav. d. vers. Impedimentum decimum octavum.* In gradibus autem jure divino prohibitis, ut matrimonium contractum ratum sit, nullâ dispensatione effici potest, *d. c. literas. & ibi gloss. verb. dispensare. & verb. divina. & ibi Abb. n. 4. 12. & 17. extra de restitut. spoliat. Card. Paris. Cons. 68. lib. 4.* Et licet aliqui Dd. velint, ex justa causa, dispensari posse, ut matrimonium in gradibus jure divino prohibitis contrahi possit, *Ioan. Andr. d. c. per venerabilem. & ibi Abb. n. 21. Abb. d. c. literas. n. 17. Petr. de Anchor. Cons. 372.*

Cons.

Conſ.409. Ego tamen veriſſimum judico, in gradibus jure divino prohibitis ex nulla cauſſa diſpenſari poſſe, ut matrimonium contractum ratum ſit, quia in gradibus jure divino prohibitis matrimonium ſimpliciter prohibitum eſt, nec ullo caſu permiſſum reperitur: Et certum eſt, quòd conſtitutio humana ex nulla cauſſa contra jus divinum fieri poſſit, eo caſu, quo quid jure divino ſimpliciter prohibitum, nec ullo caſu permiſſum reperitur, *Bart. l. omnes populi. n. 22. ff. De iuſtit. & iur. Felin. & Dd. c. quæ in Eccleſiarum. extra De conſtit.* Quinimò licet uxorem fratris defuncti fratri ſuperſtiti uno caſu, quando videlicet frater defunctus abſque liberis deceſſit, ducere permittatur: hodiè tamen ut frater ſuperſtes fratris defuncti uxorem ducat, diſpenſari non poſſe graviſſimis rationibus motus, de jure reſpondit *Card. Pariſ. Conſ. 68. lib. 4. facit text. l. fratris. l. pen. & l. fin. C. De inceſt. nupt.* Similiter ex nulla juſta cauſa diſpenſari poteſt, ut vel una mulier duobus maritis nubere, vel unus vir duas uxores ducere poſſit, ſive ſimul & ſemel, ſive ſucceſſivè vivente adhuc primâ uxore vel primo marito, *Bald. c. lator. extra De ſententi. & re iud. Felin. c. quæ in Eccleſiarum. n. 23. extra De Conſtit. Aegid. Bellemer. Conſ. 28. Card. Pariſ. Conſ. 68. n. 275. lib. 4. Quamvis contrarium, ſed malè teneat Ang. de Clav. d. verſ. Impedimentum 18.* Namq; jure divino generaliter prohibitum, nec ullo caſu permiſſum eſt, & marito vivente prima uxore aliam ducere, & uxori, vivente marito primo, alii nubere, *c. 19. Matth. c. 10. Marc.* Igitur ſequitur, ex nulla cauſſa, quamvis juſtiſſima diſpenſari poſſe, ut quis vivente uxore primâ, aliam uxorem ducere, vel mulier vivente marito primo, alii nubere poſſit, *Bart. d. l. omnes populi. n. 22. Felin. & Dd. d. c. quæ in Eccleſiarum.* Præterea indubitati juris eſt, matrimo- 132
nium

nium esse maris & fœminæ conjunctionem, *l. 1. ff. De rit. nupt. §. nuptiæ. supr. De patr. potest. c. 1. 27. q. 2. Ang. de Cla. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 1.* Ideoque fœmina cum fœmina, item masculus cum masculo matrimonium contrahere non potest, *l. cùm vir. C. Ad leg. Iul. de adult. c. Clerici. & ibi Abb. extra De excess. prælat. l. 1. §. removet. ff. De postul. §. tria. & ibi Archidiac. 3. q. 8. gloss. d. §. 1. verb. viri. 27. q. 2. Melch.* **Kling.** *in Tract. De causs. matrim. sub Rubr. De matrim. consum.* Similiter certum est, matrimonium esse unius maris & unius fœminæ conjunctionem, neque quem simul & semel plures uxores, neque fœminam aliquam simul & semel maritos habere posse, *cap. 2. Genes. cap. 19. Matth. cap. 10. Marc. cap. 5. ad Ephes. c. gaudemus. extra De hæretic. l. 1. ff. De his qui not. infam.* Ideoque si quis simul & semel plures uxores duxerit, cum nulla matrimonium ratum est, *arg. l. duo sunt Titij. ff. De tutel. l. si ita fuerit. ff. De reb. dub.* Licet si quis duabus, tribus vel pluribus mulieribus dixerit, se unam ex illis in uxorem ducere, cum illa matrimonium consistit, quam ex his priùs cognovit, eò, quia præsumitur ex concubitu sequenti in eam mulierem solam, quam postea primò cognovit consensisse, *Abb. c. ex literis. Cl. 2. extra De sponsal. Ang. de Clava. in Sum. ver. matrimonium. Cl. 2. n. 22.* Et si quis successivè cum pluribus vivente primâ contraxerit matrimonium, cum illa tantùm matrimonium consistit, cum qua primò matrimonium contractum fuit, *c. is qui fidem. & c. pen. extra De sponsal. c. 2. & c. fin. extra De spons. duo. l. cum qui duas. C. Ad leg.* 138 *Iul. de adult.* Deinde apertissimi juris est, matrimonium esse individuam vitæ consuetudinem, *§. nuptiæ. supr. De patr. potest. l. 1. ff. De rit. nupt. § 1. 27. q. 2.* Quod usque adeò

adeò verum est, ut matrimonium semel legitimè perfectum neque dispensatione aliquâ, *Abb. c. ex publico. extra De conversi. coniug. Petr. de Anchor. Cons. 49.* neque sententia judicis, *c. lator. extra De sentent. & re iudic.* neque consensu ipsorum conjugum, *Dec. l. nihil tam naturale in princ. ff. De reg. iur. Dec. Cons. 112. & Cons. 140. Card. Paris. Cons. 51. n. 11. Cons. 170. n. 12. lib. 4. arg. c. super eo. extra De eo, qui cogn. consang. uxor. sua:* neque ullo alio modo vel facto humano dissolvi possit, *c. inter corporalia. extra De translat. prælat. c. ex parte. extra De conversi. infid. c. an quod. & c. quos Deus coniunxit. 33. q. 2.* Etiamsi unus ex conjugibus fuerit postea factus demens, furiosus, *l. patre furioso. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur. c. hi qui. 32. q. 7.* paralyticus, claudus, cœcus, leprosus, *c. quemadmodum. extra De iureiur. c. 1. & c. 2. extra De coniug. leprof.* impotens vel alio morbo aut calamitati obnoxius, *d. c. hi qui,* item etiamsi ipse furtum, latrocinium, vel simile aut majus delictum perpetraverit, *c. 2. & ibi Abb. extra De hæretic.* Secundò hæc conclusio extenditur, ut maritus uxori, & è converso uxor marito cohabitare, eique debitum reddere, & censura Ecclesiastica, & si huic non obtemperetur, brachio seculari cogi possit, *Melch. Kling. in Tractat. De causs. matrim. ver. individuam vitæ consuetudinem. arg. cap. 7. Corinth. 1.* etiamsi hæc uxor, vel hic maritus lepra vel simili morbo contagioso laboret, *c. 1. & c. 2. ibiq. Abb. extra De coniug. leprof.* Dummodò tamen 139
meminerimus conjugem sanum, non cogi conjugi contagioso morbo laboranti continuò cohabitare, vel, cum ipso in eodem lecto dormire, si modò is ægroto conjugi, & debitum & reliqua obsequia præstet, *gloss. fin. c. 1. extra De coniug. leprosor. Melch. Kling. d. vers. Individuam vitæ*

140 *consuetudinem.* Tertiò hæc concluſio extenditur, ut uxor maritum ſuum ſequi teneatur, *c. 1. & ibi Abb. extra De coniug. leproſ. c. unaquæq; & ibi gloſſ. 13. q. 2. c. ſi quis inevitabili. 34. q. 2.* ſive hic maritus propter ſuam culpam vel delictum ſive abſque culpa ſua diſcedat, *gloſſ. d. c. unaquæq. gloſſ. c. 1. extra Qui matrim. accuſ. poſſ. quamvis in hoc contrarium, ſed malè teneat Bald. l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. ff. Solut. matr.* Quod uſque adeò verum eſt, ut nec conſuetudo contraria valeat, *gloſſ. 1. §. 1. & ibi Abb. extra De coniug. leproſ.* Et licet pactum conventum inter maritum & uxorem tempore contracti matrimonii, ut maritus in certo loco ſemper habitet, neque uxor maritum ex illo loco diſcedentem, ſequi teneatur, *Abb. c. 1. extra Qui matr. accuſ. poſſ. arg. c. verum. extra De condit. appoſ. l. 1. C. De pact. convent. l. Iulianus. §. eum quoq. ff. Ex quib. cauſſ. maior. l. qui concubinam. §. uxor. ff. De legat. 3. Bart. l. Titio centum. §. Titio. n. 4. ff. De condit. & demonſtr.* ſi tamen maritus ex illo loco ex cauſſa probabili vel neceſſaria ſuperveniente, poſt matrimonium contractum diſcedat, uxor eum, non obſtante hoc pacto, ſequi tenetur, *Abb. c. 1. Qui matr. accuſ. poſſ. arg. l. fin. & ibi Iaſ. ff. Qui ſatisd. cogant. l. ſi hominem. & ibi Bart. ff. Mand. l. ſi convenerit. ff. Pro Soc. c. propter ſterilitatem. §. 1. extra De locat. & cond. Iaſ. l. qui ſervum. ff. De verb. obligat. Iaſ. l. quid ergo. §. ſi heres. ff. De legat. 1.* Hoc tamen indiſtinctè procedit, ſi mariti peregrinatio ſit modica & honeſta, ita ut uxor eum abſque difficultate aliqua ſequi poſſit: tunc enim illa ſemper maritum ſequi tenetur, *Bart. l. Mevia. §. 1. arg. illius text. ff. De ann. legat. Bald. l. Qui manumittuntur. C. De oper. libert.* Idem eſt, ſi mariti peregrinatio ſit longa, & ipſe vel domicilium ſuum

ſuum in alium locum transferat, *Abb. c. de illis. extra De ſponſal.* vel quidem in illum locum domicilium ſuum non transferat, ſed in illo loco diu moraturus ſit, utputa, quia eſt factus Conſiliarius vel Præfectus Principis vel Aſſeſſor Cameræ Imperialis ad certum tempus, vel eſt conductus pro certo tempore, ut in Schola aliqua leges, vel quid aliud profiteatur, vel, quia in aliquo loco diu captivus detinebitur, *d. c. unaquæq. & ibi gloſſ. d. c. ſi quis inevitabili. & ibi gloſſ. Melch* Kling. *in Tract. De cauſſ. matr. ſub Rubr. De infidel.* Eodem nos jure uti volunt aliqui, quando maritus ex neceſſitate inevitabili, puta ex mandato ſuperioris in exercitum ire cogitur, *gloſſ. d. c. unaquæq.* Alioquin verò, ſi maritus ſua ſponte in exercitum proficiſcatur, *Abb. c. ex multa. n. 8. extra De vot.* vel hiſtrio aut joculator efficiatur, aut alioquin vagetur vel peregrinetur temerè, uxor hunc maritum ſequi non tenetur, *gloſſ. d. c. unaquæq. Abb. c. 1. extra De conjug. leproſ. Bart. d. l. Mævia. §. 1. Bald. d. §. qui manumittuntur. Alex. d. §. ſi maritus.* Niſi uxor ſciens maritum hujus conditionis, hiſtrionem nempe, joculatorem vagabundum, ei ſimpliciter nullo interpoſito pacto, ne illum ſequi cogatur, *Melch.* Kling. *in Tract. De cauſſ. matrimon. d. Rubr. De infidel.* nupſerit, tunc enim temerè eum, & abſque cauſſa aliqua vagantem & peregrinantem ſequi cogitur, *arg. l. ſi uxor. §. fin. ff. Ad leg. Iul. de adult. l. plenum. §. equitij. ff. De uſ. & habitat. l. fin. C. De ſponſal.* E converſo verò maritus uxorem ſequi non cogitur, *arg. c. manifeſtum. c. cùm caput. c. noluit. 33. q. 5.* Niſi uxor ex cauſſa neceſſaria, puta propter lepram, debitum vel ſimilem cauſſam ex loco domicilii mariti, diſcedere cogatur, *c. 1. & ibi gloſſ. & Abb. extra De conjug. leproſ.* Quartò hæc 141

concluſio extenditur, ut conjuges invicem, non tantùm ad cohabitationem & debitum, ſed etiam ad reliqua obſequia obligati ſint, *c. 1. & ibi Abb. extra De coniug. leprof.* Ideoque maritus uxorem alere, eique ægrotanti, & in medicinis reliquisque neceſſariis proſpicere cogitur, *l. ſi cùm dotem. §. ſin autem in ſaviſſimo. & ibi Bart. Bald. & Alex. ff. Solut. matrim. Bald. & Raph. Cuman. l. ſi ab hoſtibus. §. 1. ff. cod. tit. Bald. l. quod in uxorem. C. De negot. geſt.* Et è converſo uxor dives viro egeno, qui aliundè non habet, neque honeſtè adquirere poteſt alimenta reliquaque neceſſaria, præbere cogitur, *Bart. & Alex. d. §. Sin autem in ſaviſſimo. arg. d. l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. Auth. Præterea. C. und. vir & uxor. l. fin. & ibi Bart. & Iaſ. C. De ind. viduit. toll. l. fin. & ibi Bart. ff. De accept.* Non tamen maritus uxorem divitem vel habentem parentes divites, majores ſumptus alimentorum, medicamentorum, reliquorumque neceſſariorum nomine facere cogitur, quàm pro viribus redituum ſive fructuum dotis, *d. §. ſin autem in ſaviſſimo.* Licet uxori egenti, maritus tàm alimenta, quàm reliqua neceſſaria præbere cogatur, etiamſi illa reditus dotis longè ſuperent, *Bald. & Alex. d. §. Sin autem in ſaviſſimo. arg. l. Quod ſi nulla. ff. De*
142 *relig. & ſumpt. funer.* Et, ſi uxori ægrotanti maritus Medicum non adhibuerit, & ita uxor deceſſerit, maritus privatur omni lucro dotis, quòd ipſi vel vigore pacti dotalis vel ſtatuti aut conſuetudinis debebatur, *gloſſ. Bart. Bald. Alex. & Iaſ. l. ſi ab hoſtibus. §. 1. arg. illius text. ff. Soluto matrim. gloſſ. l. 3. arg. illius text. ff. De his quib. ut indign. Corn. Conſ. 105. n. 23. lib. 2.* Idem eſt, ſi maritus uxori ægrotanti adhibuerit quidem Medicum, ſed indoctum vel imperitum, *gloſſ. & Dd. d. l. ſi ab hoſtibus. §. 1. gloſſ. d. l. 3.*

d.l.3.ff. De his quib. ut indig. arg. l.quod si nolit. §. si mancipium. ff. De ædilit. edict. l. quoties. & ibi Iaſ. ff. Qui ſatisd. cogant. Dummodò tamen maritus in iſto loco, in quo ipſe cum uxore ſua degit, periti Medici copiam habuerit: alioquin verò ſi maritus uxori ægrotanti ideò vel nullum vel non ſatis peritum Medicum habuit, quia in iſto loco vel nullus vel non peritus Medicus eſt, maritus excuſatur, neque lucrum dotis perdit, *Bart. Alex. & Iaſ. d.l. ſi ab hoſtibus. §. 1. arg. l. idemq; & ibi Bart. ff. Pro Soc.* Deinde quoque maritum, qui uxori alimenta reliquaq; 143
neceſſaria denegat, lucrum dotis, ipſi vel ex pacto vel ex ſtatuto debitum, perdere traditum eſt, *Bald. l. Quod in uxorem. C. De negot. geſt. Bald. l. dos data. C. De donat. ant. nupt. Bald. Raph. Cuman. & Paul. de Caſtr. d. l. ſi ab hoſtib. §. 1. arg. illius text. iunct. l. necare. ff. De lib. agnoſc. Quamvis in hoc contrarium teneat Alex. & Iaſ. d. l. ſi ab hoſtib. §. 1.* Præterea maritus expellens uxorem ex domo ſua abſque 144
juſta & legitima cauſſa, uxori neque ſecundum diſpoſitionem juris communis, neque ſecundum diſpoſitionem ſtatuti vel conſuetudinis ſuccedere poteſt, *Bald. l. 1. §. ſed ſcimus. arg. illius text. C. De latin. libert. toll. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & Dec l. 1, C. und. vir & uxor. Alex. Conſ. 78. n. 4. lib. 5.* Niſi maritus, qui uxorem ex domo ſua expulit, eamve malè tractavit, cum uxore ſua ante obitum illius reconciliatus fuerit, eamque in ſuam domum receperit, & benè tractare inceperit: tunc enim ipſe à ſucceſſione uxoris ſuæ non repellitur, *Immol. & Alex. d. §. Sin autem in ſæviſſimo. arg. illius text. Alex. d. l. ſi ab hoſtib.* Similiter maritus, qui uxorem ſuam de domo ſua expellit, uxori ſuæ illicò dotem reſtituere cogitur, *Bald. l. fin. C. De ſentent. quæ ſin. cert. quant. profer. Dec. l. 1. n. 9.*

C. und. vir & uxor. Et is maritus, qui onera matrimonii ferre recusat, fructus dotis non lucratur, *Rubr. C. De priv. dot. Alex. Consil. 78. n. 4. lib. 5.* 145 Porrò licet matrimonium sit individua vitæ consuetudo, matrimonium tamen solvitur duobus modis morte nempe & deportatione. 146 Et morte quidem naturali tàm viri quàm uxoris matrimonium sicut & omnia alia, *arg. l. in summa.* §. *fin. ff. De re iudic. l. defuncto. ff. De publ. iudic. l. Neratius. ff. De reg. iur. Card. Paris. Consil. 155. lib. 4. dissolvitur.* §. *deinceps. Auth. De nupt.* Usque adeò, ut non tantùm marito superstiti in continenti uxorem ducere, *arg. l. uxores, ff. De his, qui notant. infam.* sed & uxori superstiti in continenti post mortem mariti alii nubere permittatur, *c. pen. & c. fin. extra De secund. nupt.* atque etiam, ut licet conjunx defunctus divinitùs resuscitetur, conjunx superstes ad illum redire atque ei cohabitare non cogatur, *gloss. c. licitè. 3. q. 7. Melch.* Kling. *in Tract. De causs. matr. ver. individuam vitæ consuetudinem. Abb. c. fraternitatis. n. 22. extra De frigid. & malefic. arg. l. qui res.* §. *aream. ff. De Solut.* Morte verò civili, quæ per deportationem inducitur, matrimonium non solvitur, *l. sed etsi. ff. De bon. damnat. l. res uxoris. C. De donat. int. vir. & uxorem. l. 1. C. De repud.* etiamsi alius conjunx divortium petat, *arg. c. dixit Dominus. 32. q. 1. c. 2. extra De coniug.* 147 *leprosor.* Divortium verò petere jus civile ex multis caussis permittit, *l. consensu. C. De repud.* sed jure canonico hæc facultas divortium petendi & matrimonium dissolvendi, nonnihil restricta est; Et secundum dispositionem juris canonici ex certis tantùm caussis, divortium petere, & matrimonium dissolvere permissum 148 est. Et primò quidem divortium petere hodiè permitti-

mittitur propter fornicationem, sive adulterium alterius conjugis, *c. significasti. & c. ex literis. extra De divort. cap. 19. Matth.* Quæ conclusio procedit, sive unus ex conjugibus habeat rem cum ligata, sive ipse habeat rem cum soluta, *arg. c. transmissa. & ibi Abb. extra De eo, qui cognov. consang. uxor. sua. c. nemo. & ibi Archidiac. c. meretrices. 32. q. 4. Socin. Cons. 148. lib. 1. Francis. Curt. Cons. 73. Card Paris. Cons. 54. n. 43. lib. 4.* Etiamsi illa, cum qua maritus rem habuit, publicum scortum sit, *Melch. Kling. in Tract. De causs. matrim. Sub Rubr. de adult.* Secundò hæc conclusio extenditur, ut uxori permittatur divortium petere, si maritus concubinam habeat, *Raph. Cuman. Cons. 185. Dec. l. pacta quæ contra. n. 5. C. De pact.* Tertiò hæc conclusio procedit, etiamsi uxor à marito ex domo sua pulsa adulterium perpetraverit, *c. ex literis. & ibi Abb. extra De divort.* Quartò hæc conclusio etiam habet locum, si uxor propter necessitatem famis, vel, quia maritus ipsi alimenta, cæteraque necessaria denegavit, adulterium perpetraverit, *l. palam. §. non est ignoscendum. ff. De rit. nupt. c. ex literis. & ibi Abb. extra De divort. Abb. d. c. significasti.* Quintò hæc conclusio extenditur, ut procedat, etiamsi uxor sævitiâ mariti motâ adulterium perpetraverit, *Ludovic. Bolognin. Cons. 23. Card. Paris. Cons. 54. n. 60. lib. 4.* Sextò hæc conclusio extenditur, ut propter Sodomiticum peccatum & quamlibet aliam pollutionem à marito cum alia commissam uxor separationem matrimonii, secundum communem atque receptam Dd. sententiam petere possit, *Hugo Laurent. ioan. Calderin. Anton. de Butr. & Abb. c. maritis. extra De adulter. Archidiac. c. omnes causationes. 32. quæst. 7. Angel. de Clavas. in Summa. verb. matri-*

matrimonium. Cl. 4. arg. c. meretrices. 32. q. 4. Quamvis propter pollutionem manualem ſolam divortium peti non poſſit, *gloſſ. d. c. omnes. Ang. de Clav. d. ver. matrimonium. Cl. 4.* Septimò, uxor tentata vel ſalutata à marito ſuo de vitio Sodomitico, matrimonii ſeparationem petere poteſt, *Andr. Sicul. Conſ. 65. lib. 1. Anaſtaſ. Pret. inter Conſil. Andr. Sicul. Conſ. 64. lib. 1. Dec. l. 1. n. 8. C. De ſecund. nupt.* Octavò, hæc concluſio extenditur, ut licet uxori non permittatur, maritum ſuum criminaliter accuſare de adulterio commiſſo, *l. 1. & ibi Dd. C. Ad leg. Iul. de adult.* ipſi tamen permiſſum ſit, contra maritum ſuum ob adulterium commiſſum civiliter agere ad thori ſeparationem, *§. Si vir de adulterio. Auth. Vt lic. matr. & av. c. 1. & ibi Abb. n. 3. extra ut lit. non conteſt. Abb. c. tua. n. 7. extra De procurat. Card. Pariſ. Conſ. 54. n. 44. lib. 4.* Hæc concluſio fallit primò, ſi uterque conjugum fornicationem vel adulterium commiſerit: tunc enim ſeparatio thori peti non poteſt propter fornicationem ſive adulterium, *c. ſignificaſti. & ibi gloſſ. & Abb. extra de divort. c. fin. & c. pen. extra De adult. l. viro. & l. cùm mulier. ff. Solut. matr. Card. Pariſ. Conſ. 54. n. 51. lib. 4.* Secundò hæc concluſio fallit, ſi maritus uxorem ſuam proſtituerit, vel eam adulterandam præbuerit, *c. diſcretionem. & ibi gloſſ. & Abb. extra De eo, qui cognov. conſang. uxor. ſuæ.* Tertiò hæc concluſio fallit, ſi uxor perpetraverit adulterium eo tempore, quo maritus concubinam aluit, *Paul. de Caſtr. Conſ. 128. Dec. l. pacta quæ contra. n. 5. C. De pact.* Quartò hæc concluſio fallit, ſi uxor credens maritum mortuum alii nupſerit, *c. cùm per bellicam. & c. ſi virgo. 34. q. 2. c. dominus. extra De ſecund. nupt.* Quintò ſi uxor fuerit cognita ab aliquo, quem credebat proprium mari-

maritum, *c. in lectum. 34. q. 2. gloss. c. pen. extra De adult.* Sextò, si uxor fuerit vi oppressa, *l. vim passam. ff. Ad leg. Iul. de adult. l. fœdissimam. C. eod. tit. c. propositio. 32. q. 5.* Septimò, si infidelis infidelem conjugem, dato libello repudii dimiserit, & illa nupserit alii, & postea uterque convertatur ad fidem, prior maritus tenetur hanc uxorem dimissam recipere, *c. gaudemus, extra De divort.* Utrum autem querela adulterii vel fornicationis com- 149
missæ ab uxore ad heredes mariti vel contra heredes uxoris transeat, *videte l. rei iudicatæ. §. morum. & ibi Bart. & Alex. ff. Solut. matrim. l. fin. & ibi Bald. & Salic. C. Ad leg. Iul. de adult.* Secundò, divortium juxta Canones 150
petere permissum est, si unus ex conjugibus alterum ad hæresin sive infidelitatem trahere nitatur, nec ab hac insolentia compesci possit, *c. quæsivit. & ibi Abb. extra De divort.* Tertiò divortium peti potest, si maritus uxorem 151
suam, ad quodlibet aliud scelus horrendum præter hæresin trahere nitatur, nec ab hac insolentia compesci possit, *Innoc. & Abb. d. c. quæsivit. Innoc. d. c. maritus. arg. c. idololatria. 28. q. 1.* Quartò propter impotentiam divortium peti potest, de quo satis supra dictum fuit: Et hoc casu, cùm ab initio matrimonium nullum fuerit, proprie divortium, sive separatio matrimonii dici non potest, *arg. l. nam etsi. ff. De iniust. rupt. l. decem. ff. De verb. oblig. c. cùm ad dissolvendum. extra De despons. impub.* Quin- 152
tò, si conjunx conjugis vitæ insidietur, neque ab hoc scelere ullo modo compelli possit, divortium petere permissum est, *Ioan. Andr. & Abb. c. 1. extra De divort. Abb. c. literas. n. 7. arg. illius text. extra De restit. spol.* Sextò li- 153
cet secundum communem atque receptam Dd. sententiam, Canones nullo casu permittant conjugi divortium

petere propter absentiam sive desertionem alterius conjugis, *c. in præsentia. & ibi Abb. extra De sponsal. c. 2. & ibi Abb. extra De secund. nupt. Abb. c. perlatum. extra Qui fil. sint legit.* In nostris tamen Ecclesiis permittitur personæ injustè desertæ, si desertor legitimè citatus ad eam non redierit, propter hanc caussam divortium petere, *Philip. Melanch in Tract. De conjug. Rubr. Quis sit desertor.* Eò, quia *Paulus 1. Corinth. cap. 7.* inquit, si infidelis discedit, discedat, non subjectus est servituti frater aut soror in talibus. Et rursus idem *Paul. 1. ad Timoth. 5.* inquit, Qui suorum, maximè domesticorum curam non habet, fidem abne-
154 gavit, & infideli factus est deterior. Non tamen omnis is, qui ab uxore sua quolibet modo discedit, desertor censendus est, sed is demum desertor dicitur, qui discedit à conjuge, & diutiùs, quod arbitrio judicis definiendum relinquitur, *arg. l. 1. C. De iur. deliber. c. De causis. extra De offic. deleg.* abest, nulla honesta caussa coactus, sed vel levitate vel injustâ impatientia freni conjugalis vel aliis non necessariis caussis impulsus vagatur: Cæterùm, si quis vel officii caussa vel ex alia necessaria vel probabili caussa discedat, & diutiùs absit, vel etiam ab hostibus captus sit, vel in vinculis detineatur, is desector dici non potest, nec uxori illius ipso vivente permitti debet cum alio matrimonium contrahere, *l. uxores. C. De repud.*
155 *Auth. Hodiè. C. eod. tit. c. cùm per bellicam. 34. q. 1.* Porrò licet matrimonio semel legitimè contracto & propter fornicationis secutæ vel aliam caussam dissoluto, innocenti parti, secundum dispositionem juris canonici, vivente conjuge suâ, cum qua divortium factum fuit, qua cum alio matrimonium contrahere non permittatur, *c. quæsivit. & ibi Abb. c. gaudemus. & ibi Abb. extra De divort. c. dixit dominus. 32. q. 1. Abb.*

c. 1. ex-

c.1 extra De divort. noſtræ tamen Eccleſiæ,& juris divini, *cap.19.Matt.*& juris civilis veſtigiis inſiſtentes, *l. conſenſu. C. De repud.* divortio facto,permittunt innocenti parti illicò,etiam vivente nocente parte,cum alio matrimonium contrahere, *Philip. Melanch. in Tract. De coniug.* nocenti verò parti, facto divortio,neque Canones, *c. licitè. 32.q.7.* neque noſtræ Eccleſiæ, vivente innocente parte cum alio matrimonium contrahere permittunt, *Melch. Kling. in Tract. De cauſſ. matrimon. Sub Rubr. De redintegrat.*

Utrum autem propter fornicationem matrimonium ipſo jure an verò tantùm per ſententiam ſeparetur, *vide Abb.c.porrò. extra De divort. Abb. c. plerumq. extra De donat. int. vir. & uxor. Abb. c. fin. extra De adult.* Illud tamen indubitati juris eſt, quod etiam in illis caſibus, in quibus propter cauſſam aliquam matrimonium ipſo jure diſſolvitur,conjuges non ſeparentur,niſi ſententia declaratoria præcedente, *arg.c.cùm ſecundum. De hæretic. lib.6 Iaſ. l.3.§.quod autem. n.5.ff. Quod quisq; iur. cum ſimilib. allegatis à me in Tract. meo feudal. 9.part.5.quæſt.* Niſi hæc cauſſa, propter quam ipſo jure matrimonium diſſolvitur,ſit omninò notoria: tunc enim declaratoria ſententia non requiritur, *arg.l.ſi verò. §.1. & ibi Iaſ.ff. Qui ſatisd. cog. Andr.de Iſern. Alvarot. Præpoſ.& Matth.De Affl.c.1.§.fin. Quo temp. mil.* Deinde, utrum innocenti conjugi permittatur propter fornicationem nocentem partem propriâ auctoritate à ſe repellere, vel ab ea diſcedere, *tradit idem Abb. in d. c. porrò. extra De divort. Abb. c. plerumq. extra de donat. int. vir. & uxor. Abb. c. fin. extra De adulter.* Ego verò etiam in illis caſibus, in quibus matrimonium propter cauſſam aliquam ipſo jure diſſolvitur: matrimonium propter hanc cauſſam, licet illa notoria ſit, non dirimi, niſi innocente parte volente, hanc ſuam

voluntatem declarante, & parti innocenti repudium mittente, *arg. l. 2. & ibi Bart. & Iaſ. C. De iur. emphyteut. c. ſi qua de rebus. 12. q. 2. gloſſ. l. 2. ff. Si ag. vect. vel emphyteutic. gloſſ. l. eleganter in princ. verb. nullam. ff. De dol. Iaſ. l. omnimodò in princ. n. 10. C. De inoffic. teſtam. Alex. Conſ. 79. n. 11. lib. 1. Dec. Conſ. 185. n. 9. cum ſimilibus à me citatis in*
158 *Tract. feud. 9. part. 8. quæſt.* Ideoque ſi ante ſententiam divortii latam & antequam conjunx innocens declaret ſe à conjuge nocente propter delictum ab ipſo perpetratum ſeparari velle conjunx innocens, quolibet modo tacitè vel expreſsè re vel verbis declaraverit, ſe conjugi nocenti delictum ab ipſo perpetratum remiſiſſe, matrimonium ipſſo jure redintegratur, nec coniugi innocenti ulterius ſeparationem matrimonii propter hoc delictum petere permittitur, *arg. l. 3. §. fin. & ibi Bart. ff. De reb. dub. Iaſ. l. fin. C. De pact. Iaſ. l. in arenam. n. 8. C. De inoffic. teſtam. Idemq; Iaſ. Auth. Non licet. C. De liber. prater. gloſſ. Bart. & Dd. l. 2. C. De iur. emphyt.* etiamſi conjunx innocens in continenti voluntatem ſuam mutaverit, *arg. l. huiuſmodi. §. Stichum. ff. De legat. 1. l. ſtatu liberum. §. Stichum. ff. eod. l. apud Auſidium. ff. De opt. legat. l. 3. §. 1. ff. De leg. commiſſ. l. Quamvis. C. De tranſact. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. De pact. c. quod ſemel. De reg. iur. lib. 6.*
159 Et hæc declaratio voluntatis, per quam matrimonium ipſo jure redintegratur, ante divortii ſententiam latam tacitè fieri intelligitur, ſi innocens pars poſt hoc delictum à nocente parte perpetratum ſciens, prudens & ſpontè rem habeat cum nocente parte, *Abb. c. fin. extra De adulter. Melch. Kling. in Tractat. De cauſſ. matrim. Sub Rubr. De divort.* vel etiam ſimpliciter ab ipſa nocente parte debitum petat, *arg. l. Aemilius. ff. De minorib. l. poſt diem.*

diem. ff. De leg. commiss. Alber. de Rosat. l. 2, & ibi Ias. n. 128. C. De iur. emphyt. Salic. l. Commissoria. C. De pact. inter empt. Idem est, si conjunx innocens conjugem nocentem in adulterio vel fornicatione deprehensum in consortio suo retinet, eique diu cohabitat, *arg. l. 2. C. Ad leg. Iul. de adult. c. si vir. & ibi Abb. extra De adult. Melch. Kling. in Tract. De adult.* Similiter hanc declarationem tacitæ voluntatis, per quam reconciliatio inducitur, fieri judico per hoc, quòd innocens pars nocentem partem, conjugem suum nominat, vel ei munera transmittit, item per basia, oscula, & amplexus, *arg. gloss. c. 1. §. idem quoq; verb. modum alium. & ibi Gemin. & Philip. Franc. De despons. impub. lib. 6. Calder. Cons. 4. tit. De sponsal. Franc. Aret. Cons. 143. Dec. Cons. 368. Cons. 603. Card. Paris. Cons. 62. lib. 4.* Sin autem matrimonium propter adulterium vel 160
similem justam causam dissolutum fuerit per sententiam divortii, & declarationem voluntatis innocentis partis, hoc matrimonium, cùm illud in Ecclesiis nostris penitùs dissolvatur, adeò, ut innocenti parti cum alio matrimonium contrahere liberum sit, neque per concubitum sive copulam, neque per cohabitationem, basia, amplexus vel munerum transmissionem, neque per hoc, quod innocens pars, nocentem conjugem suum nominat, reconciliatur, sed requiritur ad hoc, ut matrimonium illud redintegretur, ut omnia illa interveniant, quæ in matrimonio ab initio contrahendo requiruntur, *arg. l. si ut proponis l. 2. & ibi Bald. C. De nupt. Ias. l. ius civile. ff. De iustit. & iur. Ias. l. 1. §. si quis ædificium ff. De oper. nov. nunc.* Deinde quoque certum est, matri- 161
monium esse divini humanique juris communicationem, *l. 1. ff. De rit. nupt. l. ex diverso in princ. & ibi gloss. ff.*

Solut. matr. l. 1. ff. Rer. amot. l. adversis. C. eod. tit. Card. Paris.
162 *Cons. 54. n. 8. lib. 4.* Quod usque adeò verum est, ut maritus & uxor una caro, unum corpus, unaque persona dicantur, *c. Agathosa. 27. q. 2. c. admonere. 33. q. 2. c. porrò. 35.*
163 *q. 5. Card. Paris. Cons. 68. n. 10. & 185. lib. 4.* Ideoque is, qui sibi alimenta stipulatur, etiam pro uxore alimenta stipulatus intelligitur, atque promissor non tantùm stipulatori, sed etiam uxori illius alimenta præstare obligatur, *gloss. d. c. admonere. verb. partem. Oldrad. Cons. 95. n. 10. Aym. Cravett. Cons. 51. n. 3. Facit l. si stipulatus fuero per te. & ibi Ias. n. 3. ff. De verb. oblig. Bald. Cons. 341. lib. 3.* atque sicut in omni dispositione persona loquentis, *l. 1. & ibi Bald. ff. De Senat. l. inquisitio. & ibi Bald. C. De Solut.* ita quoque & persona uxoris loquentis excepta intelli-
164 gitur, *Oldrad. Cons. 95.* Secundò ex hoc sequitur, quòd omne infortunium, omnisque calamitas uni ex conjugibus eveniens, utrique communis sit, *l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. Solut. matrim.* licet pœna irrogata uni conjugum propter delictum illius, ad alium conjugem non extendatur, neque alium conjugem innocentem præ-
165 gravet, *l. res uxoris. C. De donat. int. vir. & uxor.* Tertiò hæc conclusio extenditur, ut uxor consequatur & dignitatem, & genus & forum & domicilium mariti, *l. fin. C. De incol. lib. 10. l. mulieres. C. De dignitat. lib. 12. l. fin. ff. Ad municip. Alex. Ias. & Dec. l. cùm quædam puella. ff. De iurisd.*
166 *omn. iudic.* Hoc tamen fallit primò, quoad bona: Namq; secundum juris civilis dispositionem uxor absque omni dubio non consequitur dominium rerum mariti, cùm hoc nullà lege cautum sit, *arg l. illam. & ibi Ias. C. De collat. §. Cùm igitur. Auth. De non elig. secund. nub. §. & consideremus. Auth. De trient. & sem. l. si servum. §. non dixit.*

dixit. ff. De adquir. heredit. Similiter bona uxoris quoad 167
dominium non communicantur marito secundum dispositionem juris civilis, sed uxor habet triplicis generis patrimonium, dotem nempe, quæ efficitur viri propria quoad dominium, *arg. l. doce ancillam. C. De rei vendic.* bona paraphernalia, quæ sunt illa, quæ maritus uxori extra dotem tradidit, ejusque custodiæ commisit, quorum bonorum maritus quidem administrationem, non autem dominium habet regulariter, *l. fin. C. De pact. convent. l. si ego. §. pen. & fin. ff. De iur. dot.* item quædam alia bona viro non tradita, quarum maritus neque dominium neque administrationem habet, *l. maritus. & ibi Bart. Alex. & Ias. C. De procurat. Ias. Cons. 197. lib. 1. pract. Papiens. in form. Libell. Quo uxor agit ad dot. ver. tanquam bona.* Et utrum fructus tàm extantes quàm con- 168
sumpti ex bonis uxoris non dotalibus, tàm paraphernalibus quàm non paraphernalibus à marito constante matrimonio percepti, soluto matrimonio, uxori vel heredibus illius restituendi sint, *videte Bart. & Alex. l. maritus. ff. Ad leg. Falcid. Bart. Cons. 125. Incip. Quæstio talis est, Titius &c. Alex. Cons. 42. lib. 1. Cons. 63. lib. 2. Socin. Cons. 82. lib. 4. Corn. Cons. 129. lib. 4 Dec. Cons. 521. Aym. Cravett. Cons. 193. n. 15.* Secundò licet uxor & maritus 169
censeatur eadem persona: ex contractu tamen cum uxore & marito simul à quodam tertio celebrato, non unusquisque conjugum in solidum, sed quilibet pro rata tantùm obligatur, *Bart. Cons. 124. lib. 1. Bald. l. mater. C. De rei vendic. Paul. de Castr. Cons. 41. Cons. 296. Incip. Visis actis & agitatis coram Domino Astorgio. Cons. 360. Bart. l. 1. Cons. 362. Super primo dubio præsupposita veritate. lib. 2. Alex. Cons. 38. lib. 2. Bald. l. mater. C. De rei vendic. De hoc tamen videte*

latiùs

latiùs id, quod tradit Curt. Sen. Conſ. 53. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 209. Aym. Cravett. Conſ. 91. Andr. Tiraquel. in Conſ. pat. Tit. retracta. §. 30. n. 4. Carol. Molin. in conſuet. Pariſienſ. §. 105. Præterea quoque certum eſt, matrimonium eſſe inſtitutum divinitùs, *cap. 2. Geneſ.* ad hoc, ut caſtè vivamùs, ſcortationem nempe evitemus, *1. Corinth 7.* & ſobolem procreemus, atque alios cultores Dei poſt nos relinquamus, *c. nuptiarum. 27. q. 1. c. omne. 27. q. 2. c. recurrat. §. his ita. 32. q. 4. l. 1. ff. Solut matrim.* Quod uſque adeò verum eſt, ut pactum adjectum in contractu matrimonii, ut uxor prolis generationem evitet, contractum matrimonii, ipſo jure vitiet, *c. fin. extra De condit. appoſ. c. aliquando. 32. q. 2.* Quamvis tamen matrimonium, in quo non eſt adjectum pactum de ſobolis generatione evitanda, ratum ſit, licet illæ perſonæ, quæ matrimonium contraxerunt, ſint ſenes aut ſteriles, ita ut in illis nulla ſit ſpes prolis, *l. ſancimus. la 2. C. De nupt. Iaſ. l. 1. n. 43. ff. Solut. matrim. Idemq; Iaſ. l. ſed eſt quæſitum. ff. De liber. & poſth.* vel in articulo mortis contractum, *Abb. c. commiſſum. extra De ſponſal.* vel conjuges contraxerint matrimonium, non animo ſobolis procreandæ, ſed libi-
171 dinis gratia, *c. ſolet. 32. q. 2. gloſſ. c. hi qui. 32. q. 7.* Porrò nuptiæ ſunt duplices, quædam ſunt licitæ, quædam verò
172 illicitæ. Rurſus illicitæ nuptiæ duplices ſunt, quædam ſunt inceſtæ ſive nefariæ, quædam ſunt inutiles. Inceſtæ ſive nefariæ illæ dicuntur, quæ jure naturæ ſive jure di-
173 vino refragante contrahuntur. Inutiles nuptiæ illæ dicuntur, quæ contra præcepta juris civilis vel canonici tantùm, contrahuntur, vel, in quibus deficit cauſſa, vel efficiens, conſenſus nempe contrahentium, vel materialis, habilitas nempe perſonarum, vel formalis, individua

vitæ

vitæ consuetudo. Similiter & licitæ nuptiæ dividuntur primò in publicas & clandestinas: secundò in puras & conditionales. Effectus matrimonii sunt, primò, quòd filii nati ex matrimonio sint legitimi, & in potestate parentum, *Abb. c. tanta vis. extra Qui fil. sint legit. arg. supra De patr. potest. in princ. l. filium. ff. De his, qui sunt sui vel alien. iur.* Quod procedit primò, ut licet mater adulterii condemnata sit, filius tamen legitimus præsumatur, *l. miles. §. defuncto. ff. Ad leg. Iul. de adult.* Secundo hoc procedit, ut filius natus in conjugio legitimus præsumatur, licet mater confiteatur illum ex adulterio conceptum, *Bart. l. filius. ff. De his, qui sunt sui vel alien. iur. Abb. c. transmissa. extra Qui fil. sint legit.* Tertiò hæc conclusio extenditur, ut, licet matrimonium per solam cohabitationem conjugum secundum dispositionem juris canonici non probetur, *Abb. c. illud. extra De præsumpt.* tamen quoad hoc, ut filii legitimi judicentur, matrimonium ex sola cohabitatione probetur, *Abb. c. lator. n. 6. extra Qui fil. sint legit. Card. Paris. Cons. 47. n. 43. lib. 4.* 174 175

In Titulum XI.

DE ADOPTIONIBUS.

Summaria.

1. *Continuatio.*
2. *Adoptionis definitio & ejus explicatio usq; ad n. 37.*
3. *In qua adoptione & quantopere Imperatoris requiratur auctoritas?*

Et quid si Imperium vacet? Ibid.

4. *In qua verò minoris magistratus auctoritas sufficiat?*
5. *Arrogatio fieri debet causâ cognitâ.*
6. *Quæ in hac cognitione perpendenda. remissivè.*
7. *Ad arrogationem qui citandi?*
8. *Agnatorum consensus an & quando in arrogatione requiratur?*
9. *Auctoritas judicis coram tribunali sedente in arrogatione requiritur.*
10. *In adoptione simplici id secus est.*
11. *Quid præterea in arrogatione impuberis?*
12. *Tàm arrogatio quàm adoptio inter præsentes fieri debet.*
13. *Per Procuratorem fieri nequit.*
14. *Quorum verò consensus requiratur?*
15. *Effectus adoptionis. & n. seqq.*
16. *Arrogatus vel adoptatus ab ascendentibus patri adoptivo adquirit.*
17. *Ei defuncto qualiter succedat? & n. seq.*
18. *An & quomodo in feudis?*
19. *Qui adoptivi jus habeant dicendi, testamentum nullum &c.*
20. *Pater adoptivus à filio adoptivo sine venia in jus vocari nequit.*
21. *Ius habet filium adoptivum modicè corrigendi.*
22. *Filius adoptivus patris adoptivi dignitatem consequitur.*
23. *Adoptivi qualiter & quando à patre adoptivo ali & sustentari debeant?*
24. *Bona filij arrogati qualiter patri arrogatori adquirantur?*
25. *Etiam liberi arrogati, arrogatoris potestati subjiciuntur.*
26. *An filius adoptivus vivo patre adoptivo, debitores illius ipso non consentiente liberare possit?*
27. *Arrogator ex quibus contractibus à filio arrogato initis actione de peculio conveniri possit?*
28. *Pater adoptivus qualiter & quando filio arrogato succedat?*
29. *Filius arrogatus vel adoptatus quando & quibus vinculis, agnatis adoptivi patris conjungatur, istíq; succedat?*
30. *Quodq; cognatis illius nullo modo.*
31. *Statutum loquens de filio legitimo, quomodo etiam in adoptato ab extraneo locum obtineat?*
32. *Filij appellatione, quam impropriè adoptatus vel arrogatus, veniat?*

Vbi pul-

Vbi pulchræ illationes.

33. Adoptio originem & patriam propriam non mutat.

34. Adoptio quomodo naturam mutetur? & n. 36.

35. Fraternitas jurata quid efficiat? ubi notabilia.

37. Adoptari & adoptare qui possint vel non?

38. Adoptio quotuplex, & quid arrogatio?

39. Quidq; adoptio in specie?

40. Inter adoptionem hanc & arrogationem quàm multæ & quæ differentiæ?

IMPERATOR explicaturus, qui parentum potestati subjecti sint, in præcedentibus posuit titulum de patria potestate, cui titulo convenienter connexit titulum de nuptiis: eò, quia ex justis nuptiis procreati potestati parentum subjecti sunt: verùm, quia non tantùm filii naturales & legitimi, sed etiam filii adoptivi in potestate parentum constituti sunt, Imperator optimis rationibus ductus, hîc subnectit titulum de adoptionibus. 1 2 Est autem adoptio actus legitimus, per quem quis interveniente solennitate legitimâ, efficitur ad similitudinem naturæ, filius alterius, ejusque vel potestati subjicitur, si is sit aut sui juris, aut alterius potestati quidem subjectus, naturale tamen vinculum concurrat, vel successionis tantùm capax sit, si & naturale vinculum cesset, & is alterius potestati subjectus sit. Namq; clari juris est, adoptionem esse actum legitimum, *gloss. hic in princ. & ibi Ioan. Fabr. Ang. & Sylvest. Aldobr. arg. l. actus legitimi. ff De reg. iur.* Ex quo sequitur, adoptionem neq; diem neque conditionem recipere, *d. l. actus legitimi:* neq; adoptionem ita fieri posse, ut adoptatus ad certum tantùm tempus, vel ad certos tantùm actus filii loco habeatur, *l. si tibi*

filius. ff. De adopt. Iaſ. l. 1. §. hoc autem. n. 6. & ibi Raph. Cuman. Paul. de Caſtr. Immol. & Alex. ff. Ad Senatusconſultum Trebell. facit id, quod docet Bald. Paul. de Caſtr. & Ludovic. Roman. l. ſenium. C. Qui teſtam. facer poſſ. Deinde quoque certum eſt, adoptionem non aliter ratam eſſe, niſi illâ interveniente ſolennitate legitimâ facta fuerit, *arg. l. non putavit. §. non quævis. ff. De bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. 4.*

3 *§. condemnatum. ff. De re iudic.* Cæterùm in adoptione, quâ homines ſui juris adoptamus, pro ſolennitate requiritur Imperatoris auctoritas, *ut hic in princ. l. 2. ff. De adopt. l. 2. & l. arrogationes. C. eod tit.* Quod uſque adeò verum eſt, ut ne Imperatore quidem mortuo, vacante imperio Principes Electores penes quos eligendi Imperatorem poteſtas eſt, *c. venerabilem. & ibi gloſſ. extra De Election. c. ad apoſtolicæ. & ibi gloſſ. De ſentent. & re iudic. lib. 6. Clem. 1. & ibi gloſſ. De iureiur.* adoptioni, quâ homines ſui juris adoptamus, quæ propriè arrogatio dicitur, *ut hic in princ. l. 2. ff. De adopt.* authoritatem præſtare poſſint, *gloſſ. hic verb. reſcripto. & ibi Ang. & Sylveſt. Aldobrand.* Licet ſecundum diſpoſitionem juris canonici vacante imperio Papam arrogationi etiam ei, quæ fit in terris Imperio ſubjectis, authorem fieri poſſe traditum ſit, *Ang. hic in princ. ver. adoptio. n. 5. & ibi Sylveſt. Aldobr. n. 25.* Præterea licet arrogationi authoritatem præſtare ſoli Imperatori reſervatum ſit, *Bart. l. imperium. ff. De iuriſd. omn. iudic. Sylveſt. Aldobrand. hic. n. 13.* Princeps tamen hoc alteri delegare, *gloſſ. hic in princ. verb. reſcripto. & ibi Ang. & Sylveſt. Aldob. arg. l. 2. l. arrogationes. C. De adoption. facit text. l. 1. & ibi Bald. & Iaſ. C. De precib. Imperat. offeren. l. fin. C. ubi ſen. vel clariſſ. c. illud. & ibi gloſſ. fin. 23. q. 4.* ejuſque delegatus hoc ſubdelegare poteſt,

poteſt, *Corn. Conſ. 34. lib. 1. Sylveſt. Aldobr. hic. n. 24. arg. l. 1. & ibi Bart. & Dd. C. Qui pro ſua iurisd. Iaſ. & Dec. l. 1. in princ. ff. De offic. eius, cui mand. eſt iurisd.* licet ſubdelegato delegati Principis hoc rurſus ſubdelegare non permittatur, *arg. c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. & ibi Dd. extra De offic. deleg. Iaſ. l. à iudice. n. 11. C. De iudic. text. c. cùm cauſſam. & ibi Dd. extra De appellat.* Deindè etiam uſque adeò in arrogatione Imperatoris authoritas requiritur, ut ſtatutum, quo cavetur arrogationem abſque authoritate Imperatoris fieri poſſe, ratum non ſit, *Bart. l. n. non ambigitur. n. 3. ff. De ll. arg. l. nam & magiſtratus ff. De arbitr. c. cùm inferior. extra De maior. & obed. c. venientes. extra De iureiur. Clem. ne Romani. De Election. Bart. l. omnes populi. n. 27. ff. De iuſt. & iur. Bart. l. pen ff. De aq. pluv. arcend. Quamvis de hoc dubitet Iaſ. l. ſi arrogator. n. 2. ff. De adopt.* In adoptionibus verò, quà homines liberos, alterius poteſtati ſubjectos adoptamus, quæ propriè adoptiones dicuntur, *ut hîc in princ. l. 2 ff. De adopt.* non Imperatoris ſed magiſtratus ſive judicis auctoritas requiritur, *ut hic in princ. & d l. 2. ff. De adoption. l. 1. & l. fin. C. eod. tit. Corn. Conſ. 200. n 13. lib. 1. Card. Pariſ. Conſ. 16. n 20. lib. 2. Iaſ. d. l. ſi arrogator. n. 2.* Et cùm adoptio ſit actus voluntariæ jurisdictionis, *l. 2. ff. De offic. proconſ. gloſſ. l. 1 C. De adopt.* adoptionem authoritate etiam minimi ſive infimi magiſtratus ordinariam jurisdictionem habentis fieri poſſe certum eſt, *gloſſ hîc in princ. verb. magiſtratus. & ibi Sylveſt. Aldobr. n. 26.* Quinimò ſi filius familiàs ordinarius judex ſit, ipſe apud ſe in adoptionem alteri dari poteſt, *l. ſi Conſul. ff. De adopt.* & paterfamiliàs, qui judicis ordinarii officio fungitur apud ſemetipſum filium ſuum alteri in adoptionem dare poteſt, *l. magiſtratus ff. de adopt.*

Præterea quilibet magistratus ordinarius, non tantùm per se authoritatem adoptioni præstare, sed etiam hanc facultatem alteri delegare potest, *Ioan. Fabr. hic in princ. ver. Imperio. & ibi Ang. ver. adoptio. Iaſ. d. l. ſi arrogator. n. 2. arg. l. 1. in princ. ff. De offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.*

5 Secundò in arrogatione requiritur, ut arrogatio fiat causſa cognitâ, *ut hic. §. cùm autem.* Quod non tantùm in arrogatione impuberis, *l. nec ei. §. eorum. ff. De adopt. l. 2. C. eod. tit.* sed etiam in arrogatione puberis, locum habet, *l ſi pater §. fin. ff. De adopt. Corn. Conſ. 34. n. 10 lib. 1. Iaſ. d. l. ſi arrogator. n. 2.* Licet major causſæ cognitio requiratur, quando impubes arrogatur, quàm quando pu-

6 bes, *d. §. eorum. Sylveſt Aldob. d. §. cùm autem.* Et quæ in hac causſæ cognitione perpendenda sint, *videte Ang. d. §.*

7 *cùm autem. n. 4.* Tertiò ex hoc infertur, quòd ad arrogationem sint citandi, omnes illi, qui ex hac arrogatione lædi possint, quales sunt illi, qui arrogato vel ab intestato vel ex pupillari substitutione succeſsuri fuerant, arrogatione non facta, *Sylveſt. Aldobr. hic. d. §. cùm autem. arg. l. in causſæ la 1. §. causſa cognita. ff. De minorib. l. nam ita. & ibi gloſſ. & Bart. ff. De adopt.* Quod absque dubio procedit in arrogatione impuberis, *arg. l. 2. C. De adopt.* In arrogatione autem puberis agnatos vel cognatos arrogati non esse citandos, judico, *arg. eius quod docet Bart. l. 3. §. causſa cognita. n. 4 ff. De bonor. poſſeſſ. Abb. Conſ. 85. Incip.* In quæstione, quæ vertitur inter Tulianum *lib 1.* Similiter nec arrogatoris agnati vel cognati, nec etiam parentes ad arrogationem citandi sunt, sive pubes sive impubes arrogetur, *Corn. Conſ 34. lib. 1. arg. l. cùm adoptio. ff. De adopt. l. qui in provincia. §. 1. iunct. gloſſ. ff. De rit. nupt. Bart. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. n. 14. & ibi*

Iaſ.

Iaſ. n. 130. ff. De lib. & poſth. Bald. l. fin. C. Quib. res iudic. non noc. Niſi arrogator haberet filios legitimos & naturales; illos enim ad arrogationem citandos eſſe, veriſſimum arbitror, *Corn. Conſ. 34. lib. 1. arg. d. l. nec enim. §. 1. Bald. l. nam ita divus. ff. De adopt. Alex. l. ex facto. ff. De vulgar. & pupill.* Et licet ad arrogationem cognati vel 8
agnati arrogatoris vel arrogati, quandoque citandi ſint: illorum tamen conſenſus in arrogatione neceſſario non requiritur, ſed etiam arrogatio iis invitis fieri poteſt, *d. l. cùm adoptio. gloſſ. hic. §. minorem. verſ. licet autem verb. conſentire. & ibi Sylveſt. Aldobr.* niſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex eo filio, quem jam habet adoptatum, vel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet: tunc enim adoptio non aliter rata eſt, niſi & filius conſentiat, *ut hic. §. minorem. verſ. licet autem. & ibi Sylveſt. Aldob. l. cùm nepos. l. ſi quis. & l. ſi is, qui. ff. De adopt.* vel niſi is, qui in tutorum vel curatorum poteſtate conſtitutus eſt, arrogetur: tunc enim tutorum & curatorum conſenſus neceſſarius eſt, *l. fin. C. De auth. præſtand.* vel, niſi adoptionis vel arrogationis inutilis confirmatio petatur illo tempore, quo jam heredibus arrogatoris ab inteſtato hereditas illius delata fuit: tunc enim horum heredum conſenſus & præſentia requiritur, *Corn. Conſ. 34. lib. 1. arg. l. nam ita divus. ff. De adopt.* Quartò arroga- 9
tio, cum in illa requiratur cauſſæ cognitio non aliter rata eſt, niſi illa fuerit facta authoritate judicis coram tribunali ſedente, *Chriſtoph. Porc. d. §. cùm autem. & ibi Sylveſt. Aldobr. arg. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. De offic. proconſul l. a procedente & ibi Eart. C. De dilat.* Adoptio 10
tamen ſimplex rata eſt, licet in illa non decretum, ſed authoritas ſimplex judicis intervenerit, *Ioann. Fab. in princip. hic ver. Imperio. & ibi Ang. ver. adoptio.*

Quin-

11 Quintò, in arrogatione impuberis sive pupilli, requiritur, ut pater arrogator personæ publicæ, tabellioni nempe caveat, eique fidejussorem in hanc causſam præstet, *gloſſ hic. §. cùm autem ver. ut caveat. arg. l. hæc autem ſatisdatio. ff. De adopt. iunct. l. ſancimus. & ibi Iaſ. C. De verb. ſignif.* ſi intra pubertatem pupillus deceſſerit, ſe restituturum bona arrogati illis, qui ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionem ejus venturi eſſent, *d. §. cùm autem. l. non aliter. ff. De adopt.* quæ cautio & adveniente pubertate exſpirat, *l. hæc autem ſatisdatio. ff. De adopt.* nec locum habet, quando pubes arrogatur, *gloſſ. d. l. hæc autem. Sylveſt. Aldobr. d. §. cùm autem. n. 28. arg. d. l. hæc autem iunct. l. patre furioſo. & ibi Iaſ. ff. De his, qui ſunt ſui vel alien. iur. l. non aliter. ff. De adopt. iunct. l. cùm prætor. ff. De iudic.* Et ſi hæc cautio in arrogatione impuberis omiſſa fuerit, arrogato in pupillari ætate mortuo, nihilominus illis, qui ſi arrogatio facta non eſſet ad ſucceſſionem arrogati venturi eſſent, utilis actio ex ſtipulatu datur ad petendum bona arrogati defuncti, *l. his verbis. & ibi gloſſ. ff. De*
12 *adopt. gloſſ. & Dd. d. §. cùm autem.* Sextò, quoad ſolennitatem tàm adoptionis, quàm arrogatiouis requiritur, ut hæc tàm adoptio, quàm arrogatio inter præſentes fiat, *l. fin. C. De adopt.* Abſens enim neque adoptari, neque arrogari poteſt, *l. neq; abſens. & ibi Bald. l. poſt mortem. §. fin. & ibi Bart. & Bald. ff. De adopt.* niſi hoc fiat per reſcriptum Imperatoris, illud expreſsè permittentis, *Bart. l.*
13 *Gallus. §. forſitan. ff. De liber. & poſth.* Septimò tàm adoptio quàm arrogatio per procuratorem fieri nequit, *d. l. poſt mortem. §. fin. & ibi Bart. & Bald. Bart. Alex. & Iaſ. d. §. forſitan facit gloſſ. l. nec mulierem. C. De manumiſſ. vindict.*
14 Octavò arrogatio non aliter rata eſt, niſi illa fiat conſen-

tiente

tiente arrogatore & arrogato, *l. 2. & l. in adoptionibus. ff. De adopt.* & adoptio non aliter valet, nisi illa fuerit facta consentiente & adoptante & adoptato, & illo, qui alteri filium vel nepotem suum in adoptionem dat, *l. in adoptionibus. l. post mortem. §. fin. ff. De adopt. l. fin. C. eod. tit.* nisi infans arrogatus vel adoptatus fuerit, quod leges permittunt, *l. etiam infans. ff. De adopt. l. 1. C. eod. tit. §. cùm autem hîc.* ejus enim consensus in adoptione vel arrogatione non requiritur, *Sylvest. Aldobr. d. §. cùm autem. n. 2. arg. §. pupillus. infra De inutil. stipul.* & si avus nepotem ex filio suo potestati suæ subjecto alteri in adoptionem dederit, filii consensus non requiritur, *ut hîc. §. minorem. vers. si quis.* Deinde quoque certum est, per adoptionem 15
sive arrogationem quem filium alterius effici, *l. 1. ff. De adopt.* item & potestati patris adoptivi subjici, *ut hîc in princ.* Quod tamen hodiè procedit tantùm in arrogatione, *l. cùm in adoptivis. §. fin. C. De adopt.* Item in adoptione, quâ quis ab avo vel proavo paterno vel materno adoptatur, *ut hîc. §. sed hodiè. §. sed ea. infra De heredit. quæ ab intest. defer. d. l. cùm in adoptivis in prin.* secus autem est in adoptione facta ab extranea persona, cujus appellatione, quoad propositum nostrum complectimur omnes alios, præter ascendentes adoptati, *Sylvest. Aldobr. hîc. §. sed hodiè. n. 8 arg. l. 1. §. extraneum C. De rei uxor. act.* per eam namque adoptatus adoptivi patris potestati hodiè non subjicitur, *d. §. sed hodiè. d. l. cùm in adoptivis. Card. Paris. Cons. 16. n. 21. lib. 2.* Ex quo sequi- 16
tur primò, tàm arrogatum, quàm adoptatum ab ascendentibus omnia, quæ acquirit, patri suo adoptivo acquirere, *§. 1. infr. per quas person. nob adquir.* adoptatum verò ab extranea persona patri adoptivo nihil adquirere, *d. l.*

cùm in adoptivis. Secundò ex hoc sequitur, arrogatum sive adoptatum patri adoptivo defuncto ab intestato succedere, quod etiam hodiè in adoptato ab extranea persona obtinet, *d. §. sed hodiè. d. §. sed ea. d. l. cùm in adoptivis. §. sed ne articulum. Ias. Rubr. n. 17. ff. De liber. & posth.* Quæ conclusio extenditur, ut filius adoptivus pro virili portione patri adoptivo ab intestato succedat, etiam unà cum filiis legitimis & naturalibus patris adoptivi, *Ioan. de Anan. Cons. 27. Fulgos. Cons. 65. Ang. & Sylvest. Aldobr. d. §. sed hodiè. Corn. Cons. 85. n. 22. lib. 3. arg. l. site. C. De*
17 *suis & legit. hered.* Secundò hæc conclusio extenditur, ut filius adoptivus parenti adoptivo succedat, parentibus naturalibus & legitimis patris adoptivi penitùs exclusis etiam à petitione legitimæ, *Corn. Cons. 34. lib. 1. Ang. §. sed ea. n. 10. infr. De heredit. quæ ab intest. defer. arg. §. 1. infr. d. t. d. l. cùm in adoptivis. §. sed siquidem. Idem tenet Raph. Fulgos. l. generaliter. §. cùm autem, & ibi Ias. n. 2. limitat. 8. C. De instit. & substit. arg. §. 1. Auth. De hered. quæ ab intest.*
18 *defer.* Hæc conclusio fallit primò in feudis: Namque filius adoptivus vel arrogatus in feudum non succedit, *c. 1. §. adoptivus, & ibi Andr. de Isern. Bald. Alvarott. Præpos. & Matth. de Afflict. si de feud. def. content.* nisi vel in investitura aliud cautum sit, *arg. c. 1. De duob. fratribus à cap. investit. c. 1. §. filia. De success. feud. c. 1. §. fin. per quos fiat invest. c. 1. §. 1. Quæ sunt prim. causs. c. 1. De feud. non hab. propr. natur.* vel nisi quis Imperatoris authoritate accedente fuerit expressè legitimatus eo pacto, ut etiam in feudum succedat: hisce enim casibus adoptivus filius in feudum succedit, *Bald. Alvarott. Præpos. & Matth. de Afflict. d §. adoptivus. Albertus Brun. Consil. 1. n. 58. Ioan. Campeg. inter Consil. Albertus Brun. Cons. 2. n. 41.*

Socin.

Socin. inter Consil. eiusdem. Albert. Brun. Cons. 10. n. 39. Quod tamen ita demum verum judico, quando & dominus feudi & agnati vasalli, ad quos successio feudi pertinet, huic pacto arrogationi, authoritate Imperatoris factæ consenserunt: sin autem dominus feudi & agnati huic pacto non consenserunt, credo arrogatum Imperatoris authoritate etiam cum hoc pacto, ut ipse in feudum succedat in præjudicium domini feudi, item & agnatorum arrogatoris in feudum non succedere, *Matth. de Afflict. d. §. adoptivus. arg. l. 2. C. De precib. Imper. offer. l. id quod nostrum & ibi Dec. ff. De reg. iur. c. 1. §. fin. Qui feud. dar. poss. c. 1. De nat. feud. c. 1. in princ. De alienat. feud. patern. Bald. l. qui se patris. C. und. lib. Alex. Cons. 60. lib. 2. Signorol. de Homod. Cons. 220. Albert. Brun. Cons. 15. n. 18. Quamvis huic decisioni refragetur id, quod tradit Cardin. Paris. Cons. 1. n. 122. lib. 2.* Secundò, hoc fallit in Emphyteusi Ecclesiastica: namque in eam filii adoptivi non succedunt, *Matth. de Afflict. d. §. adoptivus.* Tertiò cùm per adoptionem quis filius patris adoptivi efficiatur, adoptivus filius perinde ut filius naturalis vel hæres institui vel exheredari debet: alioquin verò ipsi competit & jus dicendi testamentum nullum, & querela inofficiosi testamenti, & bonorum possessio contra tabulas: *arg. §. adoptivis. infra De exheredit. liber. l. 1. in prin. ff. De bonorum. possession. contra tabul.* Quod tamen hodiè tantùm procedit in filiis arrogatis, item etiam in adoptatis ab ascendentibus: secus autem est in adoptatis ab extraneo, *d. §. sed hodiè. d. § sed ea. d. l. cùm in adoptivis.* Quarto ex hoc sequitur, filium adoptivum vel arrogatum 19 20

in jus vocare non posse patrem suum, nisi venia petita, *l. adoptivum in princ. ff. De in jus voc.* Quod etiam hodie in omnibus adoptivis, etiam ab extranea persona adoptatis, locum habet, *gloss. §. sed ea, verb. tantummodò, & ibi Ang. infra De hared. quæ ab intest. defer. Sylvest. Aldobr. hic.*

21 §. *sed hodiè.* Quinto ex hoc infertur, patrem adoptivum quemlibet filium adoptivum etiam hodiè, modicè corrigere posse, *Sylvest. Aldobr. d. §. sed hodiè. arg. l. 1. C. De*

22 *emendat. propinq.* Sextò ex hoc infertur, filium adoptivum patris adoptivi dignitatem consequi, *l. Senatoris. la 1. & la 2. ff. De Senator. l. cùm adoptivum. C. De decurion. lib. 10.* Quod etiam hodiè locum habet, licet pater adoptivus extranea persona sit, *gloss. d. l. Senatoris. la 1. verb. adoptivum. Sylvest. Aldobr. d. §. sed hodiè. arg. l. præcipimus.*

23 *C. De appellat. l. sancimus. C. De testament.* Septimò ex hoc infertur, quòd pater adoptivus filium adoptivum ejusq; liberos in patris adoptivi potestate constitutos, alere, aliaque onera illorum sustinere cogatur, *l. onera: & ibi gloss. ff. De adoption. l. si quis à liberis. ff. De liber. agnosc. gloss. d. §. sed ea.* Quod tamen hodiè tantùm procedit in filiis arrogatis, item etiam in adoptatis ab ascendentibus: in adoptatis autem ab extranea persona hoc non habet locum, *Ioan. Fabr. & Ang. d. §. sed ea.* Nisi filius adoptivus vel patri adoptivo operaretur, *arg. l. in rebus. §. possunt. ff. Commod. gloss. fin. l. sicut. ff. De oper. libert.* vel, nisi filius adoptivus, neque à patre adoptivo, neque aliundè honestè victum consequi posset, *arg. l. pen. & ibi Bart. ff. De liber. agnosc. l. qui filium. ff. De aliment. pupill. præst. gloss.*

24 *l. cùm in plures. §. pen. ff. De admin. tutor.* Octavò ex hoc sequitur, quòd omnia bona filii arrogati, patri arrogatori adquirantur, *l. si pater in princ. ff. De adopt.* In quo tamen hodiè

hodiè leges antiquæ nonnihil correctæ sunt: Namque bona arrogati, arrogatori non quoad proprietatem, sed quoad usumfructum tantùm acquiruntur, *infra De acquisit. quæ fit per arrogat. in princ.* Nono, non tantùm filius 25
arrogatus: sed etiam omnes liberi illius in ipsius potestate constituti, arrogatoris potestati, arrogatione factâ subjiciuntur, *§. illud, infra h. t. nost. d. l. si pater.* Decimo 26
ex hoc infertur, filium adoptivum, vivo patre adoptivo, debitores illius, ipso non consentiente, liberare non posse: & si filius debitores patris adoptivi liberaverit, etiam sub illa conditione, ut ipsi liberati sint, si contingat, ipsum filium adoptivum, patri adoptivo heredem existere, hanc liberationem ipso jure non valere, *Bart. l. cùm dominus. §. fin. ff. De pecul. legat. Bart. l. si filius familiàs. ff. De Solut. Alex. & Zas. l. stipulatio hoc modo. ff. De verb. obligat. Ias. l. iurisgentium. §. si ante aditam. ff. De pact. Ias. l. 2. §. quod si in patris. ff. Solut. matrim. Ias. l. filius. C. De pact. arg. l. 2. §. fin. ff. De his, quib. ut indig. l. quidam. §. fin. ff. De donat. l. qui servo. ff. Qui & à quib. l. fin. C. De pact. Quæ sententia verior est, quamvis in hoc contrarium, sed male teneat Paul. de Castr. d. l. filius. Spec. §. pen. De pact.* Undecimò, pater arrogator ex contractibus à filio initis actione de peculio conveniri potest, *l. in arrogatorem. ff. De pecul.* Quod tamen tantùm procedit in contractibus initis ab arrogato, constante arrogatione: secus autem est in contractibus initis ab arrogato ante arrogationem: Namque ex illis contractibus pater quidem nomine filii, non autem nomine proprio, neque actione de peculio conveniri potest, neque filium arrogatum necessariò defendere cogitur, *d l. in arrogatorem. §. fin. infr. De adquisit. quæ per arrogat. fit.* Duodecimò, pater adoptivus filio ar- 28

rogato absque liberis mortuo in omnibus bonis succedit, §. *pen. infrà De adquis. quæ per arrogat. fit.* Quod absque dubio procedit, quando filius arrogarus, vel nullos parentes naturales reliquit, vel reliquit quidem parentes naturales, sed illi parentes naturales, quos ipse moriens reliquit, sunt in gradu remotiori quàm est parens arrogator: secus autem est, si parentes naturales arrogati sint arrogato conjuncti vel in propiori gradu: tunc enim ipsi in solidum, excluso arrogatore succedunt vel in æquali gradu cum patre arrogatore, tunc enim ipsi æqualiter filio arrogato cum patre arrogatore succedunt, *Ang. §. pen. infr. De adquis. quæ fit per arrogat. arg. §. si autem plurimi. Auth. De heredit. quæ ab inceſt. defer.* Quod etiam procedere judico in ascendentibus, qui descen-
29 dentem ex ipsis adoptaverunt. Decimo tertiò filius arrogatus vel adoptatus omnibus agnatis patris adoptivi agnascitur, sive agnationis vinculo conjungitur, *l. cùm adoptio, l. qui in adoptionem. ff. De adopt. l. si qua. §. adoptivæ. ff. De rit. nupt. l. non facilè. §. in adoptionem dati. ff. De gradib.* iisque ab intestato succedit: & illi vicissim ad successionem ab intestato ipsius adoptati vel arrogati admittuntur, §. *per arrogationem. infr. De legit. agnat. succeſſ. l. 2. §. parvi refert. ff. De ſuis & legit. heredib.* & cum illis matrimonium contrahere prohibetur, *l. per adoptionem. ff. De rit. nupt. §. item amitam. & §. item nec materteram. ſupra de nupt.* Quod tamen hodiè tantùm procedit in filio arrogato, item in filio adoptato ab ascendentibus; secus autem est in filio adoptato ab extranea persona: ille enim neque agnascitur agnatis patris adoptivi, neque illis
30 ab intestato succedit, *gloſſ. d. §. per arrogationem.* Cognatis vero patris adoptivi vel arrogatoris, filius adoptivus vel

arroga-

arrogatus nullo vinculo conjungitur, ipsis nec ab intestato succedit: neque cum illis matrimonium contrahere prohibetur, *d. l. qui in adoptionem. d. §. adoptivus.* Decimoquarto adoptatus & arrogatus usque adeo filii jura 31
sortitur, ut statutum loquens de filio legitimo, etiam locum habeat in filio adoptato ab extranea persona, licet is in patris adoptivi potestate constitutus non sit, in illis videlicet casibus, in quibus leges ipsum æquiparant filio in potestate constituta, *Sylvest. Aldobr. hic. §. sed hodie. n. 4. arg. l. 2. C. De noxal. actionib. l. 1. §. lex Falcidia. ff. Ad leg. Falcid. gloss. l. si quis servo. C. De furt.* Porrò li- 32
cet per adoptionem sive arrogationem quis filius alterius efficiatur, atque filius adoptivus in plurimis assimuletur filio ex justis nuptiis nato, *§. in plurimis h. t. nost.* filius tamen adoptatus vel arrogatus non verè neque propriè, sed fictè & impropriè filii appellatione comprehenditur, *arg. §. minorem. & ibi Sylvest. Aldobr. n. 4. h. t. nost. l. adoptiones. ff. De adopt. l. filio quem. & ibi Ias. ff. De liber. & posth. l. 2. & l. mulierem. C. De adopt.* Ideoque appellatione filii in quacunque dispositione posita, non comprehenditur filius adoptivus vel arrogatus, *Bald. l. filium. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur. Matth. de Afflict. c. 1. §. adoptivus. si de feud. defunct. content. arg. l. fin. C. De his, qui ven. ætat. impetra.* sive illa dispositio sit lex, statutum vel consuetudo, *d. §. adoptivus. & ibi Præpos. Alex. l. in ius vocare. §. adoptivum. ff. De in ius vocand. facit text. l. 3. §. hæc verba. ff. De negot. gest. Bart. l. 1. ff. De font.* sive sit ultima voluntas, *l. si ita quis §. 1. ff. De legat. 2. l. fidei commissum. ff. De condit. & demonstr. facit text. l. cum pater. §. hereditatem. ff. De legat. 2.* sive contractus, *Ias. l. in ius vocare. §. prætor ait. n. 12. ff. De in ius vocand.*

vocand. arg. l. ex pacte. §. in insulam. ff. De verb. oblig. Ideoque filii adoptivi vel arrogati, patri adoptivo, neque à tutela vel cura, §. *sed adoptivi. infr. De excusat. tutor.* neque à reliquis muneribus excusationem præstant, *l. 2. §. adoptivi. ff. De vocat. & excusat. muner.* Secundò ex hoc sequitur, quòd is, cui hereditas, legatum vel fideicommissum relictum fuit sub illa conditione, si ipse liberos habuerit, hoc relictum non consequatur per hoc, quod ipse liberos adoptat vel arrogat, *l. si ita quis. §. 1. ff De legat. 2.* Tertiò ex hoc sequitur, quod gravatus alteri restituere fideicommissum, si ipse absque liberis decesserit, ab hoc gravamine non liberetur, si ipse decesserit liberis adoptivis vel arrogatis superstitibus, *l. fideicommissum. ff. De condit. & demonstrat.* Quartò ex hoc sequitur, dispositionem *l. si unquam. C. De revocand. donat.* non habere locum in filiis adoptivis, *Alex. Conf. 40. n. 15. lib. 4. Iaf. l. generaliter. §. cùm autem. n. 2. limitat. 8. C. De instit. & substit.* Quintò ex hoc sequitur, statutum disponens, ut existentibus filiis masculis, fœminæ non succedant, non habere locum in filiis masculis adoptivis, *Corn. Conf. 85. n. 2. lib. 3. Ioan. de Anan. Conf. 27. Iaf. l. in ius vocari. §. prætor. n. 13. ff. De in ius vocand. Iaf. d. §. cùm autem. 8. limitat. & ibi Dec. n. 16.* Sextò ex hoc sequitur, dispositionem *d. §. cùm autem. & l. cùm unus. ff. De condit. & demonstrat.* non habere locum in filiis adoptivis; *Petr. Cyn. Rom. Alber. Iaf. & Dec. d. §. cùm autem. Alex. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. Ad Senatusconsultum Trebell.*

33 Septimò ex hoc infertur, per adoptionem sive arrogationem, patriam sive originem propriam non mutari: ideoque filium adoptivum vel arrogatum in aliena civitate, nihilominùs in propria patria muneribus atque hono-

honoribus obligatum esse, *l. in adoptionem. la 1. C. De adoption. l. ordine. §. fin. & l. libertus. §. in adoptiva. ff. Ad municipal.* licet ipse etiam in ea civitate, in qua pater adoptivus domicilium habet, munera subire cogatur, *d. l. ordine. §. 1.* Porrò licet adoptio sit imago sive fictio quæ- 34
dam à jure civili ad similitudinem naturæ inventa, *l filio quem. & ibi gloss. verb imagine ff. De liber. & posth.* adoptio tamen naturam imitatur, *ut hic. §. minorem. & l. adoptio enim ff. De adopt.* Ideoque minor natu majorem natu adoptare non potest, *ut hic. §. minorem. l. si paterfamilias. §. fin. ff. De adopt.* sed requiritur, ut adoptio rata sit, ut is, qui alium adoptare vult, adoptatum præcedat plenâ pubertate, *d. §. minorem l. arrogato. ff. De adopt.* sive is, qui alium adoptare vult, masculus sit sive fœmina, *Syl. vest. Aldobr. d. §. minorem. arg. l. 1. ff. De legat. præst.* Similiter nec castratus, qui omni penitùs generandi facultate destituitur, alium adoptare potest, *ut hic. §. sed & illud. l. 2. ff. De adopt.* Eodem modo, cùm nec frater fratrem, nec filius patrem impediente rerum natura gignat, neque loco fratris, *l. nec apud. C. De heredib. instit.* neque loco patris, quem adoptari posse receptum est, *Ang. Paul. de Castr. & Corn. l. si pater. C. De hered. instit.* Ex quo sequi- 35
tur per fraternitatem juratam, quâ duo vel plures invicem jurant, quòd unus alterum pro fratre & tractare & habere velit, jura fratris quis non consequatur, neque frater juratus fratri jurato ab intestato succedat, *Fulgos. l. neq; apud. C. De hered. instit. Immol. l. ille autem. ff. eod. tit. Alex. l. si pater. C. De heredib. instit. Alex. l. licet autem. C. De pact. Ias. & Dec. l. 1. C. Qui testam. fac. poss.* nisi statuto vel consuetudine contrarium cautum fuerit, *Ias. d l. 1. C. Qui testam. fac. poss.* Unum tamen notabilem effectum

.fraternitas jurata inducit, quod videlicet, si frater juratus testamentum condat, atque in illo heredes instituat turpes personas, alius frater juratus contra heredes illius agere possit, vel ad pœnam, si ipsi sub pœna certare, ut fratres tractaturos juraverint, vel ad interesse, si pœna adjecta non sit, *Immol. d. l. ille autem. Iaf. l. 1. n. 1. C. Qui testam. fac. poss. Alex. l. si pater. C. De hered. instit.* Et hæc omninò notanda sunt, quia sæpè inter milites fieri videmus, ut alter alterum loco fratris se tractaturum & habiturum promittat: Atque nostra ætate vidimus, fraternitatem juratam initam inter illustrissimos Principes, IOANNEM FRIDERICHUM Electorem
36 Saxoniæ, & PHILIPPUM Landgravium Hassiæ. Non tamen adoptio imitatur naturam in individuo, sed imitatur naturam in genere, *Sylvest. Aldobrand. d. §. minorem. & d. §. licet autem. Bart. l. si is, qui pro emptore. n. 27. & ibi Iaf. n. 187 ff. De usucap. Bart. l. eandem. ff. De duob. reis. Bart. l. sub conditione. n. ●. ff. De solut. Alex. & Iaf. l. Gallus. §. si eius. ff. De liber. & posth.* Ideoque illos, quos quidem in individuo filios habere non possumus, sed saltem in genere, non impediente rerum natura, filios habere potuimus, adoptare licet. Ex quo sequitur, licet is, qui uxorem non habet in individuo filium habere nequeat, si tamen is sit ejus qualitatis, ætatis & conditionis, ut quilibet alius ejusdem qualitatis, ætatis & conditionis filium habere possit, permittitur ipsi filium adoptare, *l. & qui uxores ff. De adopt.* Et licet is, qui filium non habet, nepotem habere nequeat: cùm tamen is, qui filium non habet saltem in genere, nepotem habere posset ex filio jam defuncto, placuit & eum, qui filium non habet, nepotem adoptare posse, *§. licet autem. & ibi*

Aldobr.

Aldobr. hic. l. adoptare. ff. De adopt. Eâdem ratione receptum eſt, & ſpadonem adoptare poſſe, *ut hic. §. ſed & illud. l. 2. & l. arrogato. ff. De action.* Cæterùm, cùm quem 37
non impediente rerum naturâ ſaltem in genere quis filium habere potuit, adoptare permiſſum eſt, *arg. l. mutus. ff. De procurat. l. 1. ff. De teſtib. c. cùm apud extra de ſponſal.* uſque adeò, ut etiam fœmina tàm adoptari quàm arrogari poſſit, *l. nam & fœminæ. ff. De adopt.* & cœcus tàm adoptare, quàm adoptari poſſit, *l. etiam cœcus. ff. De adopt.* & infantem etiam, licet is neque conſentiat, neque conſentire poſſit, *§. pupillus. infr. De inutil ſtipulat. Sylveſt. Aldobr. §. cùm autem. n. 2. & §. licet autem. n. 10. h. t. noſt. Paul. de Caſtr. Conſ. 229. Incip. Viſo teſtamento. Dec. Conſ. 367.* adoptare vel arrogare liceat, *l. etiam infantem. ff. De adopt.* Deinde hoc procedit, ut non tantùm aliquem loco filii, ſed etiam loco nepotis, *l. adoptiones. ff. de adopt.* & tàm nepotem alienum nomine filii, quàm filium alienum loco nepotis adoptare liceat, *ut hic. §. etiam filium alienum.* Quinimò ei, qui duos filios habet, nepotem ex uno filio natum emancipare, & quaſi ex alio filio natum loco nepotis adoptare permittitur, *l. ſi paterfamiliàs. §. qui duos. ff. De adopt.* Requiritur tamen ad hoc, ut is, qui extraneum nepotis loco adoptare vult, cùm præcedat 36. annis, *Sylveſt. Aldobr. hic, §. licet autem. n. 10. arg. §. minorem h. t. noſt iunct. l. illud in princ. ff. Ad leg. Aquil.* Hæc tamen concluſio fallit primò in filio adoptivo emancipato, namque eum iterum adoptare non licet, *d. l. adoptare. ff. De adopt.* Quamvis filium vel nepotem naturalem emancipatum adoptare, prohibitum non ſit, *d. §. qui duos. l. ſi pater. ff De adopt.* Secundò hoc fallit in liberto alieno; hic enim adoptari non poteſt, *d. l ſi paterfamiliàs. §. fin.* niſi ex ſpeciali beneficio

Imperatoris, *l. fin. ff. De adopt. l. sciendum. ff. De rit. nupt.* Quamvis libertus proprius à patrono adoptari possit, *l. fin. ff. De stat. homin. gloss. d. l. si paterfamilias. §. fin.* Tertio hoc fallit in tutore & curatore, qui eum, cujus tutelam vel curam administravit, neque constante tutelâ vel curâ, neque eâ finitâ ante rationes redditas, arrogare potest, *l. nec ei in princ. ff. De adopt.* nisi ex speciali permissione Imperatoris, *l. nonnunquam. ff. De adopt.* Quartò licet impubes arrogari possit, si tamen ipse pubes factus, fidem faciat sibi non expedire in patris arrogatoris potestate esse, ipse impetrare potest, ut à patre arrogatore emancipetur, *l. etsi pubes. ff De adopt.* Quintò, fœminæ adoptare vel arrogare non permittitur, *§. fœmina hic.* nisi ex speciali indulgentia Imperatoris, vel ad solatium liberorum amissorum, *d §. fœminæ. l. mulierem. C. De adoption.* vel ob aliam similem justam caussam, *Ioan. Fabr. & Sylvest. Aldobr. d. §. fœminæ. Matth de Afflict. c. 1. §. adoptivus, si de feud. def. content. arg. l. illud in princ. ff. Ad l. Aquil. l. damni. ff. De damno infect.* Quinimò fœmina in illis casibus, in quibus ipsi arrogare vel adoptare permissum est, liberos adoptivos in potestate sua non habet, *gloss. d. §. fœminæ, verb. amissorum.* Ideoque illis pupillariter substituere non potest, *Sylvest. Aldobrand. d. §. fœminæ. n. 14.*

38 Adoptio duplex est, Arrogatio & Adoptio. Arrogatio est actus legitimus, per quem is, qui sui juris est, Imperatoris authoritate accedente filius alterius efficitur, ejusque potestati subjicitur. 39 Adoptio est actus legitimus, per quem liber homo, in patris potestate constitutus, accedente Imperio magistrâtus, ad similitudinem naturæ, filius alterius efficitur, ejusque vel potestati

testati subjicitur, si naturale vinculum concurrat, vel successionis tantùm capax fit, si naturale vinculum cesset. Et inter hanc arrogationem & adoptionem sunt multæ differentiæ, prout ex illis, quæ circa explicationem definitionis diximus, satis liquet. Ultra ibi dicta adoptio & arrogatio in hoc differunt, quòd pater adoptivus potest filium adoptivum ad libitum suum etiam absque causa aliqua impunè emancipare, nec tenetur ei quartam bonorum suorum assignare, *glos. d. l. cùm in adoptivis verb. reverti. Nicol. de Neapol. & Sylvest. Aldobr. d. §. cùm autem. Ias. l. si arrogator. n. 9. ff. De adopt.* Arrogator verò si filium arrogatum sua justa & legitima causa emancipaverit vel exheredaverit, cogitur filio arrogato omnia bona, quæ ipse ad patrem adoptivum ab initio transtulit, & quorum commodum patri adoptivo postea adquisivit reddere, & insuper ei quartam partem non eorum bonorum, quæ si exheredatio vel emancipatio facta non fuisset, ad illum ex bonis arrogatoris perventura fuissent, *prout Dd. communiter tradunt. glos. hic. §. cùm autem, vers. item non aliter, verb. quartam. glos. Bart. & Ias. l. si arrogator. ff. De adopt.* sed omnium bonorum suorum relinquere cogitur, *ut hic vers. item non aliter. & ibi Sylvest. Aldobr.* Et, si quidem arrogator filium arrogatum, absq; justa causa emancipet, ipse cogitur bona, quę arrogatus ad patrem arrogatorem transtulit, item quorum commodum arrogatori postea adquisivit, arrogato emancipato in continenti restituere, *Ioan. Fabr. Nicol. de Neapol. hic. §. cùm autem, vers. item non aliter. arg. illius text. iunct. l. 4. §. 1. ff. De condit. & demonst. l. in substitutione. ff. De vulg. & pupill. l. huiusmodi. ff. De verb. obligat. c. pastoralis. & ibi Dec. not. 3. extra De except. Idem* 40

tenet Iaſ. l. ſi arrogator. ff. De adopt. Quartam verò, quæ arrogato emancipato abſque legitima cauſſa ex bonis arrogatoris debetur, arrogatus emancipatus tandem mortuo arrogatore conſequitur, *Iaſ. d. l. ſi arrogator. Nicol. de Neapol. & Sylveſt. Aldobr. d. §. cùm autem verſ. item non aliter. arg. illius text. in verb. relinquere. iunct. l. fin. §. 1. ff. De tab. exhib.* Ideoque hæc quarta æſtimatur non ſecundum illa bona quæ arrogator eo tempore, quo arrogatum emancipavit, habuit, ſed ſecundum illa bona, quæ arrogator tempore mortis ſuæ habuit, *Ang. d. §. cùm autem. arg. l. fin. ff. Si qu d in fraud. patr.* Et ſi filius emancipatus ante arrogatorem deceſſerit, ipſe hujus quartæ petitionem ad heredes ſuos non transmittit, *l. 1. §. ſi impuberi. ff. De collat.* licet ipſe ſi decedat poſt mortem patris arrogatoris, hujus quartæ petitionem indiſtinctè ad heredes ſuos quoſcunque transmittat, etiamſi ipſe moriatur antequam hanc quartam agnoſcat, *d. l. ſi arrogator. & ibi Iaſ.* Præterea in quarta debita filio arrogato ex bonis patris arrogatoris, arrogator filio arrogato pupillariter ſubſtituere poteſt: in illis verò bonis, quæ filius arrogatus vel arrogatione facta ad arrogatorem tranſtulit, vel quorum commodum poſtea arrogatori acquiſivit, arrogator filio arrogato, nullo modo, nec etiam pupillariter ſubſtituere poteſt. Quinimo nec in quarta, quæ filio arrogato ex bonis arrogatoris debetur, arrogator arrogato ultra pubertatem ſuſtinere poteſt, *d. l. ſi arrogator.* Deinde licet legitima debita filiis legitimis & naturalibus, novellis conſtitutionibus aucta ſit, quarta tamen debita ex bonis arrogatoris filio arrogato aucta non eſt, *ſecundum communem atq; receptam Dd ſententiam. gloſſ. §. 1. verſ. hoc obſervando. Auth. De trient. & ſemiſſ.*

Iacob.

Iacob. But. Bart. & Bald. d. l. si arrogator. & ibi Ias. n. 53. Porro licet arrogator filio arrogato emancipato vel exheredato omnia bona, quæ ipse à filio arrogato acquisivit, restituere cogatur, fructus tamen horum bonorum, quos pater ex hisce bonis adquisivit, constante arrogatione, arrogator filio arrogato reddere non cogitur, sed illos lucratur, *gloss. d. §. cùm autem, vers. item non aliter. ver. commodum. & ibi Sylvest. Aldobr. n. 18. arg. l. cùm oporteat. §. 1. C. De bon. quæ liber. l. pro oneribus. C. De iur. dot. l. si filia, §. 1. ff. Famil. herciscund.*

In Titulum XII.

QVIB. MOD. JUS PATRIÆ POTESTAT. SOLVITUR.

Summaria.

1. *Continuatio.*
2. *Patria potestate qui liberari & quomodo dicantur?*
3. *Patria potestas qualiter morte naturali patris solvatur?*
4. *Qualiter deportatione.*

Vbi de bannitis nostri temporis.

5. *Et quid si pater bannitus vel deportatus restituatur ab Imperatore? & n. 7.*
6. *Illa autem restitutio quando facta intelligatur?*
8. *Imperator suspendens sententiam banni ad suum beneplacitum, hæc suspensio quando evanescat?*
9. *An suspensio banni ab Imperatore fieri possit, non consentiente eo, ad cujus utilitatem hæc sententia probata fuit? & n. seq.*

10. *Intell.*

10. Intell. Conſtit. Regis Maximil. de pac. facta VVormat. Anno 1495. & in Ordinat. Cam. Imper. facta Auguſtæ Anno 1548. & n. 12. & 14. & 15.

11. An, quatenus & quando Imperator poſſit bannitum parte adverſa non conſentiente à banno abſolvere? & n. ſeq. 12. & 13.

16. Tàm in ſuſpenſione banni, quàm abſolutione à banno cauſſa & omnis facti qualitas exprimenda.

17. Bannitum quis reſtituere & à banno abſolvere poſſit?

18. De jure Saxonico quid juris de bannitis?

19. Relegati quid, & cur jus patriæ poteſtatis non amittant?

20. Inter deportatum & relegatum plures differentiæ.

21. Damnatus in opus publicum quando jus patriæ poteſtatis amittat?

22. Et an excommunicatus?

23. Quid in redacto ad ſervitutem, & quidem damnato in metallum?

24. Ad perpetuos carceres.

25. Ad ultimum ſupplicium, ſimpliciter vel alternativè.

26. Quid ſi in eo, cui ſupplicij cauſſa membrum aliquod amputatum eſt?

27. Item in eo, qui ſe ad precium participandum vendi paſſus fuit; at & liberto in ſervitutem ob ingratitudinem redacto.

28. Quid in patre ab hoſtibus capto?

29. Quæ jura pater ab hoſtibus captus, reverſus recuperet vel non. Vbi doctè de fictione poſtliminij, & latè.

30. Patria poteſtas qualiter dignitate ſolvatur?

31. Et emancipatione.

Emancipationis etymon. Ibid.

32. Emancipationis definitio, & ejus explicatio uſq; ad fin.

33. In emancipatione quæ requirantur ſolennitates, & n. ſequentib. uſq; ad n. 44.

34. Quod ſi competentis judicis requiratur auctoritas.

35. Num verò Notarij? & quando is authoritatem præſtare poſſit?

36. Ad præſtandam emancipationi authoritatem quis judex dicatur competens? & n. ſeq.

37. Emancipatio cujus jurisdictionis?

38. In emancipatione præſentia requiritur utriusq; partis. Fallit ibid.

39. Et, ut pater filium per ſe emancipet non per procuratorem.

40. Eman-

40. Emancipationi consentiat.

41. Quando tamen & quibus casibus pater invitus filium emancipare cogatur? & n. 43.

42. Verum, si filius, qui sub conditione, si emancipetur, heres institutus fuit, eo casu, quo pater legatum, quod ipsi sub conditione emancipandi relictum est, agnovit, mortuus fuerit, antequam emancipetur, ipse hereditatem patris non aditam transmittat. remissivè.

44. Invitus an & quando quis emancipari possit?

45. Adoptio quocunq; loco fieri potest, idoneo & honesto.

46. Verum in terris Saxonicis filiusfamilias eo ipso, quòd seorsim habitat, patria potestate solutus sit?

47. Verum pater, qui filium suum emancipavit, non intervenientibus solennitate legitimâ, emancipationem impugnare possit? remissivè.

48. Filius quando legitimè emancipatus præsumatur.

49. Emancipationis effectus, & n. seqq.

50. Quid juris emancipator in bonis filij emancipati consequatur?

51. Emancipati an patri sui heredes esse desinant?

PERSONAS quasdam esse sui juris, quasdam verò alterius potestati subjectas, & illas, quæ alienæ potestati subjectæ sunt, esse partim sub potestate Dominorum, partim vero sub potestate parentum, hactenus docuimus, & simul indicavimus, qui sub potestate dominorum sint, & qualiter hæc potestas dominica solvatur: Deinde etiam diximus, qui patriæ potestati subjecti sint, & quod potestas patria causetur partim aut ex justis nuptiis, aut ex adoptione: Reliquum nunc est, ut explicemus, quibus modis jus patriæ potestatis solvatur. Circa quod annotandum, cùm omnis solutio sive liberatio vinculum, sive obligationem præsupponat, *l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. l. nam etsi. ff. de iniust. rupt. l. decem. & ibi Iaf. ff. De verb. oblig. c. ad dissolvendum. extra De despons. impub.* eum, qui patriæ potestati subjectus non est, neque emancipa- 1 2

cipatione, neque ullo alio modo à patria potestate liberari posse, *l. quidam cùm filium in princ. & ibi Ias. n. 17. ff. De verb. oblig.* Quod usque adeò verum est, ut emancipatio illius, quem quis sub potestate sua non habet, non confirmetur, licet ipse emancipatus postea per adoptionem sub potestate illius, qui hanc emancipationem fecit, esse ceperit, *arg. l. non putavit. §. si quis emancipatum. ff. De bonor. possess. contr. tabul. gloss. l. filio. ff De liber. & posth. Bart. d. l. quidam cùm filium. & ibi Ias. n. 17.* Ideoque statutum vel quælibet alia dispositio loquens de illis, qui à patria potestate liberati sunt, non extenditur ad illos, qui à patre, cujus potestati subjecti non fuerunt, de facto vel emancipantur vel dimittuntur, *arg. l. 3. §. hæc verba. & ibi Bart. ff. De negot. gest. l. 1. §. si is, qui navem. ff. De exercit. act. l. 4. §. toties. & ibi Bart. & Alex. ff. De dam. infect. l. ita autem. ff. De admin. tutor. l. non aliter ff. De legat. 3. l. Quicquid astringendæ. & ibi Ias. & Dd. ff. De verb. oblig.* Illi verò, qui patriæ potestati subjecti sunt, si quolibet modo à patriæ potestatis vinculis eximantur, patria potestate liberari propriè dicuntur, *ut hic in princ.* Ideoque dispositio quælibet, loquens de liberatis à patria potestate, in hisce locum sibi vendicat, *arg. d. §. si is qui navem. l. Labeo. ff. De suppell. legat. Bald. c. 1. & c. super literis. extra De testib. Bald. l. voluntas. C. De fideicom. Bald. c. 1. extra De Constit. Ias. l. 3. C. De liber. præterit.* Quamvis tamen statutum requirens certam solennitatem in solutionibus sive liberationibus non extendatur ad solutionem patriæ potestatis sive liberationem à patria potestate, *arg. l. in copulandis. & ibi Bald. C. De*
3 *nupt. Ias. l. si unus. §. pactus ne peteret. n. 32. ff. De pact. Sylvest. Aldobr. hic. n. 8.* Porrò patria potestas sicut & omnia alia vincula, [illegible]*dcinceps. Auth. De nupt.* morte natu-

naturali patris solvitur, *ut hic in princ.* Quod absque dubio procedit in filiis primi gradus, *ut hic in princ.* secus autem est in filiis ulterioris gradus, nepotibus nempe vel pronepotibus: illi enim mortuo avo, non efficiuntur sui juris, sed in potestatem patris sui incidunt, *ut hic in princ.* nisi pater ipsorum, vivo avo, vel mortuus vel emancipatus, vel quolibet alio modo patriâ potestate solutus fuerit: eo enim casu etiam nepotes mortuo avo juris sui efficiuntur, *ut hic in princ.* Quod usque adeò verum est, ut licet filius à patre emancipatus, ab eodem patre rursus arrogetur, nepotes tamen ex eo, ante emancipationem nati, & in avi potestate retenti, non in patris potestatem recidant, sed sui juris efficiantur, *l. si pater filium. ff. De adopt.* Hoc tamen fallit in filio, qui propter dignitatem à patria potestate liberatur: namque ejus liberi mortuo avo non efficiuntur sui juris, sed in patris potestatem recidunt, *§. illud. Auth. Constit. Quæ de dignit. gloss. hic in princ. verb. sui iuris. gloss. d. l. si pater filium.* Præterea licet morte patris naturalis patria potestas solvatur, effectus tamen agnationis per patriam potestatem inductus, morte naturali patris non tollitur, *arg. § per adoptionem. infr. De legitim. agnat. succeff. l 2. §. parvi. ff. De suis & legit. heredibus.* Secundò, patria potestas solvitur deportatione, 4
ut hic. §. cùm autem. Quod procedit, sive pater sive filius deportatus fuerit, *d §. cùm autem.* Ex quo sequitur, cùm banniti nostri temporis æquiparentur deportatis, *gloss. d. §. cùm autem verb. retineant. Specul. §. compendiosè ver. Quid de bannitis. De instrum. edit. Alex. Consil. 118. lib. 2. Cardin. Pariss. Consil. 157. lib. 4.* Et per bannum patriam potestatem solvi, atque bannitum &

à patria potestate liberari, & liberos suos desinere in potestate sua habere, *arg. gloss. l. si quis servo. C. De furt. gloss. l. quod verò. ff. De legib.* Hoc tamen primò procedit tantùm in bannitis Imperii: namque illi, ut omnia jura civilia, ita & patriam potestatem absque dubio, *refragante tamen in hoc Sylvestro Aldobr. hic. n. 65.* perdunt, *Bart. l. amissione. §. qui deficiunt. arg. illius text. ff. De capit. diminut. Bart. in quæst. 1. Incip. Lucanæ civitatis. Ioan. de Immol. l. ex facto. ff. Ad Senatusconsultum Trebell. Alex. l. si cùm dotem. §. si patri. ff. Solut. matr. Iaf. l. 1. n. 5. C. De liber. præter. Alex. Conf. 75. lib. 1. Corn. Conf. 59 lib. 1.* secus autem est in bannitis aliorum, qui superiorem recognoscunt, civitatum nempe, vel inferiorum Principum, Ducum, Marchionum, &c. Illi enim, licet amittant omnia beneficia juris municipalis illius civitatis, à qua banno subjecti sunt; tamen neque potestatem patriam, neque alia juris communis beneficia perdunt, *Iacob. de Aren. Feder. de Sen. Bart. & Alex. d. §. ex facto. Bart. d. §. qui deficiunt. Bart. d. quæst. 1. Alex. & Iaf. l. 1. C. De hered. instit. Corn. Conf. 55. lib 2. Ioan. Fabr. Ang. & Sylvest. Aldobr. d. §. cùm autem. Socin. iun. Conf. 174. n 20. lib. 2. arg. c. ut animarum. extra De constit. lib. 6. l. 1. C. De tabul. lib. 10. l. milites. C. De quæst. l. certa forma. & ibi Bart. C. De iur. fisc. lib. 10. l. quidam sunt. ff. De pœn.* nisi contrarium vel statuto cautum vel in sententia banni expressum fuerit: tunc enim bannitum etiam ab inferiore, patriam potestatem perdere traditur, *Bart. d. quæst. 1. Corn. d. Conf. 55. lib. 2. Sylvest. Aldobr. d. §. cùm autem. n. 59. Bald. l. 1. C. Si pend. appell. mors interven. Salic. l. 1. C. De hered. instit. arg. §. sed naturalia. supr. De iur. natur. gent. & civil. l. de quib. ff. De ll. gloss. l. 1. ff. De constit. Princip.* Secundò, per deporta-

portationem ita demum patria potestas solvitur, si deportatio fuerit facta ab iis, qui facultatem atque potestatem deportandi habent, quales sunt Imperator, ejus vicem gerens Præfectus prætorio & Præfectus urbi, *gloss. d. §. cùm autem, verb. deportantur. & ibi Ang. & Sylvest. Aldobr. arg. l. 1. §. ÿ, quibus. ff. De legat. 3. l. 2. § 1. ff. De pœn. l. inter pœnas. §. 1. ff. De interd. & relegat.* secus verò est, si quis fuerit deportatus vel minus ritè & legitimè, vel ab eo, qui deportandi potestatem non habet, *arg. l. quoties. & ibi Iaſ. ff. Qui ſatisd. cog. l. non putavit. §. non quævis. & ibi Bart. ff. De bon. poſſeſſ. contra tabul. l. 4. §. condemnatum. ff. De re iudic.* Similiter nec bannitus jura patriæ potestatis amittit, si bannum irrogatum fuerit vel minus ritè sive legitimè, vel ab eo, qui hanc potestatem non habuit, *Corn. Conſ. 39. n. 2. lib. 1. arg. d. §. non quævis. & d. §. condemnatum.* Tertiò licet per deportationem & bannum quis jura patriæ potestatis amittat, bannitus tamen & deportatus, ab Imperatore restitutus jura patriæ potestatis recuperat, *d. §. cùm autem. l. fin. C. De ſentent. paſſ.* Quod absque dubio procedit, si bannitus vel deportatus non per viam gratiæ, sed per viam justitiæ restitutus fuerit: tunc enim sicut ipse omnia bona sua, omneque jus suum, ita & patriæ potestatis jura recuperat, *arg. l. quòd ſi minor. §. Scævola. & l. patri pro filio. §. Item ex diverſo. ff. De minor. Raph. Cuman. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ibi Iaſ. n. 73. ff. De liber. & poſth.* Et licet bannitus & deportatus per viam gratiæ restitutus, indistinctè recuperet, neque fructus ex bonis suis propter deportationem amissis, post sententiam deportationis, ante restitutionem factam perceptis, *Auth. Idem de Neſtorianis. C. De hæretic. Bald. c. domino quorum, Hic fin.*

Lex. Immol. Raph. Cuman. Alex. & Aret. d. §. & quid si tantùm: neque etiam bona à fisco vel ab alio, cui hæc bona propter deportationem applicata fuerunt, in tertium quolibet alienationis titulo translata, *Bart. Bald. Alex. Iaſ. & Dd. d. §. & quid ſi tantùm. Bart. Bald. & Dd. l. fin. C. De ſentent. paſſ. Ang. §. ſi quis de parentibus. Abb. c. 1. arg. illius text. extra De paroch. facit text. l. 2. §. marito. & §. ſi quis à Principe ff. Ne quid in loc. public. l. 2. & ibi Bart. ff. De decurion. c. quamvis. De reſcript. lib. 6.* niſi hæc reſtitutio banniti vel deportati fuerit facta propter publicam pacem, *Bald. c. 1. ver. privilegia omnia. arg. illius text. De pac. conſtit. Ludovic. Roman. l ſed ſi hac. §. liberos. ff. De in ius vocand. Abb. c. 1. arg. illius text. extra De Paroch. Aret. d. §. & quid ſi tantùm. & ibi Iaſ. n. 79.* bannitus tamen & deportatus etiam per viam gratiæ reſtitutus, ſicut recuperat bona ſua omnia, quæ ipſe propter ſententiam deportationis vel banni amiſerat, ſive illa bona fiſco, ſive alteri immediatè propter deportationem vel bannum applicata fuerunt, *Cyn. Ang. Alex. & Aret. d. §. Et quid ſi tantùm. & ibi Iaſ. n. 74. arg. l. ſive patronus in princ. ff. De iur. patron. l. 1. §. filius. & ibi Bart. ff. Ad Senatusconſultum Tertyll. l. fin. in princ. C. De ſentent. paſſ.* Dummodò tamen hæc bona, ab illo, in quem per ſententiam deportationis vel banni immediatè translata fuerunt, non fuerint alienata, ſed in bonis ſuis retenta, prout ſupra diximus: ita quoque ipſe recuperat honores, dignitatem, ordinem, *l. 1. C. De ſentent. paſſ. Aym. Cravett. Conſ. 168. n. 1.* & jus patriæ poteſtatis, *d. §. tùm autem. l. fin. C. De ſentent. paſſ.* Quod uſque adeò verum eſt, ut patre bannito vel deportato reſtituto teſtamentum filii, quod ipſe condidit de rebus vel paternis,

ad ipſum

ad ipsum per sententiam deportationis vel banni delatis, vel de rebus peculii profectitii aut adventitii, ante deportationem vel bannum patris, adquisitis, irritum fiat, licet hic filius ante restitutionem patris mortuus fuerit, *Bart. l. fin. C. De sentent. pass.* Actus tamen inter vivos gesti vel celebrati à filio illius, qui deportatus vel bannitus fuit, indistinctè rati sunt, nec retractantur, licet pater illius deportatus vel bannitus restitutus fuerit, *l. fin. §. 1. C. De sentent. pass.* Et hæc absque dubio procedunt, quando Imperator bannitum vel deportatum restituit; Quod eo ipso fieri intelligitur, quod Imperator dicit vel simpliciter se restituere bannitum vel deportatum, *arg. l. 1. C. De sentent. pass.* vel se bannito vel deportato pœnam indulgere, eumque restituere, *l. fin. & ibi Bart. C. De sentent. pass.* secus autem est, si Imperator bannito tantùm pœnam indulgeat vel remittat: Tunc enim nisi specialiter contrarium dictum fuerit, *arg. l. sequater. C. De sentent. pass.* bannitus vel deportatus restitutus, neque bona, neque honorem, neque patriam potestatem recuperat, *l. in insulam. C. De sentent. pass.* Si tamen verba Imperatoris dubia sint, atque tàm indulgentiæ quàm restitutioni convenire possint, hæc verba ita accipienda sunt, ut bannitus vel deportatus restitutus intelligatur, *Bart. & Hippol. de Marsil. l. 1. §. si quis ultrò. arg. illius text. ff. De quæstion. Sylvest. Aldobr. hic. n. 47.* 6

Secundò bannitus vel deportatus restitutus, ita demum recuperat bona, dignitatem & patriam potestatem si ipse simpliciter restitutus fuerit: secus autem est, si hæc restitutio sit limitata: tunc enim bannitus vel deportatus, restitutus, nihil plus per restitutionem consequitur, quàm in restitutione expressè continetur, *l. si debitor. C. De* 7

sionis banni, hasce Constitutiones ad suspensionem banni ab Imperatore factam non extendendas, de jure respondit, doctissimus atque excellentissimus nostræ ætatis Jureconsultus, Dominus atque Præceptor meus *Marian. Socin. iun. Cons. 68. n. 32. lib. 3.* Tum, quia aliud est absolvere, aliud verò suspendere, *arg. l. sciendum. ff. De usur. c. ancillam. 32. q. 2. gloss. c. non est. extra De vot.* &, lex vel constitutio loquens de uno casu ad casum diversum vel separatum extendi non debet, *arg. l. Papinianus exuli. ff. De minorib. l. Iulianus. ff. De condict. indeb.* Tum, quia verba harum constitutionum non habent locum in suspensione banni; & certum est, quòd cessantibus verbis constitutionis alicujus, & ipsa quoque constitutio cesset, *l. ita autem. & ibi Bart. ff. De admin. tutor. l. 4. §. toties. & ibi Bart. & Alex. ff. De damn. infer. l. 1. §. si is, qui navem. ff. De exercit. act.* Tum etiam, quia hæ Constitutiones imperiales sunt juris communis correctoriæ; & constitutio juris communis correctoria, nunquam extra illum casum, de quo expressè loquitur, extendenda est, *l. sancimus. C. De testam. l. præcipimus. C. De appell.* Deinde etiam certum est, aliam rationem militare in suspensione, quàm in absolutione, igitur & propter rationis diversitatem Constitutiones imperiales de absolutione banni loquentes ad suspensionem extendi non debent. Simi- 11
liter & à deportatione, sive à banno Imperiali Imperator deportatum & bannitum absolvere, atque contra sententiam banni vel deportationis tàm deportatum quàm bannitum penitùs restituere potest, etiam parte adversa invita, quatenus sententia deportationis vel banni respicit pœnam corporalem, item etiam quatenus hæc sententia respicit pœnam pecuniariam fisco ap-

plicandam, *arg. l. reſcripta. & ibi Bald. & Iaſ. C. De precib. Imper. offerend.* quatenus verò ſententia deportationis vel banni reſpicit pœnam pecuniariam parti adverſæ applicandam Imperatori non permittitur bannitum vel deportatum à ſententia banni vel deportationis abſolvere, vel ipſum reſtituere, parte adverſa non conſentiente, *Cyn. & Bald. l. Gallus. §. Et quid ſi tantùm. Quæſt. 3. ff De liber. & poſth. Alex. Conſ. 190. Conſ. 210. lib. 2. Iaſ. l. 2. n. 12. arg. gloſſ. ibid. C. De in ius vocand. facit id quod tradit Bald. & Iaſ. d. l. reſcripta. Petr. de Anchor. Conſ. 161. Hoſt. c. quanto. extra De iureiur. Innoc. c. in noſtra. extra De iniur. Abb. c. ut ſi Clerici. §. de adulteriis. extra De iudic. Ioan.* 12 *Andr. c. dudum. Cl. 2. extra De Elect.* Quinimò ſecundum quod Conſtitutionibus Imperialibus novellis cautum eſt, Imperatori non permittitur parte adverſa non conſentiente bannitum reſtituere, vel à ſententia banni abſolvere, etiam quoad pœnam corporalem vel pecuniariam fiſco applicandam, *ut patet ex Conſtit. Regia de pac. facta VVormatiæ, Anno 1495. & ex Conſtitut. Imperiali de pace facta VVormatiæ, Anno 1521. item in Ordinatione ſuper iudicio Camerali facta Auguſtæ, Anno 1548. lib. 2. cap. 18.* Namque licet præfatæ Conſtitutiones imperiales generaliter & indiſtinctè dicant, Imperatori non permitti bannitum parte adverſa non conſentiente à banno abſolvere, nec ullam mentionem faciant, de pœna corporali vel pecuniaria fiſco applicanda: Cùm tamen prædictæ Conſtitutiones omninò inanes eſſent, nec quidquam ultra juris communis diſpoſitionem operarentur, niſi hæ Conſtitutiones ita interpretarentur, ut Imperatori etiam, quoad pœnam corporalem & pœnam pecuniariam fiſco applicandam, non permittatur parte adverſa

adversa non consentiente à sententia banni absolvere, hæ Constitutiones necessariò ita interpretandæ sunt, ut hodiè Imperatori non permittatur, bannitum à sententia banni, parte adversa non consentiente absolvere, etiam quoad pœnam vel corporalem vel pecuniariam fisco applicandam, *arg. l. si quando in princ. ff. De legat. 1. l. fundus qui locatus. ff. De fund. instr. c. si Papa de privileg. lib. 6. Iaſ. l. 1. in princ. n. 40. ff. De offic. eius, cui mand. est iurisd.* Hoc tamen fallit ex causa publicæ utilitatis, pacis nempe vel simili. 13 Namque propter hanc causam Imperatori indistincte, etiam hodiè permissum est, bannitum à sententia banni, etiam parte adversa non consentiente absolvere, tàm quoad pœnam corporalem, quàm quoad pœnam pecuniariam, item sive illa pœna sit applicanda fisco, sive sit applicanda parti, *Socin. iun. Consi. 68. n. 16. cum sequentib. lib. 3. arg. c. quod sicut in fin. prin. extra De election. c. his, quæ. extra De maior. & obed. c. nisi essent. & ibi Anton. de But. & Abb. extra De prabend. c. hæc quippe. 3. q. 6. c. 1. & c. ecce. 23. q. 4. Bald. Ang. & Iaſ. l. conventionum. ff. De pac. Bart. l. quæcunq; C. De iur. fisc. lib. 10. Bald. l. benè à Zenone. C. De quadr. præscript. Bald. c. 1. ver. privilegia omnia. de pac. Constant. Ang. l. venditor. §. fin. ff. Comm. prædior. Ang. l. Antiochensium ff. De privil. credit. Abb. c. 1. arg. ill. text. extr. de Paroch. Alex. Consi. 94. lib. 5. Aret. l. Gallus. §. & quid si tantùm. & ibi Iaſ. n. 79. cum plurib. seq. ff. De liber. & posth. Iaſ. l. Barbarius. n. 24. cum plurib. seq. ff. De offic. prætor. Idemq; Iaſ. l. 2. n. 14. cum duob. seq. C. de in ius vocan.* Deinde cùm prædictæ constitutiones novellæ, tantùm loquantur de bannito ob fractam 15 pacem, sequitur prædictas constitutiones minimè extendendas ad bannitos ob aliam causam, *arg. l. sancimus. C. De test. l. præcipimus, C. de appell.* Præterea neq; suspensio banni, 16

neque absolutio à banno aliter rata est, nisi in ea & carissa & omnis facti qualitas expressa fuerit, *Guilhel. de Cugn. l. 3. C. De Episcop. aud. Oldrad. Cons. 212. Bald. l. præscriptione. & ibi Ias. n. 31. C. Si contr. ius vel util. public. Alex. Cons. 114. lib. 1. Andr. Barbat. c. super literis. & ibi Dec. n. 9. extra De rescript. Felin. c. postulasti. n. 1. extra eod. tit. Ias. l. nec damnosa. C. De precib. Imper. offer.* Porrò secundum juris communis dispositionem bannitum restituere, vel
17 à banno quem absolvere, nemo potest nisi Imperator tantùm, *l. relegati. & ibi Bart. ff. De pœn. gloss. hic in verb. Principis. & ibi Dd.* vel alius non recognoscens superiorem, *Bart. d. l. relegati. Salic. l. cum indulgentia. C. De sentent. pass. Ang. hic. n. 5. & ibi Sylvest. Aldobr. n. 39. facit id, quod docet Bart. l. 1. §. de qua. ff. De postul. Bart. l. infamem in fin. ff. De publ. iudic. Bart. l. hostes. ff. De capt. & postl. revers. Dec. Cons. 528. Cons. 534.* Hodiè verò bannitum à banno absolvere permittitur, non tantùm Imperatori, sed etiam Regi Romanorum & judicio Cameræ, præterquam in gravissimis caussis, in quibus Camera Imperialis bannitum non, nisi consentiente Imperatore à banno absolvere potest, *cap. 2. lib. 2. Ordinat. super iudic. Camer.*
18 *facta Anno 1548.* Et hæc quidem secundum juris communis dispositionem procedunt: de jure autem Saxonico, quid juris statuatur de bannitis, & quomodo quis à banno liberetur, *videte art. 38. & ibi gloss.* **Landrecht.** *lib. 1. Art. 4. & ibi gloss.* **Landrecht.** *lib. 2. Art. 17. & ibi gloss.* **Landrecht.** *Item in Tit.* **Proceß von der Acht.** *& in Tit.* **Von der Verfestung oder Acht.** *qui tituli sunt adiuncti & Speculo Saxonico & Processui Chiliani* **Königs.** Et hæc de deportatis sive bannitis dixisse sufficiat: Relegati autem
19 licet illi infames efficiantur, *l. cognitionum. §. munitur. ff. De*

ff. De var. & extraord. cognit. l. capitalium in princ. ff. De pœn. Bart. l. eius. §. *1. ff. De teſtam,* niſi relegationis pœna fuerit irrogata pro tali delicto, quod ſecundum juris communis diſpoſitionem, non relegatione, ſed mitiori pœna plectitur, *arg. l. quid ergo.* §. *pœna gravior. & ibi Bart. & Bald. ff. De his, qui not. infam. l. ſi Poſſidonium. & ibi Bart. & Bald. C. Ex quib. cauſſ. infam. irrog.* relegati tamen neque civitatem, neque patriam poteſtatem, neque teſtamenti factionem, amittunt, *ut hic.* §. *cùm autem. & ibi gloſſ. verb. retinent. Ang. & Sylveſt. Aldobr. d. l. eius.* §. *1.* ſive quis relegatus fuerit ad tempus, ſive perpetuò, *l. relegatorum.* §. *ſive ad tempus. ff. De interd. & relegat.* Quod non tantùm eo caſu, quando in ſententia relegationis hoc expreſſum eſt, ut quis perpetuò relegatus ſit, ſed etiam ſi quis ſimpliciter relegetur, fieri intelligitur, *arg. l. feſtivis. & ibi Bald. C. De pœn.* Quamvis non ſimpliciter, ſed ad tempus incertum & indeterminacum relegatus, ad decendium relegatus intelligatur, *arg. l. ſine præfinito. & ibi gloſſ. & Bart. ff. De pœn. Bald. l. 1. C. De poſtul. Bald. d. l. ſervus. Bald. & Abb. c. ex literis. extra De conſtit. Bald. c. 1. extra De translat. pralat. Iaſ. l. ſi ſe non obtulit.* §. *ſi iudex. ff. De re iudic. facit id quod docet Bald. l. 1. ff. Si ag. vectig. vel emphyteut. Bald. l. 1. ff. Pro Soc.* Nec mirum 20 eſt, deportatum jura patriæ poteſtatis amittere, relegatum verò ea retinere: Cùm leges multas alias differentias inter deportatos & relegatos conſtituant. Namque deportati omnia bona ſua, quæ tempore deportationis irrogatæ habuerunt, amittunt, *d. l. eius.* §. *1. ff. De teſtam.* eaque applicantur vel deſcendentibus aut aſcendentibus, deportati, ſi deportatus deſcendentes vel aſcendentes habeat, §. *fin. Auth. ut null. indic. Auth. Bona damna-*

torum. C. De bon. damnat. vel fisco, si deportatus ascendentes vel descendentes non habeat, *d. §. fin. Auth. ut null. iudic.* Relegati verò omnia bona sua retinent, nisi in sententia relegationis contrarium tacitè vel expressè dictum fuerit, sive relegatio sit ad tempus sive sit perpetua, *l. 1. l. relegati. & l. relegatorum. §. ad tempus. ff. De interd. & releg.* Præterea deportatio semper est perpetua, relegatio verò fit interdum perpetua, interdum verò ad tempus, *d. l. relegatorum. §. est differentia*, & deportatus vel non excedens intra tempus constitutum illa loca, quos ipse vitare prohibitus est, vel ad illa loca rediens, punitur pœna capitis, *l. relegati. l. capitalium. §. in exulibus. ff. De pœn.* Quod tamen non de pœna ultimi supplicii, sed de pœna servitutis intelligendum esse ego unà cum aliis *Sylvest. Aldobr. hic. §. cùm autem. n. 53.* censeo: Quia clari juris est, quòd quando in lege vel constitutione aliqua fit mentio pœnæ capitis, hanc non de atrocissima pœna capitis, ultimo supplicio nempe, sed de mitiori pœna capitis, deportatione nempe vel servitute, *l. 2. in princ. ff. De pœn. intelligi. gloss. l. 1. C. Ne Iudæ. Christian. mancip. Ioan. Andr. & Abb. c. quanto. extra De iureiur. Alex. Cons. 104. n. 2. lib. 1. Cons. 115. lib. 3. Ias. l. 3. §. hæc pœna. ff. Quod quisq; iur. Ias. l. transigere. C. De transaction. Dec. l. imperium. ff. De iurisd. omn. iudic. Dec. l. magistratibus. ff. eod. tit. Dec. c. ex literis. extra De Constitut. Alciat. in Tract. De præsumpt. circa fin.* Relegatus verò, si vel intra terminum constitutum illa loca, ex quibus relegatus est, non excesserit, vel non finito tempore, ad quod relegatus est, intra illa loca redierit vel deportatur, si in perpetuum relegatus fuerit, *d. l. relegati. l. aut damnum. l. quisquis, l. capitalium. §. in exulibus. ff. De pœn.*

vel in

vel in perpetuum relegatur, si ipse ad tempus relegatus fuerit, *d. l. relegati. d. §. in exulibus.* Quod tamen ita demum verum judico, si vel tempus, ad quod relegatus quis est, si relegatus fines, ex quibus relegatus est, intra tempus præfinitum non excesserit, vel tempus, quod adhuc relegationi supereſt, si relegatus quidem fines excesserit, sed nondum finito tempore relegationis redierit, duplicatum decennium excedat: secus autem est, si hoc tempus, duplicatum decennium non excedat: tunc enim relegatus ad tempus, si vel fines, ex quibus relegatus est, intra tempus præfixum non excedat, vel ante tempus relegationis finitum in illos revertatur, non in perpetuum relegatur, sed tantum tempus, quod ipsi ex relegatione supereſt, duplicatur, *Ang. d. §. cùm autem. n. 6. arg. d. §. quisquis. Quamvis in hoc contrarium, sed malè teneat Sylvest. Aldobr. d. §. cùm autem. n. 52.* Tertiò, cùm damna- 21
tus in opus publicum, civitatem amittat, *l. quidam sunt pœnæ. ff. De pœn.* sequitur ipsum & jura patriæ potestatis amittere, *ut hîc. §. cùm autem.* Quod tamen ita demum procedit, si quis in perpetuum ad opus publicum condemnatus fuerit, secus autem est, si quis ad tempus tantum, ad opus publicum condemnatus sit: ipse enim neque civitatem, neque jura patriæ potestatis amittit, *l. capitalium in princ. ff. De pœn. Bart. l. 2. n. 10. ff. De public. judic.* Quartò & excommunicatus jura patriæ potesta- 22
tis amittit, quia ipse deportato æquiparatur, *gloss. §. minor, infra De cap. diminut.* hanc tamen sententiam veram non judico, eamque Dd. nostri communiter reprehendunt, volentes excommunicatum & jura patriæ potestatis non perdere, & relegato non deportato æquiparari, *Bart. l. 2. n. 7. ff. De public. judic. Bart. l. si quæramus.*

ff. De

ff. De testam. Bald. c. intellexim. n. 12. & ibi Dec. n. 4. extra De iudic. Abb. Rubr. extra De testament. Abb. c. si verò. extra De sentent. excom. Ang. §. fin. infr. Qui testam. fac. poss. Ias. l. fin. n. 7. C. Qui admitt. Sylvest. Aldobr. infr. De capit. di-

23 *min. in princ. n. 50.* Quintò patria potestas solvitur servitute, si videlicet vel filius vel parens in servitutem redactus fuerit. Ex quo sequitur primò, cùm damnatus in metallum vel in opus metalli efficiatur servus pœnæ, *l. quidam sunt pœnæ. ff. De pœn.* damnatum in metallum vel opus metalli, jura patriæ potestatis amittere, *ut hic. §. cùm autem.* Quod etiam hodiè obtinere judico: namque licet secundum novellas constitutiones damnati in metallum non efficiantur servi pœnæ, neque libertatem amittant, *§. Quod autem. Auth. de nuptijs. Auth. sed hodiè. C. De donat. int. vir. & uxor.* Cùm tamen damnatus in metallum vel opus metalli etiam hodiè civitatem Romanam amittat, *Ioan. Fabr. infr. De capit. dimin. in princ. n. 3. & ibi Ang. §. maxima. arg. d. l. quidam sunt pœnæ. §. maxima. infr. De capit. dimin. iunct. l. sancimus. C. De testament. l. præripimus. C. De appell.* dubium non est, eum etiam hodiè jura patriæ potestatis perdere, *d. §. cùm autem.*

24 Secundò ex hoc sequitur, damnatos ad perpetuos carceres vel ad perpetua vincula, quales sunt damnati ad triremes jura patriæ potestatis amittere: quia illi æquiparantur damnatis in metallum, *Innoc. c. qualiter & quando. extra De accusat. Bart. l. 2. n. 9. ff. De public. iudic.*

25 *Abb. Rubr. n. 4. extra De testam.* Tertiò ex hoc infertur, cùm damnati ultimo supplicio sive ad mortem, statim efficiantur servi pœnæ, atque & civitatem & libertatem amittant, *l. quod ad statum. l. qui ultimo. ff. De pœn. l. eius, qui, §. in insulam. ff. De testam. l. si quis filio exheredato. §. irritum.*

irritum. ff. De iniuſt. rupt. irritoq; fact. teſt. damnatum ultimo ſupplicio & jura patriæ poteſtatis amittere, *ut hic. §. cùm autem.* Quod etiam hodiè locum obtinet, *Bart. Paul. de Caſtr. & Franciſc. Aret. d. l. eius qui. §. 1. Alex. l. 2. n. 2. 8. & 9. & ibi laſ. n. 2. & 11. C. Qui teſtam. fac. poſſ. Bart. l. 1. ff. De bon. damnato. Ang. Aret. & Sylveſt. Aldobr. d. §. cùm autem. Ang. Aret. in Tract. De teſtam. in princ. col. 8. Ang. in Tract. de maleſic. ver. & ſi caput à Spatulis & ibi Auguſt. Arimin. Abb. Rubr. n. 4. extra De teſtam. Bart. d. l. qui ultimo. Corn. Conſ. 278. lib. 4. Dec. l. furioſum. n. 18. C. Qui teſtam. fac. poſſ. Card. Pariſ. Conſ. 46. n. 11. lib. 3.* Quæ concluſio extenditur, ut procedat non tantùm, quando damnatus ad mortem ſupplicio affectus fuit, ſed etiam quando poſt ſententiam condemnationis latam vel aufugit vel ex manibus judicis ereptus fuit, *Bart. d. l. qui ultimo. Ang. d. §. cùm autem. Abb. d. Rubr. n. 4. extra De teſtam.* Hæc ſententia fallit primò, ſi ſententia condemnationis ſit quolibet modo nulla, *l. 2. §. fin. ff. De pœn. Bart. l. qui ultimo. facit l. 4. §. condemnatum. ff. De re iudic.* Secundò hæc concluſio fallit, ſi à ſententia condemnationis appellatum fuerit, *d. l. 2. §. fin. ff. De pœn. d. l. ſi quis filio exheredato. §. hi autem.* Tertiò hæc concluſio fallit; ſi quis non fuerit ſimpliciter, ſed ſub conditione; ſi videlicet certam pœnam pecuniariam intra certum tempus non ſolverit, ad mortem condemnatus, & condemnatus intra tempus præfinitum conditionem impleverit. Namque licet condemnatus ad mortem ſub conditione, in multis æquiparetur ſimpliciter condemnato ad mortem, *Bart. l. 2. ff. De public. iudic. Bald. l. data opera. n. 14. C. De accuſat. Bald. l. 1. C. Qui accuſ. poſſ.* tamen ſub conditione ad mortem condemnatus,

deficiente conditione, perinde jura patriæ poteſtatis retinet, atque ſi ipſe ad mortem condemnatus non fuiſſet, *arg. l. decem. ff. De verb. oblig.* Quartò, licet alternativè condemnatus vel ultimo ſupplicio vel ad dandam certam pecuniæ quantitatem, in multis æquiparetur condemnato ſimpliciter ad mortem, *Bart. l. 2. ff. De public. iudic.* ſi tamen is, qui alternativè vel ultimo ſupplicio vel ad dandam certam pecuniæ quantitatem damnatus eſt, illam pecuniæ quantitatem, ad quam damnatus eſt, ſolverit, ipſe perinde jura patriæ poteſtatis retinet, atque ſi ipſe ab initio tantùm ad illam quantitatem, condemnatus fuiſſet, *arg. l. cùm incertus. ff. De legat. 1. iunct. l. cùm is. §. fin. ff. De condict. indeb. l. Stichum aut Pamphilum in princ. ff. De Solut.* 6 Quintò licet abſciſſio vel amiſſio manus alteriusve membri æquiparetur morti, *gloſſ. l. Imperium. & ibi Bart. n. 8. Alex. Dec. & Iaſ. n. 24. ff. De iurisd. omn. iudic. gloſſ. fin. l. 2. C. De offic. eius qui vic. alt. ger. Bart. l. 2. n. 12. ff. De public. iudic. Dec. l. nemo gladij. ff. De reg. iur. arg. §. ad hoc prohibemus. Auth. De collat. Clem. 1. De homicid.* is tamen, cui ſupplicii cauſſa manus vel aliud membrum amputatum eſt, vel oculi effoſſi, neque civitatem neque patriam poteſtatem amittit, *l. qui manus. & ibi Bart. Immol. & Aret ff. De teſtam. Spec. §. compendiosè, verſ. quid de exoculatis. De inſtrum. edit. Bald. l. ſi veritas. C. De fideiuſſ. Abb. Rubr. n. 4. extra De teſtam. Dec. d. c. Im-* 27 *perium. n. 42.* Quartò ex hoc ſequitur, libertum ob ingratitudinem in ſervitutem redactum, quia is & civitatem & libertatem amittit, *§. maxima. infra De cap. dimin.* jus quoque patriæ poteſtatis perdere, *Arg. d. §. cùm autem.* Quintò, cùm major viginti annis, qui ſe ad precium participandum vendi paſſus fuit, ſervus efficiatur,

§. *pen.*

§. *pen. supr. De iur. pers. l. 1. l. 2. l. 3. ff. Quib. ad libertat. proclam. non lic.* §. *maxima. infr. De capit. diminut.* sequitur ipsum jus patriæ potestatis amittere, *d.* §. *cùm autem.* Sextò ex hoc infertur, cùm captus ab hostibus servus 28
hostium efficiatur, §. *ius autem gentium. supra De iur. natur. gent. & civil.* §. *servi. supra De iur. pers.* §. *item ea, quæ ab hostibus. infr. De rer. divis.* captum ab hostibus jura patriæ potestatis amittere, *arg. l. sic eveniet. ff. Ad leg. Iul. de adult. l. cùm heredes* §. *1. ff. De adq. possess.* Quod non tantùm procedit in patre capto ab hostibus, sed etiam locum habet in filio ab hostibus capto, *arg. l. pen. ff. De lib. & posth.* §. *sed etsi pater h. t. nost.* Et hoc absque dubio verum est, inspecto præsenti statu: namque quòad statum præsentem, neque pater captus ab hostibus, liberos suos in potestate habet, neque liberi capti ab hostibus in potestate patris sunt, *gloss. d.* §. *si ab hostibus, verb. pendet. & ibi Sylvest. Aldobr. arg. l. lege Cornelia. ff. De testam. l. pen. & ibi Ias. ff. De liber. & posth. l. fin.* §. *1. C. De sentent. pass. l. 2. & l. si ex duobus.* §. *sed & Marcellus. ff. De in diem addict. Bart. l. Iulianus. n. 38. ff. De condict. indeb. Dec. l. is damnum dat.* §. *quod pendet. ff. De reg. iur.* Et, si pater vel filius ab hostibus captus ibidem decesserit, nec postliminiò revertatur, omnia gesta tàm à patre quàm à filio perinde habentur, atq; si captus ab hostibus eo tempore statim mortuus fuisset, *ut hic.* §. *si ab hostib. l. lege Cornelia. ff. De testam. l. Gallus.* §. *in omnibus. ff. De liber. & posth. l. pen. ff. eod. l. 1.* §. *1. ff. Ad SC. Macedon. l. in bello.* §. *si quis capiatur. & l. bona in prin. &* §. *quod si filius. ff. de capt. & postlim. reverf.* Quod usq; adeò verum est, ut patre & matre ab hostibus captis, patre ibidem defuncto, filius apud hostes in captivitate patris conceptus ab hostib. rediens, neq; familiam

patris neque hereditatem paternam recuperet, *l. 1 & ibi gloss. & Bald. C. De capt. & postl. reverſ.* Hoc tamen fallit in caſu, *l. ſi quis pro emptore in princ. & ibi Bart. n. 19. & Iaſ. ff. De uſucap.* in quo caſu fictio legis Corneliæ locum non
29 habet. Si verò pater ab hoſtibus redierit, ipſe jure poſtliminii, ſicut omnia jura ſua vita quoque & patriam poteſtatem recuperat, *d. §. ſi ab hoſtibus. l. cùm duæ. l. poſtliminium eſt ius. ff. De capt. & poſtlim. reverſ.* ſive ipſe in pace redierit, ſive ipſe victis hoſtibus recuperatus fuerit, *d. l. in bello in princ. & §. 1.* item ſive ipſe intra fines Romani Imperii redierit, ſive ad populum, amicum vel ſocium Romani Imperii pervenerit, *l. poſtliminij. l. poſtliminium. §. poſtliminio. ff. De capt. & poſtlim. reverſ.* Neque ſolùm reverſus ab hoſtibus jus poteſtatis patriæ recuperat, quoad illos filios, qui ex ipſo ante captivitatem concepti fuerunt, ſed etiam quoad illos liberos, qui ex ipſo, cum uxore ſua capto, in captivitate apud hoſtes concepti & nati fuerunt, *gloſſ. & Bald. l. 1. C. De capt. & poſtlim. reverſ.* Poſſeſſionem tamen amiſſam vel interruptam captus ab hoſtibus jure poſtliminii non recuperat, *l. denig, cum l. ſeq ff. Ex quib. cauſſ. mai.* Similiter matrimonium propter captivitatem unius conjugis ſeparatum, jure poſtliminii non redintegratur, *l. non ut à patre. l. cùm duæ. §. fin. ff. De capt.* Quod tamen hodiè correctum eſt, namque ſecundum diſpoſitionem juris canonici per captivitatem matrimonium nunquam diſſolvitur, *arg. c. inter corporalia. extra De transl. pralat. c. ex parte. extra De converſ. coniugat.* & ad conjugem ab hoſtibus reverſum, conjunx, qui in civitate manſit, redire cogitur, uſque adeò, ut ipſe credens conjugem ſuum apud hoſtes mortuum, cum alio matrimonium contraxe-

traxerit, ipse hunc secundum conjugem dimittere, & ad primum redire cogatur, *c. cùm per bellicam. 34. q. 1.* Præterea pater reversus ab hostibus non tantùm recuperat patriam potestatem, omniaque jura sua, sed & ipse retrò in civitate fuisse præsumitur, atque perinde habetur, atque si ipse nunquam ab hostibus captus fuisset, *d. §. si ab hostibus. §. retrò. l. in bello. §. codicilli. l. bona. §. quod si filius. ff. De capt. & postlim. reversi.* Ideoque patre reverso ab hostibus, testamentum filii ipso jure annulatur, perinde atque si hoc testamentum patre in civitate manente conditum fuisset, sive pater filio vivo, sive filio mortuo ab hostibus redierit, *gloss. Bart. Bald. & Salic. l. fin. C. De sententi. pass. Bart. d. l. si is, qui pro emptore in princ. n. 54. Ang. & Sylvest. Aldobr. hic.* Similiter & contractus à filiofamiliâs tempore captivitatis initi, rati non sint, si hi contractus tales sunt, qui patre remanente in potestate rati non fuissent, *arg. l. 1. §. 1. ff. Ad SC. Macedon.* Eodem modo & filius quicquid tempore captivitatis patris adquisivit, hoc patris, postliminiò reversi perinde efficitur, atque si filius hoc adquisivisset, patre in civitate manente, *l. pen. ff. De suis & legit. hered. l. bona. §. quod si filius. ff. de capt.* Hæc tamen conclusio fallit primò, quoad usucapionem sive præscriptionem complendam: namque quoad hoc pater ab hostibus reversus in civitate semper fuisse non fingitur, *d. l. denig. ff. De minorib. Bart. d. l. si is, qui pro empt. n. 19. & ibi Jas.* Secundò hæc conclusio fallit, quoad testamentum conditum & contractus à filio celebratos de rebus, tempore captivitatis à filio quæsitis. Namque testamentum conditum & contractus à filio celebratus, de hisce rebus non retractatur, *Petr. l. fin. C. De sententi. pass. Ang. d. §. si ab hostibus. arg. d. l. denig. cum*

l. seq. In hoc tamen Dd. quoad testamentum communiter contrarium tenent. Bald. l. fin. C. De sentent. pass. Similiter ego hanc sententiam, nec quoad contractus à filio celebratos veram esse judico, *arg. d. l. 1. §. 1. ff. Ad SC. Maced.* Tertiò hæc conclusio fallit in alienatis titulo singulari à filio captis ab hostibus: Illa enim patre reverso ab hostibus non retractantur: neque quoad illa pater reversus semper in civitate fuisse præsumitur, *Ang. hic. d. §. si ab hostibus:* eò, quia fictio nunquam trahitur ad bona in alium translata, nec ibi locum habet, ubi agitur de præjudicio tertii, *Bart. l. si indebitum. §. fin. ff. Rem rat. haber. Bart. l. bonorum. ff. eod. tit. Bal. l. 1. ff. De iur. aureor. annul. Bald. l. eam quam. C. De fideicom. Salic. Auth. Item si quis. C. De natural. liber. Anton. de Butr. c. per venerabilem. extra Qui fil. sint legit. Iaf. l. quoties. n. 38. & n. 40. C. De rei vendic. Iaf. l. Gallus. §. & quid si tantùm. n. 89. ff. De liber. & posth.* Et licet hæc ratio fortiter pro sententia Angeli, urgere videatur, ego tamen hanc sententiam Angeli veram non judico, sed certissimum arbitror, fictionem postliminii extendi etiam ad bona alienata, & ad ea, in quibus de præjudicio tertii agitur, *arg. l. 1. §. 1. ff. Ad SC. Macedon. l. si quis filio exheredato. §. sed etsi pater. ff. De iniust. rupt. Bart. d. §. & quid si tantùm. n. 12.* Nec obstat, quòd fictio nunquam retrò trahatur in præjudiciũ tertii, quia hoc procedit tantùm eo casu, quando extraneum, à quo fictio incipit, est potestativum, sive in potestatem vel voluntatem illius, in cujus favorem principaliter fit fictio, inductum, secus autem est, quando extremum, à quo fictio incipit, non est potestativum, sed casuale, quale est redire postliminiò: tunc enim fictio etiam in præjudicium sive damnum tertii retrò trahitur, *arg. l. qui balneum*

neum in princ. l. potior in princ. & l. si colonus. ff. Qui potior in pign. hab. Præterea non tantùm pater ab hoſtibus captus, jura patriæ poteſtatis recuperat, atque filium ſemper in poteſtate ſua habuiſſe intelligitur, ſed & filius familiàs ab hoſtibus captus, & reverſus, ſicut omnia jura ſua recuperat, ita & patriæ poteſtati ſubjicitur, atque in poteſtate patris ſemper fuiſſe fingitur, *d. l. cùm duæ. Sylveſt. Aldobr. d. § si ab hoſtibus*, ſive ipſe apud hoſtes ſive in civitate conceptus ſit, *d l. si quis filio exheredato. § ſive autem.* Ideoque ſi pater filium captum ab hoſtibus in teſtamento ſuo præterierit, filio ab hoſtibus reverſo, perinde teſtamentum patris rumpitur, atque ſi hic filius in civitate manens à patre in teſtamento præteritus fuiſſet, *d. § ſed et ſi pater. gloſſ. & Bart. l. Gallus. § in omnibus. ff. De lib. & poſth. gloſſ. & Iaſ. l. pen. ff. eod. tit.* niſi filio apud hoſtes concepto, pater ipſius apud hoſtes mortuus fuerit: tunc enim hic filius ab hoſtibus reverſus, neque teſtamentum patris conditum ante captivitatem rumpit, neque retrò in poteſtate patris fuiſſe fingitur, neque etiam familiam vel hereditatem patris recuperat, *l. 1. C. De capt. & poſtl. reverſ.* Porrò cùm poſtliminium capto ab hoſtibus & reverſo omnia in priſtinum ſtatum reſtituat, & fingat eum, qui ab hoſtibus captus eſt, in civitate ſemper fuiſſe, licet captus ab hoſtibus inſpecto præſenti ſtatu, neq; liberos in poteſtate habeat, neq; ipſe patris poteſtati ſubjectus ſit, propter jus tamen poſtliminii, ſicut univerſus ſtatus capti ab hoſtibus: ita quoq; & jus patriæ poteſtatis in pendenti eſt, *ut hic. § ſi ab hoſtib. § in bello. § ſi quis captatur. l. bona. § quòd ſi filius. ff. De capt.* Ideoq; ſi filius illius, qui apud hoſtes eſt, mutuam pecuniam acceperit, ipſe antequam certum ſit, utrum pater ſit reverſurus ab hoſtib. vel non,

à cre-

à creditore ſuo conveniri non poteſt, *l. 1. §. 1. ff. Ad Senatusconſultum Macedon.* Quamvis tamen ex aliis contractibus ſuis filiusfamiliàs, cujus pater apud hoſtes eſt, etiam abſque conſenſu patris rectè & agere & conveniri poſſit, *arg. l. ordinata. ff. De liber. cauſſ. l. ſi longiùs. §. 1. ff. De iudic.* licet patre in civitate manente filiusfamiliàs abſque conſenſu patris regulariter in judicio eſſe ne-
30 queat, *l. fin. §. neceſſitate. C. De bon. quæ liber.* Septimò, ſolvitur jus patriæ poteſtatis dignitate. Namque patritiatus dignitas lliicò imperialibus codicillis præſtitis filiumfamiliàs à patria poteſtate liberat, *§. filiusfamiliàs hic.* Similiter & omnis dignitas, per quam quis à curiali conditione ſive fortuna liberatur, *de quibus, l. pen. & fin. C. De decurion. lib. 10.* filiumfamiliàs à patriæ poteſtatis vinculis eximit, *Auth. Conſtitut. Quæ de dignitatib. in princ. & §. 1.* Eodem modo & epiſcopalis dignitas jus patriæ poteſtatis ſolvit, *§. fin. Auth. Conſtit. Quæ de dignit.* Filius quoque familiàs monachus factus, à patria poteſtate liberatur, *gloſſ. l. ſi ex cauſſa. §. pen. ff. De minor. Iaſ. l. qui ſe patris. C. und. liber.* Extra hos autem caſus dignitas quem à patria poteſtate non liberat, etiamſi filiusfamiliàs factus fuerit miles, Senator vel Doctor, *d. §. filiusfamiliàs.* item etiamſi filiusfamiliàs ſacros ordines ſuſceperit, *Abb. c. cùm voluntatis. n. 8. extra De ſentent. excomm.* Et in omnibus hiſce caſibus, in quibus filiusfamiliàs à poteſtate patris propter dignitatem liberatur, ipſe liberatur à poteſtate patris, quatenus hæc liberatio reſpicit favorem & commodum filiifamiliàs: ſecus autem eſt, quatenus hæc liberatio incommodum ſive odium filiifamiliàs reſpicit. Ideoque mortuo patre filius propter dignitatem patria poteſtate ſolutus, exiſtit patri ſuus

heres,

heres, & liberi illius in ipsius potestatem recidunt, *d. §. illud. Iaſ. d. l. qui ſe patris.* Præterea in omnibus illis casibus, in quibus filius propter dignitatem à patria potestate liberatur, ipse etiamsi Papa vel Imperator factus fuerit, patri nihilominùs honorem & reverentiam debet, *Bald. l. adoptivum in princ. arg. illius text. ff. De in ius vocand. Iaſ. l. in ius vocati. §. prætor ait. n. 14. ff. De in ius vocand.* Octavò patria potestas ſolvitur emancipatione, 31
ut hic. §. præterea. quæ dicitur, non quasi extra manum positio, *prout aliqui Dd. putant. Ioan. de Plac.* hîc, ſed quasi è mancipio emiſſio, *Sylveſt. Aldobr. hîc. n. 9.* Nam hoc verbo mancipium Latinis pro dominio ſive jure potestatis uti conſuetum eſt, *Sueton. in vita Othonis. Plin. lib. 7. Epiſtol.* Eſt autem emancipatio actus legitimus, per quem 32
is, qui potestati patris ſubjectus eſt, interveniente ſolennitate legitimâ, à jure patriæ potestatis liberatur. Namq; certum eſt, emancipationem eſſe actum legitimum, *l. actus legitimi. ff. De reg. iur. l. magiſtratum iunct. gloſſ. ff. De adopt.* Ex quo ſequitur, emancipationem recipere neque diem neque conditionem, *d. l. actus legitimi. ff. De reg. iur.* neque emancipationem ad tempus certum, *arg. l. ſi tibi filius. ff. De adopt. iunct. Auth. Econtra. C. De repud. l. nihil tàm naturale. ff. De regul. iur. l. prout quisq. ff. De Solut. Bart. l. de tutela. C. De in integr. reſtit. Iaſ. l. ſi ab emptione. ff. De pact.* vel actus tantùm certos fieri poſſe, *ſecundum communem atq; receptam Dd. ſententiam. Alex. Iaſ. Socin. & Rip. l. 1. §. in filio. ff. Ad. SC. Trebell. Iaſ. l. ſi is, qui pro emptore. n. 198. & ibi Crot. col. 26. ff. De uſucap. arg. l. ſi pariter. & l. duobus. ff. De liber. cauſſ. l. 1. §. 1. C. De Latin. libert. toll. iunct. l. 2. ff. De offic. Proconſ. l. 1. ff. Si quis à parent. manum. fuer. item, l. libertas. l. ideoq. ff. De manum.*

teſtam. iunct. l. miles ita. ff. De milit. teſtam. l. tàm is. §. 1.
33 *ff. De donat. cauſſ. mort.* Deinde quoque certum eſt, emancipationem non aliter ratum eſſe, niſi illa interveniente legitima ſolennitate facta fuerit, *arg. l. non putavit. §. non quævis. ff. De bonor. poſſeſſ. contr. tab. l. 4. §. condemnatum. ff. De re iudic. l. ſi unus. C. De teſtam.* Et licet jure veteri multæ atque variæ ſolennitates in emancipatione requirebantur; hodiè tamen illæ ſolennitates juris veteris in emancipatione requiſitæ, majori ex parte abolitæ
34 ſunt, *d. §. præterea. l. fin. C. De emancip.* Et requiritur hodiè primò in emancipatione judicis, ſive magiſtratus competentis authoritas, *d. §. præterea. d. l. fin. C. de emancipat. l. magiſtratum. ff. De adoption.* Ideoque emancipatio apud Judices vel magiſtratus incompetentes facta, rata non eſt, *Ang. Conſ. 93. Petr. de Anchor. Conſ. 320. n. 3. Dec. Con-*
35 *ſil. 13. Sylveſt. Aldobr. d. §. præterea. n. 15.* Ex quo ſequitur, licet Notarii ſive Judices cartularii jurisdictionem habere dicantur, *gloſſ. & Bart. l. pen. C. ubi & apud quem. Bart. l. 1. ff. De iurisd. omn. iudic. Aym Cravett. Conſ. 196. n. 7.* cùm tamen Notarii in illis tantùm jurisdictionem voluntariam habeant, quæ ipſis in creatione expreſsè conceſſa ſunt, neque illorum jurisdictio ad alios actus prorogari poſſet, *Bald. l. repetita. C. De Epiſcop. & Cleric. Bald. l. 1. n. 5. ff. De iudic. Anton. de Butr. c. cum P. extra De fid. inſtrum.* ipſos, niſi hæc poteſtas illis expreſsè conceſſa ſit, *Butr. l. fin. n. 8. C. ubi & apud quem:* emancipationi authoritatem præſtare non poſſe. *Ang. Conſ. 93. Dec. Conſ. 13. Sylveſt. Aldobr. d. §. præterea. arg. l. adoptio non tabulis. C. De adopt. iunct. Auth. Econtra. C. De repud. Quamvis in hoc contrarium, ſed malè tenent Corn. Conſ. 238. Conſ. 259. lib. 2.*
36 Porrò omnis judex ſive magiſtratus, qui jurisdictionem

proro-


image
not
available

Salic. l. ab ea parte. ff. De probat. nisi hoc expressè ei dele-
38 gatum sit, *Sylvest. Aldobr. d. §. praterea. n. 28.* Secundò in emancipatione requiritur præsentia utriusque partis tàm emancipati nempe, quàm emancipantis: namque absens emancipare vel emancipari nequit, *arg. l. neq; absens. & l. post mortem. §. fin. ff. De adopt. iunct. Auth. Econtra. C. De repud. l. prout quisq;. ff. De Solut.* nisi hæc emancipatio fiat per rescriptum ab Imperatore, petente emancipante impetratum, & judici insinuatum, atque emancipatus declaret se huic emancipationi consentire,
39 *l. iubemus. C. De emancipat.* Tertiò in emancipatione requiritur, ut pater filium per se, non autem per procuratorem suum emancipet, *Bart. l. Gallus. §. forsitan. & ibi Iaſ. n. 7. ff. De lib. & posth. arg. d. l. post mortem. §. fin. iunct. d. Auth. Econtra. l. servus furios. ff. De manumiss. l. Curatur.*
40 *ff. Qui & à quib. l. fin. ff. De curat. furios.* Quartò in emancipatione requiritur, ut pater, qui emancipationem facit, emancipationi consentiat: namq; liberos suos nemo invitus emancipare cogitur, sive is pater sit sive avus, *§. fin. h. t. nost. l. nec avus. C. De emancipat.* Quod absque dubio procedit, quoad jus agendi: namque jure actionis pater nullo casu invitus cogi potest filium suum emancipare, *Iaſ. l. quamvis. n. 5. C. De fideicommiss. arg. l.*
41 *filiusfamiliás. §. secundum vulgarem. ff. De legat. 1.* sed officio judicis pater invitus in aliquibus casibus filium suum emancipare cogitur. Et primò pater, qui agnovit legatum vel fideicommissum ipsi sub tali conditione relictum, si filium suum emanciparet, filium etiam invitus emancipare cogitur, *l. si cui. ff. De condit. & demonst. gloss. §. fin. & ibi Ang. & Sylvest. Aldobr. gloss. l. cogi. pater, & ibi Bart. & Alex. ff. Ad SC. Trebell.*

matrem. C. De inoffic. teſtam. Utrum autem, ſi filius, qui 42
à matre ſub illa conditione, ſi à patre emanciparetur, heres inſtitutus fuit, eo caſu, quo pater legatum, quod ipſi ſub conditione emancipandi filium, relictum fuit, agnovit, mortuus fuerit, antequam ipſe à patre emanciparetur, ipſe hereditatem matris non aditam transmittat, *videte Iaſ. d. l. filijs matrem.* Secundò impubes 43
arrogatus vel adoptatus, ſi ipſe pubes factus docere poſſit, ſibi hanc arrogationem vel adoptionem non expedire, ipſe patrem ſuum adoptivum etiam invitum cogere poteſt, ut ipſum emancipet, *arg. l. nonnunquam cum l. ſeq. ff. De adopt.* Quin & quilibet minor 25. annis adoptatus vel arrogatus ſi ipſe fidem faciat, ſe ex hac adoptione vel arrogatione læſum, contra hoc in integrum reſtitui petere poteſt, *l. 3. §. ſi quis minor. ff. De minor.* Tertiò pater, qui voluit filiæ pudicitiam proſtituere, filiam emancipare etiam invitus cogitur, *gloſſ. hic. §. fin. arg. l. ſi lenones. C. De Epiſcop. aud. l. fin. C. De ſpect. l. 11.* Quartò pater filium male & contra pietatem tractans, eum emancipare cogitur, *l. fin. ff. ſi quis à parent. manum. fuer. gloſſ. hic. §. fin. & ibi Sylveſt. Aldobr.* Quintò ex omnibus illis cauſſis, ex quibus filius parentem ſuum exheredare poteſt, quæ recenſentur, *§. & hæc quidem. Auth. ut cùm de appell. cognoſc.* ex iisdem cauſſis filius patrem etiam invitum cogere poteſt, ut ipſum emancipet, *Raph. Cuman. Conſ. 37. Iaſ. d. l. filijs matrem. n. 6. C. De inoffic. teſt.* Quintò in emancipatione requiritur, & con- 44
ſenſus illius, qui emancipatur: namque invitus emancipari nequit, *gloſſ. Ang. & Sylveſt. Aldobr. hic. §. fin. Alex. Conſ. 142. n. 21. lib. 2. Iaſ. Callus. §. & quid ſi tantùm. n. 50. [illegible] ſecùs. Auth. Quib. mod.*

natur. effic. sui. Nisi hæc emancipatio fieret ex justa atque legitima caussa: Namque secundum communem atque receptam Dd. sententiam ex justa atque legitima caussa filius etiam injustus emancipari potest, *Bart. Ang. Immol. Paul. de Castr. & Iaf. l. quidam cum filium. arg. all. text. ff. De verb. oblig. Ang. & Immol. l. utrum. ff. Ad leg. Pomp. de parricid. Bald. l. quamvis. C. De fideicom. Sylvest. Aldobr. §. fin. hic.* Ideoque ex omnibus illis caussis, ex quibus pater invitus cogitur filium suum emancipare ex iisdem & filius invitus emancipari potest, *arg. l. fin. & ibi Bart. & Iaf. C. De indict. viduit. tollend. l. fin. & ibi Bart. ff. De acceptil. l. 1. & ibi Bart. C. De Cupress. lib. 10.* Quod tamen ita intelligendum est, ut procedat, quando hæ caussæ vel culpæ ab ipso filio, de quo emancipando agitur, non autem à patre, qui emancipationem facere vult, commissæ fuerunt: namq; pater talem caussam committens, propter quam filius ipsius etiam invitum ad emancipationem faciendam cogere possit, non debet ex sua culpa hoc lucri sentire, ut ipse filium invitum emancipare possit, *arg. l. sive hereditaria. & ibi gloss. ff. De negot. gest. l. itaq. fullo in princ. ff. De furt. l. non fraudantur. §. nemo. ff. De reg. iur. Abb. Cons. 82. lib. 1. ext. l. si servus plurium. §. si quis ante. & ibi Iaf. ff. De legat. 1. l. si quis solidum. & ibi Bart. & Immol. ff. De hered. instit. Bart. & Iaf. Auth. Hoc amplius. C. De fideicommiss.* Quinimò, si & pater & filius talem culpam commiserit, propter quam emancipatio alteroinvito fieri possit, neutrum ut emancipatio fiat, petere posse statuo, *arg. l. [illegible] ff. De dol. l. si ambo. ff. De compens. at. l. viro at q. uxor matrim. c. pen. extra De adulter. l. auxilium. ff. D[illegible] frustra. & ibi gl. l. extra De usur. Deinde et* [illegible]s illis caus[illegible]m etiam

etiam filium invitum emancipari receptum est, *Salic. l. nec avus. C. De emancip. Sylvest. Aldobr. hic. § fin. arg. l. fin. C. De indict. vid. toll. l. non debet cui. ff. De reg. iur.* Præterea si filius sit rixosus vel delinquere solitus, & statuto vel consuetudine introductum sit, ut pater condemnationem filii in potestate constituti solvere cogatur, pater vitandi futuri periculi gratia justam causam habet emancipandi filium, *Ang. & Immol. d. l. utrum.* Neque verò tantùm propter has culpas vel causas, sed etiam propter alias omnes, quæ sunt hisce causis vel culpis similes vel majores, pater filium invitum emancipare potest, *arg. c. 1. § sed quia. & ibi Dd. quæ fuit prim. caus. l. tale pactum. § fin. ff. De pact. l. ob æs iunct. gloss. C. De præd. minor. gloss. l. fin. C. De revocand. donat. Guilhel. de Cugn. & Ias. Auth. Non licet. C. De liber. præter. Bald. l. solo. C. De liberal. caus. Ang. l. lex Cornelia. ff. De iniur.* Et hæc emancipatio propter prædictas causas per officium judicis usque ad 30. annos peti potest, *arg. gloss. l. sicut, verb. persecutione, & ibi Bart. C. De præscript. 30. vel 40. annor. Bart. l. prætor. § hoc. interdictum. ff. De oper. nov. nunc.* nisi vel filius cum patre, qui hanc culpam commiserat, vel pater cum filio, qui hanc culpam commiserat, reconciliatus fuerit: tunc enim propter hanc culpam ulterius emancipatio peti nequit, *arg. l. 3. §. fin. & ibi Bart. ff. De adimend legat. Ias. l. in arenam. C. De inoffic. testam. Hippol. de Marsil. Rubr. n. 220 ff de fideiuss. Socin. iun. Cons. 59 n. 19. lib. 3. gloss. Matth. de Afflict. & Dd. c. 1 in princ. Quo temp. m. il. Ias. l. 2. C. De iur* facit *l. 2. C. De iur. domin. impetr.* Deinde etiam cet is neque consentiat, neque consentire p re per rescriptum Imperatoris emancipari n. *C. De emancipat.* Porrò præ- 45 dictis sole intervenientibus emancipatio indif est, sive quis liberos primi sive

sive ulterioris gradus, nepotes nempe vel pronepotes emancipet, *d. §. præterea:* item nulla habita consideratione, in quo loco emancipatio fiat: Namque quocunque loco emancipationem fieri posse receptum est, *l. emancipari. ff. De adopt.* Dummodò tamen hic locus & idoneus, *arg. l. 1. iunct. gloss. C. De SS. Eccles. l. 1. & ibi gloss. C. De fid. instrum. l. quia autem. §. fin. iunct. gloss. ff. De constit. pecun.* & honestus sit, *arg. l. si cùm dies. §. si arbiter.*
46 *ff. De abitr.* Utrum autem in terris Saxonicis filiusfamiliàs eo ipso, quòd is à patre vel separatus est, vel seorsim habitat, emancipatus vel patria potestate solutus sit, dubitatur; In quo dubio ego concludo, licet pater secundum dispositionem juris Saxonici amittat usumfructum in bonis filii sui à se separati sive seorsim habitantis, *Art. 11.* **Landrecht**, *lib. 1.* parens tamen (cùm contrarium in jure Saxonico dispositum non reperiatur) in reliquis omnibus jura patriæ potestatis, quoad filium à se separatum sive seorsim habitantem, retinere, *arg. l. sancimus. C. De testament. l. præcipimus. C. De appellat.* Utrum
47 autem pater, qui filium suum emancipavit, non interveniente solennitate à legibus requisita, hanc emancipationem impugnare, vel contrà illam venire possit, *videte l. post mortem in princip. & ibi Bart. & Bald. ff. De adoption.*
48 *Socin. iun. Cons. 93. n. 16. lib. 2.* Et licet emancipatio non intervenientibus solennitatibus legitimis facta, rata non sit, si tamen filiusfamiliàs longo tempore seorsim à patre suo habitaverit, atque se in omnibus pro patrefamiliàs gesserit, ipse à patre legitimè emancipatus præsumitur, *Ias. l. qui in aliena in princ. n. 50. ff. De adquir. heredit. Idemq. Ias. l. si certis annis. C. De pact. arg. l. si filius. C. De*
49 *petit. heredit. Ias. l. sciendum. ff. De verb. obligat.* Porrò effectus

effectus emancipationis sunt, primò, quòd per emancipationem quis à patriæ potestatis vinculis liberetur, *d.* §. *præterea.* Quæ conclusio extenditur primò, ut non tantùm filius emancipatus liberetur à potestate patris, sed etiam liberi illius post emancipationem concepti, non in avi, sed ipsius emancipati potestate sint, §. *illud. h. t. nost.* Licet liberi ante emancipationem saltem concepti ex filio emancipato in avi emancipatoris potestate maneant, *d.* §. *illud.* Secundò hæc conclusio extenditur, ut licet filius emancipatus emancipationi renunciet, ipse tamen neque sui juris esse desinat, neque sub potestate patris rursus esse incipiat, *Corn. Cons. 228. lib. 4. arg. l. 1. ff. De adopt. iunct. l. patre furioso. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur. l. qui liberatus. ff. De adopt. l. scientis. C. De ingen. & manum. l. nec si volens. C. De liber. causs.* Hæc conclusio fallit primò, si emancipatio sit simulata vel imaginaria: tunc enim per eam quis à potestate patris non liberatur, *Card. Paris. Cons. 53. n. 39. lib. 1. arg. l. 2. C. De emancipat. l. nuda. & ibi gloss. ff. De contrah. empt. l. emptor. & ibi Bart. ff. De aq. pluv. arcend. l. imaginaria. ff. de reg. iur.* Secundò hæc conclusio fallit, quando emancipatio est facta in fraudem alterius: tunc enim illa non valet, nec filium à potestate patris liberat, *Bald Rubr. C. De revocand. his, quæ in fraud. credit. Ias. l. non dubium. n. 48. C. De legib. facit. l. 1. §. is quoq; & ibi Bart. ff. De collat. bonor.* Secundò emancipatio hoc operatur, ut pater emancipator in bonis filii emancipati, idem jus consequatur, quod consequitur patronus in bonis liberti à se manumissi, *d.* §. *præterea.* Ideoque sicut patronus nihil juris habet in bonis Castrensibus vel quasi; & quoad illa ipsi bonorum possessio contra tabulas liberti denegatur, *l. etiam.* §. *pa-* 50

tronus. ff. De bon. libert. Ita etiam & parenti in bonis Castrensibus vel quasi filii bonorum possessio contra tabulas denegatur, *l. 1. §. est & alius. ff. Si quis à parent. manumiss. fuer.* In aliquibus tamen casibus parens, qui filium suum emancipavit, à patrono differt: Namque licet si filius emancipatus decesserit turpibus personis heredibus institutis, huic heredi pater omnia bona filii avocare possit: patrono tamen non permittitur, à turpi persona, à liberto suo herede instituta, plùs quàm tertiam partem bonorum liberti petere, *l. Pantonius in princ. iunct. gloss. ff. Si quis à parent. manumiss. fuer.* Et licet parens, qui accepit precium emancipationis à filio bonorum possessionem contra tabulas filii petere non queat, *l. 1. §. si parens. ff. Si quis à parent. manumiss. fuer.* patrono tamen, qui à liberto precium manumissionis accepit, bonorum possessio contra tabulas liberti non denegatur, *l. 1. C. De bon. libert. l. etiam. C De obseq. patron. præstand.* Præterea licet filii patroni non secus ac ipse patronus succedant, liberto atque ipsis bonorum possessio contra tabulas liberti detur, *l. multis. infr. De succes. libert. l. Libertinus. §. 1. ff. De bon. libert.* filii tamen emancipantis patris non habent illud jus in bonis emancipati, *l. 1. §. liberos. ff. Si quis à par. manum. fuer.* Et licet patrono detur actio Faviana ad repetendum alienata à liberto in fraudem ipsius, parenti tamen hæc actio denegatur, *l. non usq. ff. Si quis à parent. manum. fuer.* Huc accedit, quod licet patrono permissum sit, à liberto operas stipulari, parenti tamen à filio suo emancipato operas stipulari non concedatur, *l. pen. ff. Si quis à parent. manumiss. fuer. l. pen ff. De obseq. libert.* His adde, quod licet pater, qui filium suum propter culpam vel delictum invitus emancipare coactus fuit, ad succes-

sio-

cessionem filii non admittatur, *l. fin. ff. Si quis à parent. manumiss. fuer. Ang. hic. §. fin.* nec etiam è converso filius, qui propter delictum suum à patre emancipatus fuit, patri ab intestato succedat, *arg. l. fin. C. De indict. viduit. toll.* patronis tamen, qui etiam invitus servum suum manumisit, indistincte liberto suo succedit, *gloss. d. §. praterea verb. invitus. Quamvis in hoc contrarium & rectius mea sententia teneat Sylvest. Aldobr. d. §. praterea.* Tertiò emancipatio hoc operatur, ut filius emancipatus suus heres patri esse desinat, *§. 1. infr. De hered. qual. & differ. Ias. l. Qui se patris. n. 19. C. und. liber.* Ideoque licet filius in potestate patris constitutus, hereditatem patris etiam non aditam vel agnitam ad quoscunque heredes transmittat: emancipatus tamen hereditatem non aditam patris sui, regulariter non transmittit, *Bald. Auth. in successione. C. De suis & legit. heredib. Ang. l. emancipata. & ibi Ias. n. 6. C. Qui admitt. Ang. Paul. de Castr. & Alex. l. si emancipati. & ibi Ias. n. 26. C. De collat. Ias. l. filio pater. n. 17. ff. De legat. 1.* Et licet filius emancipatus, unà cum filio pariter emancipato patri succedens bona sua non conferat: filius tamen emancipatus cum filio in potestate patris constituto patri succedens, omnia bona sua confert, *d. l. si emancipati. & ibi gloss. Ias. & Dd.* Præterea ex hoc sequitur, quòd quamvis suo heredi, qui hereditatem patris repudiavit, permittatur ab hac repudiatione desistere, & hereditatem paternam amplecti, *l. fin. C. de repud. hered.* filio tamen emancipato hoc permissum est, *Ias. d. l. fi. C. de repud. hered. Ias. d. l filio pater. n. 19.* Huc accedit, quòd institutio filii emancipati sub conditione casuali rata sit, licet hic filius in defectu conditionis exheredatus non sit, *Ias. l. filio à patre. n. 8. ff. de lib. & posth.* Quamvis in filiis in potestate 51

patris contrarium legibus sancitum sit. Insuper adde, quòd filius in potestate patris constitutus, patri utiliter stipulari possit, licet in filio emancipato id secus sit, *Bart. l. quod dicitur. & ibi Ias. n. 40. ff. De verb. oblig. arg. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. eod. tit. iunct. l. 1. ff. si quis à par. manum. fuer.* Quæ decisiones etiam hodiè locum habent, Namque licet pater filio emancipato, perinde ut filio in potestate constituto utiliter stipuletur, *Bart. & Alex. l. quod dicitur. & ibi Ias. n. 34. ff. De verb. oblig. Petr. de Bell. Pert. Ioan. de Immol. & Alex. l. quodcunq;. §. 1. arg. illius text. ff. De verb. oblig.* & hodiè sit sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, §. *nullam. Auth. De heredit. quæ ab intest.* atque etiam hodiè ad similitudinem suorum succedant, *l. meminimus. C. De legit. hered.* propriè tamen loquendo, etiam secundum leges hodiernas emancipati, sui heredes non sunt, §. *1. infr. de hered. qual. & differ. d. l. meminimus. iunct. gloss. l. quod Nerica. ff. Depos.* Ideoque dispositio de suis heredibus loquens, regulariter ad emancipatos non extenditur, *arg. l. 3. §. hæc verba. ff. De negot. gest.* Præterea differentia inter patriam potestatem & emancipationem tantùm est sublata, quoad successionem ab intestato, *d. §. nullam.* secus autem est, quoad successionem ex testamento, *gloss. Auth. Ex causa. & ibi Dd. ff. De lib. præter. gloss. l. Gallus. §. Et quid si tantum. & ibi Dd. ff. De lib. & posthum.* item, collationem, transmissionem, contractus & similes actus: Namque quoad hæc etiam hodiè differentia inter emancipationem & patriam potestatem durat, *gloss. d. l. si emancipati. & ibi Ias. n. 36. arg. l. præcipimus. C. De appellat.* Quinimò aliqui Dd. volunt differentiam inter emancipationem & patriam potestatem tantùm sublatam, quoad liberos primi gradus:

gradus: secus autem esse inquiunt, quoad liberos ulterioris gradus, nepotes nempe vel pronepotes emancipatos: namque in his jura vetera etiam hodiè incorrecta esse tradunt, *Cyn. l. qui se patris. C. und. liber. Iaſ. d. l. ſi emancipati. n. 36. Idemq; Iaſ. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. De liber. & poſth. De qua tamen deciſione ego maximè dubito.*

In Titulum XIII.

DE TUTELIS.

Summaria.

1. *Continuatio.*
2. *Diviſio tituli & ſumma.*
3. *Patris dominive poteſtati ſubjecti tutor non datur. Ratio ibid. Vbi de affectu paterno pulchrè.*
4. *An verò & quando filius banniti & deportati?*
5. *Quidq; hoc caſu de jure Saxonico.*
6. *Quibus etiam caſibus bannito reſtituto, filij ejus tempore banni tutores acceptos retineant.*
7. *Quibus præterea caſibus in poteſtate conſtituto pupillo vel minore, vel tutor vel curator detur, & n. ſeq. & n. 10. & 11.*
8. *Statuto vel conſuetudine cur introduci poſſit, ut in poteſtate conſtituto tutor vel curator dari poſſit.*
9. *Filia nupta in cujus ſit poteſtate?*
Quid de jure Saxonico? Ibid.
11. *Potentia vicina actui pro actu habetur.*
12. *Valet argumentum à ſufficienti partium enumeratione.*
13. *An verò & quibus caſibus argumentum à contrario?*
14. *Tutela quid: deq; definitionis veritate? & n. ſeqq.*
Requiſita bonæ definitionis. Ibid.

Salic. l. ab ea parte. ff. De probat. nisi hoc expressè ei dele-
38 gatum sit, *Sylvest. Aldobr. d. §. praterea. n. 28.* Secundò in emancipatione requiritur præsentia utriusque partis tàm emancipati nempe, quàm emancipantis: namque absens emancipare vel emancipari nequit, *arg. l. neq; absens. & l. post mortem. §. fin. ff. De adopt. iunct. Auth. Econtra. C. De repud. l. prout quisq;. ff. De Solut.* nisi hæc emancipatio fiat per rescriptum ab Imperatore, petente emancipante impetratum, & judici insinuatum, atque emancipatus declaret se huic emancipationi consentire,
39 *l. iubemus. C. De emancipat.* Tertiò in emancipatione requiritur, ut pater filium per se, non autem per procuratorem suum emancipet, *Bart. l. Gallus. §. forsitan. & ibi Iaſ. n. 7. ff. De lib. & posth. arg. d. l. post mortem. §. fin. iunct. d. Auth. Econtra. l. servus furios. ff. De manumiss. l. Curatur.*
40 *ff. Qui & à quib. l. fin. ff. De curat. furios.* Quartò in emancipatione requiritur, ut pater, qui emancipationem facit, emancipationi consentiat: namq; liberos suos nemo invitus emancipare cogitur, sive is pater sit sive avus, *§. fin. h. t. nost. l. nec avus. C. De emancipat.* Quod absque dubio procedit, quoad jus agendi: namque jure actionis pater nullo casu invitus cogi potest filium suum emancipare, *Iaſ. l. quamvis. n. 5. C. De fideicommiss. arg. l.*
41 *filiusfamiliás. §. secundum vulgarem. ff. De legat. 1.* sed officio judicis pater invitus in aliquibus casibus filium suum emancipare cogitur. Et primò pater, qui agnovit legatum vel fideicommissum ipsi sub tali conditione relictum, si filium suum emanciparet, filium etiam invitus emancipare cogitur, *l. si cui. ff. De condit. & demonſtrat. gloss. §. fin. & ibi Ang. & Sylvest. Aldobr. gloss. l. cogi. pater. & ibi Bart. & Alex. ff. Ad SC. Trebell.*

matrem. C. De inoffic. teſtam. Utrum autem, ſi filius, qui 42
à matre ſub illa conditione, ſi à patre emanciparetur, heres inſtitutus fuit, eo caſu, quo pater legatum, quod ipſi ſub conditione emancipandi filium, relictum fuit, agnovit, mortuus fuerit, antequam ipſe à patre emanciparetur, ipſe hereditatem matris non aditam transmittat, *videte Iaſ. d. l. filijs matrem.* Secundò impubes 43
arrogatus vel adoptatus, ſi ipſe pubes factus docere poſſit, ſibi hanc arrogationem vel adoptionem non expedire, ipſe patrem ſuum adoptivum etiam invitum cogere poteſt, ut ipſum emancipet, *arg. l. nonnunquam cum l. ſeq. ff. De adopt.* Quin & quilibet minor 25. annis adoptatus vel arrogatus ſi ipſe fidem faciat, ſe ex hac adoptione vel arrogatione læſum, contra hoc in integrum reſtitui petere poteſt, *l. 3. §. ſi quis minor. ff. De minor.* Tertiò pater, qui voluit filiæ pudicitiam proſtituere, filiam emancipare etiam invitus cogitur, *gloſſ. hic. §. fin. arg. l. ſi lenones. C. De Epiſcop. aud. l. fin. C. De ſpect. l. 11.* Quartò pater filium male & contra pietatem tractans, eum emancipare cogitur, *l. fin. ff. ſi quis à parent. manum. fuer. gloſſ. hic. §. fin. & ibi Sylveſt. Aldobr.* Quintò ex omnibus illis cauſſis, ex quibus filius parentem ſuum exheredare poteſt, quæ recenſentur, §. *& hæc quidem. Auth. ut cùm de appell. cognoſc.* ex iisdem cauſſis filius patrem etiam invitum cogere poteſt, ut ipſum emancipet, *Raph. Cuman. Conſ. 37. Iaſ. d. l. filijs matrem. n. 6. C. De inoffic. teſt.* Quintò in emancipatione requiritur, & con- 44
ſenſus illius, qui emancipatur: namque invitus emancipari nequit, *gloſſ. Ang. & Sylveſt. Aldobr. hic. §. fin. Alex. Conſ. 142. n. 2. lib. 2. Iaſ. Calluc. §. & quid ſi tantùm. n. 50. & l. 1. de teſt. [illegible] ſpecialiter. Auth. Quib. mod.*

natur.effic. fui. Nisi hæc emancipatio fieret ex justa atque legitima caussa: Namque secundum communem atque receptam Dd. sententiam ex justa atque legitima caussa filius etiam injustus emancipari potest, *Bart. Ang. Immol. Paul. de Castr. & Ias. l. quidam cùm filium. arg. ll. text. ff. De verb. oblig. Ang. & Immol. l. utrum. ff. Ad leg. Pomp. de parricid. Bald. l. quamvis. C. De fideicom. Syl. vest. Aldobr. §. fin. hic.* Ideoque ex omnibus illis caussis, ex quibus pater invitus cogitur filium suum emancipare ex iisdem & filius invitus emancipari potest, *arg. l. fin. & ibi Bart. & Ias. C. De indict. viduit. tollend. l. fin. & ibi Bart. ff. De acceptil. l. 1. & ibi Bart. C. De Cupress. lib. 10.* Quod tamen ita intelligendum est, ut procedat, quando hæ caussæ vel culpæ ab ipso filio, de quo emancipando agitur, non autem à patre, qui emancipationem facere vult, commissæ fuerunt: namq; pater talem caussam committens, propter quam filius ipsius etiam invitum ad emancipationem faciendam cogere possit, non debet ex sua culpa hoc lucri sentire, ut ipse filium invitum emancipare possit, *arg. l. sive hereditaria. & ibi gloss. ff. De negot. gest. l. ita q. fullo in princ. ff. De furt. l. non fraudantur. §. nemo. ff. De reg. iur. Abb. Cons. 82. lib. 1. text. l. si servus plurium. §. si quis ante. & ibi Ias. ff. De legat. 1. l. si quis solidum. & ibi Bart. & Immol. ff. De hered. instit. Bart. & Ias. Auth. Hoc amplius. C. De fideicommiss.* Quinimò, si & pater & filius talem culpam commiserit, propter quam emancipatio alteroinvito fieri possit, neutrum ut emancipatio fiat, petere posse statuo, *arg. l. si duæ. ff. De dol. l. si ambo. ff. De compens. at. l. viro at q. uxore. ff. Solut. matrim. c. pen. extra De adulter. l. auxilium. ff. De minor. c. quia frustra. & ibi gloss. extra De usur.* Deinde etiam ex omnibus illis caussis, ex quibus filius exheredari potest, ex iisdem etiam

etiam filium invitum emancipari receptum est, *Salic. l. nec avus. C. De emancip. Sylvest. Aldobr. hic. § fin. arg. l. fin. C. De indict. vid. toll. l. non debet cui. ff. De reg. iur.* Præterea si filius sit rixosus vel delinquere solitus, & statuto vel consuetudine introductum sit, ut pater condemnationem filii in potestate constituti solvere cogatur, pater vitandi futuri periculi gratia justam caussam habet emancipandi filium, *Ang. & Immol. d. l. utrum.* Neque verò tantùm propter has culpas vel caussas, sed etiam propter alias omnes, quæ sunt hisce caussis vel culpis similes vel majores, pater filium invitum emancipare potest, *arg. c. 1. § sed quia. & ibi Dd. quæ fuit prim. causs. l. tale pactum. § fin. ff. De pact. l. ob æs iunct. gloss. C. De præd. minor. gloss. l. fin. C. De revocand. donat. Guilhel. de Cugn. & Ias. Auth. Non licet. C. De liber. præter. Bald. l. solo. C. De liberal. causs. Ang. l. lex Cornelia. ff. De iniur.* Et hæc emancipatio propter prædictas caussas per officium judicis usque ad 30. annos peti potest, *arg. gloss. l. sicut, verb. persecutione, & ibi Bart. C. De præscript. 30. vel 40. annor. Bart. l. prætor. § hoc interdictum. ff. De oper. nov. nunc.* nisi vel filius cum patre, qui hanc culpam commiserat, vel pater cum filio, qui hanc culpam commiserat, reconciliatus fuerit: tunc enim propter hanc culpam ulterius emancipatio peti nequit, *arg. l. 3. §. fin. & ibi Bart. ff. De adimend legat. Ias. l. in arenam. C. De inoffic. testam. Hipol. de Marsil. Rubr. n. 220 ff de fideiuss. Socin. iun. Cons. 59 n. 19. lib. 3. gloss. Matth. de Afflict. & Dd. c. 1. in princ. Quo temp. m. il. Ias. l. 2. C. De iur. emphyt. facit l. 2. C. De iur. domin. impetr.* Deinde etiam infans, licet is neque consentiat, neque consentire possit à patre per rescriptum Imperatoris emancipari potest, *l. pen. C. De emancipat.* Porrò præ- 45
dictis solennitatibus intervenientibus emancipatio facta indistinctè rata est, sive quis liberos primi

sive

sive ulterioris gradus, nepotes nempe vel pronepotes emancipet, *d. §. præterea:* item nulla habita consideratione, in quo loco emancipatio fiat: Namque quocunque loco emancipationem fieri posse receptum est, *l. emancipari. ff. De adopt.* Dummodò tamen hic locus & idoneus, *arg. l. 1. iunct. gloss. C. De SS. Eccles. l. 1. & ibi gloss. C. De fid. instrum. l. quia autem. §. fin. iunct. gloss. ff. De constit. pecun.* & honestus sit, *arg. l. si cùm dies. §. si arbiter.*

46 *ff. De abitr.* Utrum autem in terris Saxonicis filiusfamiliàs eo ipso, quòd is à patre vel separatus est, vel seorsim habitat, emancipatus vel patria potestate solutus sit, dubitatur; In quo dubio ego concludo, licet pater secundum dispositionem juris Saxonici amittat usumfructum in bonis filii sui à se separati sive seorsim habitantis, *Art. 11.* **Landrecht,** *lib. 1.* parens tamen (cùm contrarium in jure Saxonico dispositum non reperiatur) in reliquis omnibus jura patriæ potestatis, quoad filium à se separatum sive seorsim habitantem, retinere, *arg. l. sancimus. C. De testament. l. præcipimus. C. De appellat.* Utrum

47 autem pater, qui filium suum emancipavit, non interveniente solennitate à legibus requisita, hanc emancipationem impugnare, vel contra illam venire possit, *videte l. post mortem in princip. & ibi Bart. & Bald. ff. De adoption.*

48 *Socin. iun. Cons. 93. n. 16. lib. 2.* Et licet emancipatio non intervenientibus solennitatibus legitimis facta, rata non sit, si tamen filiusfamiliàs longo tempore seorsim à patre suo habitaverit, atque se in omnibus pro patrefamiliàs gesserit, ipse à patre legitimè emancipatus præsumitur, *Ias. l. qui in aliena in princ. n. 50. ff. De adquir. heredit. Idemq. Ias. l. si certis annis. C. De pact. arg. l. si filius. C. De*

49 *petit. heredit. Ias. l. sciendum. ff. De verb. obligat.* Porrò effectus

effectus emancipationis sunt, primò, quòd per emancipationem quis à patriæ potestatis vinculis liberetur, *d.* §. *præterea.* Quæ conclusio extenditur primò, ut non tantùm filius emancipatus liberetur à potestate patris, sed etiam liberi illius post emancipationem concepti, non in avi, sed ipsius emancipati potestate sint, §. *illud. h. t. nost.* Licet liberi ante emancipationem saltem concepti ex filio emancipato in avi emancipatoris potestate maneant, *d.* §. *illud.* Secundò hæc conclusio extenditur, ut licet filius emancipatus emancipationi renunciet, ipse tamen neque sui juris esse desinat, neque sub potestate patris rursus esse incipiat, *Corn. Cons. 228. lib. 4. arg. l. 1. ff. De adopt. iunct. l. patre furioso. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur. l. qui liberatus. ff. De adopt. l. scientis. C. De ingen. & manum. l. nec si volens. C. De liber. causs.* Hæc conclusio fallit primò, si emancipatio sit simulata vel imaginaria: tunc enim per eam quis à potestate patris non liberatur, *Card. Paris. Cons. 53. n. 39. lib. 1. arg. l. 2. C. De emancipat. l. nuda. & ibi gloss. ff. De contrah. empt. l. emptor. & ibi Bart. ff. De aq. pluv. arcend. l. imaginaria. ff. de reg. iur.* Secundò hæc conclusio fallit, quando emancipatio est facta in fraudem alterius: tunc enim illa non valet, nec filium à potestate patris liberat, *Bald. Rubr. C. De revocand. his, quæ in fraud. credit. Ias. l. non dubium. n. 48. C. De legib. facit. l. 1.* §. *is quoq; & ibi Bart. ff. De collat. bonor.* Secundò emancipatio hoc operatur, ut pater emancipator in bonis filii emancipati, idem jus consequatur, quod consequitur patronus in bonis liberti à se manumissi, *d.* §. *præterea.* Ideoque sicut patronus nihil juris habet in bonis Castrensibus vel quasi; & quoad illa ipsi bonorum possessio contra tabulas liberti denegatur, *l. etiam.* §. *pa-*

tronus. ff. De bon. libert. Ita etiam & parenti in bonis Castrensibus vel quasi filii bonorum possessio contra tabulas denegatur, *l. 1. §. est & alius. ff. Si quis à parent. manumiss. fuer.* In aliquibus tamen casibus parens, qui filium suum emancipavit, à patrono differt: Namque licet si filius emancipatus decesserit turpibus personis heredibus institutis, huic heredi pater omnia bona filii avocare possit: patrono tamen non permittitur, à turpi persona, à liberto suo herede instituta, plùs quàm tertiam partem bonorum liberti petere, *l. Pantonius in princ. iunct. gloss. ff. Si quis à parent. manumiss. fuer.* Et licet parens, qui accepit precium emancipationis à filio bonorum possessionem contra tabulas filii petere non queat, *l. 1. §. si parens. ff. Si quis à parent. manumiss. fuer.* patrono tamen, qui à liberto precium manumissionis accepit, bonorum possessio contra tabulas liberti non denegatur, *l. 1. C. De bon. libert. l. etiam. C De obseq. patron. præstand.* Præterea licet filii patroni non secus ac ipse patronus succedant, liberto atque ipsis bonorum possessio contra tabulas liberti detur, *l. multis. infr. De succes. libert. l. Libertinus. §. 1. ff. De bon. libert.* filii tamen emancipantis patris non habent illud jus in bonis emancipati, *l. 1. §. liberos. ff. Si quis à par manum. fuer.* Et licet patrono detur actio Faviana ad repetendum alienata à liberto in fraudem ipsius, parenti tamen hæc actio denegatur, *l. non usq. ff. Si quis à parent. manum. fuer.* Huc accedit, quod licet patrono permissum sit, à liberto operas stipulari, parenti tamen à filio suo emancipato operas stipulari non concedatur, *l. pen. ff. Si quis à parent. manumiss. fuer. l. pen ff. De obseq. libert.* His adde, quod licet pater, qui filium suum propter culpam vel delictum invitus emancipare coactus fuit, ad successio-

cessionem filii non admittatur, *l. fin. ff. Si quis à parent. manumiss. fuer. Ang. hic.* §. *fin.* nec etiam è converso filius, qui propter delictum suum à patre emancipatus fuit, patri ab intestato succedat, *arg. l. fin. C. De indict. viduit. toll.* patronis tamen, qui etiam invitus servum suum manumisit, indistincte liberto suo succedit, *gloss. d.* §. *praterea verb. invitus. Quamvis in hoc contrarium & rectius mea sententia teneat Sylvest. Aldobr. d.* §. *praterea.* Tertiò emancipatio hoc operatur, ut filius emancipatus suus heres patri esse desinat, §. *1. infr. De hered. qual. & differ. Ias. l. Qui se patris. n. 19. C. und. liber.* Ideoque licet filius in potestate patris constitutus, hereditatem patris etiam non aditam vel agnitam ad quoscunque heredes transmittat: emancipatus tamen hereditatem non aditam patris sui, regulariter non transmittit, *Bald. Auth. in successione. C. De suis & legit. heredib. Ang. l. emancipata. & ibi Ias. n. 6. C. Qui admitt. Ang. Paul. de Castr. & Alex. l. si emancipati. & ibi Ias. n. 26. C. De collat. Ias. l. filio pater. n. 17. ff. De legat. 1.* Et licet filius emancipatus, unà cum filio pariter emancipato patri succedens bona sua non conferat: filius tamen emancipatus cum filio in potestate patris constituto patri succedens, omnia bona sua confert, *d. l. si emancipati. & ibi gloss. Ias. & Dd.* Præterea ex hoc sequitur, quòd quamvis suo heredi, qui hereditatem patris repudiavit, permittatur ab hac repudiatione desistere, & hereditatem paternam amplecti, *l. fin. C. de repud. hered.* filio tamen emancipato hoc permissum est, *Ias. d. l. fi. C. de repud. hered. Ias. d. l filio pater. n. 19.* Huc accedit, quòd institutio filii emancipati sub conditione casuali rata sit, licet hic filius in defectu conditionis exheredatus non sit, *Ias. l. filio à patre. n. 8. ff. de lib. & posth.* Quamvis in filiis in potestate 51

patris contrarium legibus sancitum sit. Insuper adde, quòd filius in potestate patris constitutus, patri utiliter stipulari possit, licet in filio emancipato id secus sit, *Bart. l. quod dicitur. & ibi Iaſ. n. 40. ff. De verb. oblig. arg. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. eod. tit. iunct. l. 1. ff. ſi quis à par. manum. fuer.* Quæ deciſiones etiam hodiè locum habent, Namque licet pater filio emancipato, perinde ut filio in potestate constituto utiliter stipuletur, *Bart. & Alex. l. quod dicitur. & ibi Iaſ. n. 34. ff. De verb. oblig. Petr. de Bell. Pert. Ioan. de Immol. & Alex. l. quodcunq. §. 1. arg. illius text. ff. De verb. oblig.* & hodiè sit sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, *§. nullam. Auth. De heredit. quæ ab inteſt.* atque etiam hodiè ad similitudinem suorum succedant, *l. meminimus. C. De legit. hered.* propriè tamen loquendo, etiam secundum leges hodiernas emancipati, sui heredes non sunt, *§. 1. infr. de hered. qual. & differ. d. l. meminimus. iunct. gloſſ. l. quod Nerica. ff. Depoſ.* Ideoque dispositio de suis heredibus loquens, regulariter ad emancipatos non extenditur, *arg. l. 3. §. hæc verba. ff. De negot. geſt.* Præterea differentia inter patriam potestatem & emancipationem tantùm est sublata, quoad successionem ab intestato, *d. §. nullam.* secus autem est, quoad successionem ex testamento, *gloſſ. Auth. Ex cauſſa. & ibi Dd. ff. De lib. præter. gloſſ. l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. & ibi Dd. ff. De lib. & poſthum.* item, collationem, transmissionem, contractus & similes actus: Namque quoad hæc etiam hodiè differentia inter emancipationem & patriam potestatem durat, *gloſſ. d. l. ſi emancipati, & ibi Iaſ. n. 36. arg. l. præcipimus. C. De appellat.* Quinimò aliqui Dd. volunt differentiam inter emancipationem & patriam potestatem tantùm sublatam, quoad liberos primi gradus:

gradus: ſecus autem eſſe inquiunt, quoad liberos ulterioris gradus, nepotes nempe vel pronepotes emancipatos: namque in his jura vetera etiam hodiè incorrecta eſſe tradunt, *Cyn. l. qui ſe patris. C. und. liber. Iaſ. d. l. ſi emancipati. n. 36. Idemq; Iaſ. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. De liber. & poſth. De qua tamen deciſione ego maximè dubito.*

In Titulum XIII.

DE TUTELIS.

Summaria.

1. Continuatio.

2. Diviſio tituli & ſumma.

3. Patris dominive poteſtati ſubjectis tutor non datur. Ratio ibid. Vbi de affectu paterno pulchrè.

4. An verò & quando filius banniti & deportati?

5. Quidq; hoc caſu de jure Saxonico.

6. Quibus etiam caſibus bannito reſtituto, filij ejus tempore banni tutores acceptos retineant.

7. Quibus præterea caſibus in poteſtate conſtituto pupillo vel minore, vel tutor vel curator detur, & n. ſeq. & n. 10. & 11.

8. Statuto vel conſuetudine cur introduci poſſit, ut in poteſtate conſtituto tutor vel curator dari poſſit.

9. Filia nuptâ in cujus ſit poteſtate?

Quid de jure Saxonico? Ibid.

11. Potentia vicina actui pro actu habetur.

12. Valet argumentum à ſufficienti partium enumeratione.

13. An verò & quibus caſibus argumentum à contrario?

14. Tutela quid: deq; definitionis veritate? & n. ſeqq.

Requiſita bonæ definitionis. Ibid.

15. *Tutelæ cauſſa* { *Efficiens.* / *Formalis.* / *Materialis.* / *Finalis.*

16. *Expoſitio verbi* Vis *&* Poteſtas, *in definitione tutelæ, pro gloſſ. contra* Dd.

17. *Alia horum verborum expoſitio.*

18. *An & quibus caſibus tutori liceat auctoritate propriâ pupillum apud alium degentem vi abducere?*

19. *Creditor pupilli, cedens tutori actiones, quas adverſus pupillum habet, cur & quibus caſibus jus actionis ceſſæ amittat vel non?*

20. *Cur promiſſio pœnæ facta à tutore pro matrimonio à pupillo contrahendo nulla ſit?*

21. *Servo tutor non datur, nec tutor ipſe.*

22. *Tutela, in quibus à patria poteſtate diſcernatur?*

23. *In quibus à cura.*

24. *Et quomodo à curatione furioſi.*

25. *Verba in definitione* Data *&* Permiſſa *quid reſpiciant?*

26. *Tutela juris civilis eſt.*

27. *Contrario ſtatuto tolli & mutari poteſt.*

28. *Valet argumentum à conjugatis.*

29. *Nomina rebus debent convenientia eſſe.*

30. *Argumentum ab Etymologia an & quando procedat.*

31. *Pater in teſtamento impuberibus ſuis liberis optimâ ratione tutores dat.*

32. *Etiam invitis, ut & furioſis ſimilibus.*

33. *Cur poſthumis, non ventri.*

34. *Et quando nepotibus.*

35. *Et ad quotum gradum.*

Liberorum appellatio diverſimodè extenditur. Ibid.

36. *Liberis non niſi in poteſtate tutor datur.*

Unde infertur. Ibid.

37. *Quid tamen ſi pater filio emancipato tutorem teſtamento dederit?*

38. *Vel filio naturali ex concubina cujus conſuetudo non eſt lege civili prohibita.*

39. *Quidq; si filio ex prorsus damnabili coitu.*

40. *Et quid si mater filio in testamento tutorem dederit.*

41. *Patronus liberto pupillo.*

42. *Extraneus extraneo.*

43. *Tutoris datio facta à parentibus liberis in potestate constitutis, qualiter indistinctè rata sit, & n. seqq. usq; ad n. 49.*

44. *Impuberi testamento tutor dandus. Declaratur ibid.*

45. *Datio in solenni testamento fieri debet, vel codicillis solenni testamento confirmatis.*

46. *Quid tamen si fiat in minus solenni?*

47. *Quidq; si ex caussa præteritionis vel exheredationis testamentum nullum sit?*

48. *In testamento, ut tutoris datio valeat, hereditas debet esse adita.*

49. *Quid verò, si datio in testamento sit cancellata?*

50. *Vtrum tutor in testamento inutiliter datus, testamentarius an dativus sit?*

51. *Vtrum præferatur is tutori legitimo & dativo.*

52. *Et num matri & aviæ.*

53. *Inutiliter in testamento datus confirmationem petere non cogitur, nec tutelam administrare antequam confirmatus fuerit.*

54. *Tutor confirmandus non impedit, quin alius à judice etiam motu proprio dari possit, & dato confirmando adjungi.*

55. *Quid juris, si judex à tutore inutiliter in testamento dato, requisitus ut ipsum confirmet, id facere neglexerit?*

56. *Confirmatio inutiliter dati tutoris in testam. qualiter rata sit.*

IMPERATOR in tit. *supr. De his, qui sunt sui vel alieni iuris,* docuit, quasdam personas esse sui juris, quasdam verò esse alterius potestati subjectas. Et quia in præcedentibus Titulis declaravit cum omnibus quæstionibus incipientibus atque decisionibus juris, quæ personæ alterius potestati subjectæ sint, hic incipit explicare ea, quæ sunt propria illarum personarum, quæ sui juris sunt. 1

Porrò

2 Porrò totus hic titulus dividitur in quinque partes. In prima parte Imperator docet, illarum personarum, quæ sui juris sunt, quasdam esse in tutela vel curatione, quasdam verò neutro jure teneri. In secunda parte ponit definitionem tutelæ. In parte tertia dicit, qui sint tutores. In quarta parte docet, qui tutores dare, & qui-
3 bus tutores dari possint. Ex prima parte colligitur, illis, qui patris vel domini potestati subjecti sunt, tutores vel curatores dari non posse. Namque cùm paternus affectus, omnem siniſtram suspicionem excludens, *l. non solùm. §. de uno. & ibi gloss. ff. De rit. nupt.* nec ullus affectus superet paternum, *l. fin. C. De curat. furios.* & pater plus amet filium quàm semetipsum, *l. isti quidem. §. fin. ff. Quod met. cauſſ. §. fin. infr. De noxal. act.* neque filius meliorem amicum habeat patre, *l. quidam cùm filiumfamiliàs iunct. gloss. ff. De hered. instit. Aym. Cravett. Conſ. 1. n. 2. Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 303. n. 15.* atque etiam pater semper præsumatur capere consilium pro liberis, *l. nec in ea. ff. Ad leg. Iul. de adult.* Ideoque neque persona liberorum, neque bona illorum ulli melius atque tutius, quàm patri, in quorum potestate sunt, committi possint, placuit illi, qui in patris potestate constitutus est, regulariter tutorem vel curatorem dari non posse, *ut hic in princ. l. fin. in princ. C. De curat. furioſ. Socin. iun. Conſ. 79. n. 92. lib. 3.* Similiter nec servis, cùm ipsi in potestate dominorum constituti sunt, tutor vel curator dari potest, *ut hic in princ. l. ſi arrogati. ff. De tutel.* Quæ conclusio extenditur primò, ut relegati, licet infames efficiantur, *l. capitalem in prin. ff. De pœn. l. cognitionum. §. munitur. ff. De var. & extraord. cognit.* cùm tamen ipsi liberos suos in potestate retineant, *§. relegati. ſupr. Quib mod.*

ius patr.

ius patr. poteſt. toll. liberis ipſorum tutor vel curator dari non poſſit, *ut hic in princ.* Secundò hæc concluſio ampliatur, ut filiis bannitorum, qui non ſunt banniti Imperii, ſed inferioris civitatis vel Principis, cùm ipſi regulariter & patriam poteſtatem, & ea, quæ juris civilis ſunt, retineant, tutor dari nequeat, *Corn. Conſ. 55. lib. 2. Sylveſt. Aldobr.* §. *cùm autem. n. 61. ſupr. tit. 1.* Quamvis in hoc contrarium teneant aliqui Dd. eo caſu, quo ſtatuto cautum eſt, ut vel omnia bona, vel pars bonorum banniti applicetur liberis banniti etiam viro bannito, volentes iſto caſu liberis banniti tutorem dari poſſe, *Bald. Auth. Inceſtas. C. De ſecund. nupt.* Quorum ſententia procedit, quoad hoc, ut filiis banniti, qui in poteſtate patris remanent, curator quidem dari poſſit: tutor verò nullo modo, *arg. l. muto.* §. *fin. ff. De tutel.* Ex quo ſequitur, cùm ſecundum diſpoſitionem juris Saxonici, banniti in terris Saxonicis non amittant neque bona, neque jura ſua, niſi ipſi per annum & diem, In der Oberacht/ quæ dicitur bannum Imperii permanſerint, *Art. 38. & ibi gloſſ.* Landrecht. *lib. 1. Rubr.* Von der Acht vnd Verfeſtung. *adiect. Specul. Saxonic. & Proceſſ. Chilian.* Königes/ filiis bannitorum in terris Saxonicis tutorem dari non poſſe, niſi bannitus ultra annum & diem in banno perſeveraverit. Curator tamen filiis pupillis banniti in terris Saxonicis indiſtinctè dari poteſt, licet bannitus nondum ultra annum & diem in banno Imperiali perſeveraverit, *arg. d. l. muto.* §. *fin. l. ab hoſtib.* §. *1. ff. Ex quibus cauſſ. maior. l. 3. C. De captiv. & poſtlim. reverſ.* Tertiò hæc concluſio extenditur, ut licet filius capti ab hoſtibus inſpecto præſenti ſtatu ſui juris judicetur, *gloſſ.* §. *ab hoſtibus. ſupr. tit. 1.* ipſi tamen, quia jus patriæ poteſtatis

4

5

pendet propter jus postliminii, *d. §. ab hostibus*, quamdiu pater captivus vivit, non tutor sed curator dari possit,
6 *d. l. muto. §. fin.* Hæc conclusio fallit primò, si deportatus vel bannitus ab Imperatore restitutus, prodigus sit; tunc enim licet bannitus & deportatus restitutus jura patriæ potestatis recuperet, filius banniti vel deportati & restituti tutorem suum, qui ipsi tempore banni sive deportationis, datus fuit, retinet, *l. fin. §. quibus. & ibi Bart. & Bald. C. De sentent. pass. Sylvest. Aldobr. hic in princ.* Secundò hæc conclusio fallit, si pater bannitus vel deportatus restitutus, sit nimiùm tenax, atque deneget filio sumptus necessarios, tunc enim filius hujus restituti tutorem sibi antea datum, retinet, *Bald l. fin arg. all. text. C. De sentent. pass. facit text. l. 1. §. sed nonnullos. ff. De tutel. & ration. distrah. l. at si quis. §. funeris. ff. De religios. & sumpt. funer. l. 2. §. item si in facto. & ibi Ias. n. 4 ff. De verb. oblig. l. ubi autem. § qui id, quod & ibi Alex. ff. eod tit. l qui non facit. & ibi Dec. ff. De reg. iur. l. si quis maior. C. De transact. gloss. l. 2. in princ. & ibi Ias. n. 10. ff. De verb. oblig. gloss. l. si is, qui ducenta. §. utrum. ff. De reb. dub Corn. Cons. 99. lib. 1.* Tertiò hæc conclusio fallit, si pater bannitus vel deportatus restitutus luxuriosè vivat: tunc enim filius tutorem sibi antea datum retinet: Namq; luxuriosè vivens prodigo æquiparatur, & ipsi perinde ut prodigo bonorum suorum administratio interdici potest, *Bald. l. ea lege. n. 20. & ibi Cels. in addit. C. De condict. ob causs. Bald. c. decorum. extra De vita & honest. Clericor. Alex. in addit. ad Bart. l. fin. n. 2 ver. dilapidaret. C. De sentent. pass. Ias. l. 4. §. sed & quod meretrici. n. 1. ff. De condict. ob causs. Thom. Ferrat. caut. 6. arg. l. & mulieri. & ibi gloss. ff. De curator. furios.*
7 Quartò hæc conclusio fallit, si filius familiàs pupillus vel minor

minor habeat bona, in quibus pater usumfructum: tunc enim huic filiofamiliàs curator bonorum dari potest, *l. fin. §. sin autem. & ibi gloss. Bart. & Bald. C. De bon. quæ liber. Ioan. Fabr. & Ang. hîc in princ.* Quod tamen aliqui Dd. ita demum procedere tradunt, quando pater recusat administrare bona filii, in quibus ipse usumfructum non habet: secus autem esse inquiunt, si pater velit hæc bona administrare, *Raph. Cuman. & Corn. d. §. sin autem. arg. illius text. Salic. Auth. Excipitur. C. De bon. quæ liber. Sylvest. Aldobr. hîc in princ. n. 19.* Quintò hæc conclusio fallit, si filiusfamiliàs minor in judicio agat vel conveniatur, in causis criminalibus vel spiritualibus vel similibus, ex quibus patri nihil quæri potest: tunc enim filiofamiliàs, in patris potestate constituto ad hanc litem curator datur, nec in ea lite patris authoritas sufficit, *Bart. l. fin. §. 1. arg. illius text. ff. De verb. oblig. Bart. l. si infanti. n. 8. & ibi Alex. & Ias. C. De iur. delib. Ang. hîc in princ.* Sextò hæc conclusio fallit, si illum actum, in quo vel patris vel tutoris authoritas requiritur, pater administrare noluerit: tunc enim filio in potestate constituto, quoad hunc actum tutor dari potest, *Ias. l. more. n. 46. ff. De adq. hered. arg. l. impuberi. & ibi Bart. ff. De tutor. & curat. dat. ab his. l. cùm in una. §. tutor, & ibi Bart. ff. De appellat. Alex. Conf. 59. n. 4. lib. 2.* De qua tamen decisione ego nonnihil dubito. Septimò licet filiofamiliàs in potestate patris constituto curator dari nequeat, si tamen curator datus filiofamiliàs, in judicio experiatur, atque judex pronunciaverit ejus personam legitimam esse, nec pars adversa ab hac interlocutoria appellaverit intra decem dies acta judicii cum ipso celebrata valent, nec permittitur parti adversæ ulterius in ista causa ipsi objicere,

quòd juſtus atque legitimus curator non ſit, *Alex. Conſ. 509. n. 4. lib. 2. arg. l. 3. C. Si ex falſ. inſtr. c. cùm dilectus. & ibi gloſſ. fin. extr. De Election. c. ſignificaverunt. extra De teſtib. gloſſ. & Abb. c. cum ceſſante. extra De appell. Bart. l. licet. n. 7. C. De procurat. Bart. Iaſ. & Dd. l. quod iuſſit. ff. De re-*
8 *iudic.* Octavò, cùm illa conſtitutio, quæ vult filio in poteſtate patris conſtituto, tutorem & curatorem dari non poſſe, ſit conſtitutio non juris naturalis vel divini, ſed juris civilis tantùm, dubium non eſt, ſtatuto vel conſuetudine introduci poſſe, ut filiofamiliàs tutor vel curator dari poſſit, §. *ſed naturalia. ſupr. De iur. natur. gent. & civil. l. de quibus. ff. De ll. Bart. l. omnes populi. arg.*
9 *illius text. ff. De iuſtit. & iur.* Ideoque licet ſecundum juris civilis diſpoſitionem filiafamiliàs nupta non liberetur à patria poteſtate, *l. ſi uxorem. & ibi Bald. C. De cond. inſert. Abb. c. literas. n. 27. extra De reſtit. ſpoliat.* præterquam quoad cohabitationem, *c. unaquæq. 13. q. 2.* ſervitia præſtanda, *l. ſicut patronus. & ibi gloſſ. ff. De iur. patronat. l. ſed ſi vir. ff. De donat. int. vir. & uxor. c. eſt ordo. & c. hæc imago. 33. q. 5.* & forum, in quibus caſibus tantùm non autem in aliis à patria poteſtate liberatur & mariti poteſtati quodammodò ſubjicitur, *l. fin. C. De incol. lib. 11. l. cùm quædam puella in princ. & ibi Iaſ. & Dec. ff. De iurisd. omn. iudic. Bald. d. l. ſi uxorem.* neque ipſi maritus vel alius tutor aut curator dari poſſit, *l. maritus. C. Qui tutor. dar. vel cur. poſſ. l. virum. ff. De curat. furioſ.* §. *pen. inſt. De excuſ. tutor.* ſecundum tamen juris Saxonici diſpoſitionem, quælibet mulier nupta, etiamſi ipſa filiafamiliàs ſit, ſtatim atque illa lectum mariti aſcendit, & in poteſtate & in tutela mariti ſui eſſe incipit, *Art. 31. & Art. 45. Landr. lib. 1. gloſſ. Art. 26. col. fin.* Weichbild. *In differ. int. ius civil. & Saxo-*

& Saxon. Differ. 8. Qui maritus tutor uxoris secundum juris Saxonici dispositionem à reliquis tutoribus etiam in hoc differt, quod ipse neque satisdare, neque tutelæ rationem reddere cogatur, neque etiam tanquam suspectus ab administratione tutelæ removeri possit, *gloss. Art. 45.* Landrecht. *lib. 1. gloss. Art. 26. col. fin.* Weichbild. Nonò hæc conclusio fallit in servo impubere, qui de statu suo litigat, huic enim tutor dari potest, *l. ei, qui. ff. De tutor. & curat. dat. ab his. l. 1. & ibi gloss. Qui tutor. vel curat. dar. poss. gloss. hîc in princ. verb. libero.* Eodem modo & filiofamilias impuberi, qui contendit se patris potestati subjectum non esse, tutorem vel curatorem dari posse statuo, *arg. l. illud in princ. ff. Ad leg. Aquil. l. à Titio in pr. in. ff. De verb. oblig.* Decimò, si pater bona filii sui ita dissipet vel dilapidet, ut contra hanc dissipationem vel dilapidationem filio nullo modo consuli possit, patri interdicitur administratio bonorum filii, atque filio si ipse minor sit, curator datur, *Bart. l. cùm oportet. §. cùm autem. C. De bon. quæ liber. Bart. l. fin. n. 2. C. De sentent. pass. arg. l. si cùm dotem. §. si verò dotem. ff. Solut. matrim. l. Imperator. ff. Ad SC. Trebell.* Undecimò, cùm potentia vicina actui, habeatur pro actu: atque paria sint aliquid esse, & aliquid de proximo in esse deducendum esse, *l. non tantùm in princ. ff. De excus. tutor. l. mulier. §. si quis hereditarium servum ff. De condit. instit. l. pen. & ibi Bart. ff. De testam. militar. l. qui pœnæ. §. divus. ff. De manumiss. l. fin. ff. Qui fin. manumiss. ad libert. perven. Iaf. l. admonendi. lect. 1. n. 54. cum seq. ff. De iureiur.* legibus cautum est, servo impuberi, cui fideicommissaria & hereditas & libertas à domino suo relicta fuit, cùm ipse de proximo manumitti debeat, si heres institutus hereditatem do-

10

11

mini adire recuſet, tutorem dandum ut is petat, ut heres inſtitutus hereditatem domini & adeat, & ſervum hunc impuberem manumittat, eique hereditatem reſtituat, *l. ſi impuberis. ff. De tutor. & curat. dat. ab his. De huius tamen legis intellectu videte ea, quæ tradit Bart. & Alex. l. ſi*
12 *res aliena. §. 1. ff. Ad SC. Trebell. Iaſ. hîc in princ.* Secundò ex hac prima parte hujus tituli colligitur, valere argumentum à ſufficienti partium enumeratione, *ut hîc in princ. & ibi Sylveſt. Aldobr. l. patre furioſo. & ibi Bart. Bald. & Iaſ. ff. De his, qui ſunt ſui vel alien. iur. Card. Pariſ. Conſil. 67. n. 18. lib. 4. Socin. iun. Conſ. 14. n. 2. Conſ. 79. n. 94. Conſ. 81. n. 9. Conſ. 100. n. 44. lib. 3. Nicol. Everh. in ſua Topic. in loc. à part. enumerat.* Quod tamen ita demum verum eſt, quando omnes partes ſufficienter enumerantur; ſecus autem eſt, ſi in enumeratione partium aliquid omittatur: tunc enim hoc argumentum non procedit, *arg. l. filius. §. filius familiàs innct. gloſſ. ff. De liber. & poſth. c. venerabilem. & ibi Ioan. Andr. Bald. & Abb. extra De elect.*
13 Tertiò ex hac prima parte hujus Tituli colligitur, valere argumentum à contrariis ſive oppoſitis. Quod argumentum an & quibus caſibus procedat, *videte Dyn. c. odia de reg. lib. 6. Bart. Alex. & Iaſ. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. De verb. oblig. Iaſ. Rubr. ff. De adq. poſſeſſ. Nicol. Everh. in*
14 *loc. à contrariis ſive oppoſ.* In ſecunda parte hujus Tituli ponit Imperator definitionem tutelæ traditam à Servio Sulpitio, *teſte Paul. Iureconſ. in l. 1. ff. De tutel.* quæ definitio & ex genere & differentiis conſtat, quòd in omni bona definitione requiritur, *Bart. l. 1. ff. De teſtam. Bald. l. cùm quis. C. De iur. & fact. ignor. Dec. l. omnis definitio. ff. De regul. iur. Nicol. Everh. in loc. à Definition. ad definit.* &, cum definito convertitur, quòd ſimili modo, in omni

omni bona definitione neceſſarium eſt, *l. 1. §. dolum. ff. De dol.* Porrò genus tutelæ eſt VIS atque POTESTAS. Namque cùm hæc verba non tantùm tutelæ conveniant, ſed prædicentur de multis ſpecie differentibus, & id, quod prædicatur de multis ſpecie differentibus: & ſecundum Logicorum & Legiſtarum ſententiam genus definiti judicetur, *Bart. l. legato generaliter. n. 1. ff. De legat. 1. Bart. l. qui uſumfructum. n. 3. ff. De verb. obligat. Dec. l. 1. n. 7. ff. De regul. iur. arg. l. ſemper in generalioribus. ff. cod.* dubium non eſt, hæc verba genus tutelæ conſtituere. Reliqua verò in definitione tutelæ poſita, ſunt differentiæ, per quas tutela à reliquis poteſtatibus ſecernitur, quæ differentiæ ſunt ſumptæ à cauſſis & effectibus tutelæ. Namque cauſſa efficiens 15
tutelæ eſt jus civile, cauſſa formalis, ipſa vis atque poteſtas in capite libero impubere: Cauſſa materialis, circa quam, eſt ipſum caput liberum; Cauſſa verò finalis eſt, ut ipſum caput liberum tueatur & defendatur, *ita inquit Bald. in l. 1. in princ. ff. De tutel. quamvis eum aliter ſed malè referat Sylveſt. Aldobr. hic in princip.* Similiter & effectus tutelæ eſt, quòd is, qui ſe per ætatem tueri atque defendere nequit, per tutoris perſonam tuetur. Et hanc definitionem à cauſſis & effectibus deſumptam legitimam & juſtam eſſe, nos in explicatione definitionis actionis tradidimus, *& idem docet Dec. in Rubr. n. 7. ff. De probat.*

Porrò circa genus tutelæ annotandum, gloſas ex- 16
ponere hæc verba VIS atque POTESTAS, id eſt, violenta poteſtas, *gloſſ. hic in princ. verb. Vis. gloſſ. l. 1. verb. Vis. ff. De tutel.* Eò, quia tutor & invitus, *infra De excuſationib. tutor.* & invito dari poteſt, *l. 2. ff. De tutel.*

l. nec

l. nec non. ff. De tutor. & curat. dat. ab his. Et licet hanc expositionem aliqui Dd. improbent, *Bart. l. 1. ff. De tutel.* eam ob causſam quòd interdum & volentibus, *l. 2. & Auth. Matri & aviæ. C. Quand. mul. tutel. offic. fung.* & affectantibus tutela decernitur, *l. tria onera. ff. De excusat. tutor.* Ego tamen hac ratione non obstante hanc expositionem glosæ, & non incommodam esse & sustentari posse, unà cum Sylvest. Aldobr. *hic in princ.* judico. Namque licet interdum officium tutelæ, & volenti & affectanti decernatur, cùm tamen plerumque & secundum communiter accidentia nemo sanus onus tutelæ affectet vel sponte subeat, ego hanc explicationem incommodam non esse statuo. In jure enim nostro civili secundum communem atque receptam Dd. sententiam, sufficit definitionem secundum id, quod communiter accidit, concludere, *Abb. in Rub. & ibi Dec. n. 3. extra De iudic. Alber. de Rosat. & Cagnol. l. omnis definitio. ff. De reg. iur. Salic. l. precibus. C. De impub. & aliis substit. Alex. Rubr. ff. Solut. matrim. Ang. Cons. 71. Aret. l. 1. ff. De testam. Bald. Novell. in tract. De dot. col. 2. Dec. l. 1. & l. imperium. ff. De iurisd. omn. iudic. Curt. iun. Rubr. C. De impub. & al. substit. Sylvest. Aldobr. hic in princ. arg. l. 1. ff. De legib. iunct. l. legis virtus. ff. cod. tit. l. 1. ff. De testam. iunct. l. miles. C. De testam. milit. l. nam ad ea. ff. De legib. l. suus quoq;. §. puto. ff. De*
17 *hered. instit.* Secundò hæc verba VIS atque POTESTAS, exponunt aliqui, virens sive vigens potestas, *Bart. d. l. 1. ff. De tutel. Ang. hic in princ.* Quæ expositio licet simili modo tolerari possit: ego tamen veriùs judico, hæc verba, Vis atque Potestas pro possibilitate sive facultate aliqua accipi, prout illa verba accipienda esse voluit Sylvest. Aldobr. *hic in princ.* Et his verbis in ista significa-

tione

tione sæpè probati auctores utuntur. Namque & apud Terentium reperitur. Hìc me magnificè effero, qui vim tantam in me & potestatem habeam, tantæ astutiæ. Et Cicero *lib. 3. de natur. Deor.* inquit, Improborum igitur securitates secundæque res redarguunt, ut Diogenes dicebat vim omnem Deorum ac potestatem. Porrò 18 ex hoc, quod in definitione tutelæ dicitur, Tutela est vis atque potestas in capite libero: colligunt Dd. si pupillo vel pupillæ apud alium degenti, magnum discrimen personæ suæ immineat, permitti tutori propriâ auctoritate, etiam hominibus ad hoc coactis est isto discrimine eripere, adducere ad se, & vel apud se retinere, vel alteri, apud quem tutò degere possit, committere, *Aym. Cravett. Cons. 18.* Quod tamen ita demum procedere judico, si pupillus vel pupilla à tutore vi abductâ fuerit: tunc enim tutori permitti debet, hunc pupillum vel pupillam etiam vi eripere atque recuperare, *Aym. Cravett. d. Cons. 18. n. 8. arg. l. 3. §. eum igitur. & ibi gloss. & Bart. ff. De vi arm. c. olim. extra De restit. spoliat. gloss. Bart. & Bald. l. 1. C. und. vi. gloss. c. significasti. Cl. 2. extra De homicid. Bald. l. 1. C. De decur. & cohort. Paul. de Castr. Cons. 339. Incipient. Priusquam iura fierent. col. 3. lib. 1.* Sin autem pupillus vel pupilla tutori vi non fuerit abducta, sed ei imminet discrimen vel periculum ab eo, apud quem sponte vel judice permittente degit, tutori simili modo permittitur pupillum vel pupillam auctoritate propriâ etiam hominibus coactis ex hoc periculo sive discrimine eripere & abducere, si vel judicis copia desit, *arg. l. generali, & ibi Bart. ff. Quod vi aut clam. gloss. l. nullus. C. De Iudæ. Bart. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. De his, quæ in fraud. credit. Ias. §. omnium. infr. De action.* vel pe-

major factus hoc debitum quocunque errore, creditori solutum, repetere possit, *Bald. Auth. ut hi, qui se obl. hab. per hib. in princ. n. 11. arg. l. si non sortem. §. interdum. ff. De condict. indeb.* Hoc tamen fallit, si creditor tutori cesserit actionem ipsi contra pupillum competentem vel ignorans, hunc, cui successio fit, tutorem esse, *arg. l. si defunctus. §. quòd si alter. ff. De procurat. l. 2. ff. Si libert. ingen. esse dicat. l. generali. C. De tabulat. lib. 10. gloss. l. fin. ff. De rei vendic. gloss. d. Auth. Minoris, verb. iacturam*, vel bona fide: hisce enim casibus creditor jus actionis cessæ non amittit, *Spec. §. 1. n. 4. de cession. action. Abb. c. ex parte. n. 4. extra de alienat. iudic. mutand. causs. fact. arg. l. qui stipendia. C. De procurat.* Tertiò cùm matrimonia debeant esse 20
libera, nec metu pœnæ astringi, *l. Titia in princ ff. De verb. oblig. l. neg. ab initio. C. De nupt. c. gemina. extra De sponsal.* & verisimile sit, pupillum sive pupillam propter vim atque potestatem, quam tutor in ipsos habet, facilè tutoris voluntati obtemperaturos, placuit promissionem pœnæ factam à tutore pro matrimonio à pupillo vel pupilla contrahendo nullam esse, *Bart. Cons. 45. lib. 1. Ias. d. l. Titia in princ. n. 12. arg. l. heres meus. §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* Deinde ex eo, quod in definitione tutelæ 21
dicitur, tutela est vis atque potestas in capite libero, sequitur, neque servum, *infra De testam. tutel. in princ. Bart. l. 1. ff. De tutel. Sylvest. Aldobr. hic in princ.* neque servo tutorem dari posse, *l. si arrogati. ff. De tutel.* Et 22
per hoc, quod in definitione tutelæ dicitur, AD TUENDUM, discernitur tutela à patria potestate, *gloss. hîc. & ibi Ang. & Sylvest. Aldobr. gloss. & Bart. l. 1. ff. De tutel.* Namque licet & patria potestas introducta sit ad hunc finem, ut filius per illam & tueatur &

defendatur, *l. fin. C. De curat. furios. l. fin. C. De bon. quæ liber.* cùm tamen patria potestas principaliter non propter tuendum filium, sed propter alios effectus introducta sit, tutela verò principaliter, propter tuendum pupillum inventa sit, dubium non est, per hæc verba in definitione tutelæ posita & imperatorem, *ut hìc in prin.* & Jureconsultum *in l. 1. ff. De tutel.* tutelam à patria potestate discernere voluisse. In omni enim actu id inspicitur, idque actui denominationem tribuit, quod principaliter non autem id, quod in consequentiam fit, *l. 1. ff. De auctor. tutor. l. si quis nec causſam in princ. ff. Si cert. petat. l. quæritur. ff. De stat. homin.*

23 Præterea in definitione tutelæ ponitur verbum EUM, quod denotat tutorem principaliter, non bonis, sed personæ pupilli dari, *§. certæ. infra De testam. tutel. l. quia personæ. ff. eod. tit.* atque tutorem à curatore differre, qui principaliter non personæ, sed rebus datur,

24 *l. in copulandis. C. De nupt.* Deinceps in definitione tutelæ ponitur, qui per ætatem se defendere nequit, ad differentiam curatoris furiosi, qui tàm personæ quàm rebus furiosi datur, non propter ætatem, sed propter aliud impedimentum furorem nempe, *l. furioso. l. in*

25 *rem. & l. & mulieri. ff. De curat. furios.* Sequitur ulterius in definitione tutelæ JURE CIVILI DATA AC PERMISSA, quæ verba quatenus dicunt DATA, respiciunt tutelam legitimam, quæ immediatè ex legis dispositione descendit, *l. legitimos. ff. De legit. tutor.* quatenus verò dicunt, PERMISSA, respiciunt tutelam testamentariam, quæ à testatore immediatè intercedente legis permissione originem trahit, *l. 1. & omnib. ll. illius tit. ff. De testam. tutel.* vel dativam, quæ à judice ex permissione legis

legis decernitur, *l. 1. & omnib. ll. illius tit. ff. De tutor. & curat. dat. ab his.*

Porrò ex hoc, quod in definitione tutelæ dicitur, 26
JURE CIVILI DATA & PERMISSA, colligitur, quòd licet omnes contractus sint regulariter jùris gentium, *l. ex hoc iure. & ibi Bart. ff. De iustit. & iur.* quasi contractum tamen tutelæ juris civilis esse, *gloss. hic. verb. iure civili. & ibi Angel. n. 1. Sylvest. Aldobr. n. 13. Bart. d. l. ex hoc iure. n. 17.* Ideoque leges de materia tutelæ loquen- 27
tes facilimè statuto vel consuetudine & tolli & mutari possunt, *arg.* §. *sed naturalia. supr. De iur. natur. gent. & civil. l. de quibus. ff. De ll.* unde rectè docent Dd. valere statutum, quo cavetur, non tantùm tutorem, sed & curatorem testamento dari posse, *Bald. l. 2. in princ. ff. De vulg. & pupill. substit.* Similiter ex hoc sequitur, tempus tutelæ præscriptum consuetudine vel statuto & restringi & ampliari, atque statuto vel consuetudine introduci posse, ut tutela vel finiatur decimo anno ætatis vel duret usque ad decimum octavum, *Bald. l. matres in fin. C. Ad Tertull.* In tertia parte hujus tituli docet Impera- 28
tor, qui dicantur tutores. Ex qua tertia parte colligitur primò, valere argumentum à conjugatis, *arg. l. 1.* §. *pactum. ff. De pact. c. pactum. extra De verb. signific. l. si cognatis. ff. De reb. dub. l. vetus fuit quæstio. ff. De usufr. Bald. l. quod dicitur. ff. De liber. & posth. Alex. Cons. 36. lib. 2. Ioan. Andr. in c. in iudicijs. De reg. iur. lib. 6.* Secundò ex hac 29
tertia parte colligitur, quòd nomina debeant esse convenientia rebus, §. *est & aliud. infr. De donat. l. decernimus. C. De Episcop. & Cleric. l. 1. C. De offic. præfect. urb. l. defensores. la 2. C. De defens. civitat. l. à nullo. C. De fer. c. admonere. & ibi gloss. verb. dici. 33. q. 2.* In quarta parte hujus 30

tituli docet Imperator, unde tutores dicti sive denominati sint. Ex qua parte notate, jure nostro receptum esse, modum argumentandi ab Etymologia sive allusione vocabuli. De quo argumento, an & quando illud procedat, *videte Ang. infr. De testam. in princ. arg. illius text. Bart. Salic. Alex. Iaf. Dec. & Dd. l. 2. §. appellata. ff. Si cert. pet. at. Bart. Ang. Alex. & Iaf. l. 1. in princ. ff. De adquir. possess. Bart. Bald. & Alex. Rubr. ff. Solut. matrim. Abb. & Felin. in proœm. decretale in salutation. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loc. ab Etymolog.* In quinta & ultima
31 parte hujus tituli docet Imperator, Quibus testamento tutores dari possint; & concludit parentibus permissum esse liberis suis impuberibus utriusque sexus testamento tutorem dare, *ut hic. §. permissum*, cujus decisionis hæc ratio redditur: namq; cùm nullus affectus vincat paternum, *l. fin. in prin. C. De curat. furios.* & pater semper præsumatur consilium capere pro liberis suis, *l. nec in ea. §. fin. ff. Ad leg. Iul. de adult.* optimâ ratione introductum fuit, patrem liberis suis & testamento tutorem dare posse, *d. §. permissum.* & hunc tutorem omnibus aliis præferendum, *l. de creationibus. C. De Episcop. audient. l. si quis sub*
32 *conditione. ff. De testam. tutel.* Quæ conclusio ampliatur primò, ut pater filiis suis impuberibus, etiam invitis testamento tutores dare possit, *gloss. hic, verb. impuberibus. arg. l. nec non. ff. De tutor. & curat. dat. ab his.* Secundò hæc conclusio ampliatur, ut patri permittatur liberis suis etiam furiosis, mente captis, surdis vel mutis tutorem dare, *l. qui habet in princ. l. muto in princ. & §. surdo. ff. De tutel. l. nec mandante. §. fin. ff. De tutorib. & curator.*
33 *dat. ab his.* Tertiò licet ventri testamento tutor dari nequeat, *gloss. Rubr. ff. De tutel. Ioan. de Plat. Ang. & Sylvest.*

Sylveſt. Aldobr. hic. §. cùm autem. arg. l. ventri. ff. De tutor. & curator. dat. ab his: & curator ventri in teſtamento datus non aliter legitimus atque juſtus reputetur, niſi ipſe à judice confirmatus fuerit, *l. ſi mulier iunct. gloſſ. ff. Quemad. teſtam. aper.* ejusque officium expiret, poſthumo nato, *l. 1. §. tamdiu. ff. De ventr. in poſſeſſ. mitt.* Cùm tamen tutoris datio, illius, cui tutor datur, favorem reſpiciat, *Bart. l. liberorum. ff. De verb. ſignific.* & poſthumi in iis, in quibus de ipſorum commodo agitur, regulariter pro jam natis habeantur, *l. qui in utero. & ibi Bart. & Bald. ff. De ſtat. homin. l. etiam. ff. De minor. l. ex facto. §. ex facto. ff. Ad SC. Trebell. l. 2. §. in filijs. ff. De decurion. l. cùm inter. C. De fidcicomm. libert.* legibus expreſsè cautum eſt, non tantùm liberis jam natis, ſed etiam poſthumis tutorem teſtamento dari poſſe, *ut hic. §. cùm autem. & ibi Ang. & Sylveſt. Aldobr. l. 11. ff. De teſtam. tutel.* Quartò hæc concluſio extenditur, ut 34
patri permittatur non tantùm filiis ſuis, ſed etiam nepotibus tutorem teſtamento dare, *d. §. permiſſum. l. 11. ff. De teſtament. tutel.* Quod tamen ità demum verum eſt, ſi mortuo avo nepotes in poteſtatem patris ſui recaſuri non ſint, Namque ſi mortuo avo nepotes in poteſtatem patris ſui recaſuri ſunt, avus illis tutorem dare nequit, *d. §. permiſſum. d. l. 1. ff. De teſtam. tutel.* etiamſi hic avus miles ſit, *l. 2. ff. De teſtam. tutel. gloſſ. fin. d. §. permiſſum facit. l. impuberi. ff. De admin. tutor.* Quamvis tamen, ſi avus teſtamento ſuo tutores dederit nepotibus ſuis vivo adhuc tempore teſtamenti conditi, & in poteſtate retento filio, ex quo hi nepotes nati ſunt, tutoris datio rata ſit, ſi hic filius poſt teſtamentū conditum,

ante

ante mortem avi vel mortuus vel emancipatus fuerit,
35 *l. si hereditas. §. qui filium. ff. De testam. tutel.* Quintò licet liberorum appellatio tantùm usque ad trinepotes secundum propriam verbi significationem extendatur, *l. Iurisconsultus. §. parentes. ff. De gradib. affin. & consang.* cùm tamen in iis, quę favorem filiorum respiciunt liberorum appellatio ultra trinepotes extendatur, *l. liberorum. ff. De verb. signific. l. 4. §. parentes. & ibi Ias. ff. De in ius vocand.* & tutela liberorum favorem respiciat, *Bart. d. l. liberorum:* placuit liberis sive descendentibus nostris etiam ultra trinepotem tutorem dari posse, *Ang. & Sylvest.*
36 *Aldobr. d. §. permissum.* Et licet liberis nostris tutorem testamento dare permissum sit, non omnibns tamen liberis, sed illis tantùm, qui in potestate nostra sunt tutorem dare licet, *ut hic. §. permissum. l. 1. ff. De testam. tutel.* Ideoque cùm neque pater habeat in potestatè sua liberos emancipatos, §. *emancipati. infr. De hered. quæ ab intest. defer.* naturales vel spurios, *supr. De patr. potest. in prin. §. si adversus. supr. De nupt.* neque mater habeat in potestate sua liberos & naturales & legitimos, §. *fœminæ. supr. De adopt.* sequitur neque patri permissum esse in testamento suo tutorem dare filio suo emancipato, §. *fin. h. t. nost.* naturali, *arg. l. fin. C. De confirm. tutor. l. naturali in princ. ff. eod. tit.* vel spurio, *gloss. Bart. & Bald. l. 1. ff. De testam. tutel.* neque matri licere ullo modo liberis suis testamento tutores dare, *l. 2. ff. De confir. tutor. l. mater. C. De testament. tutel.* multò verò minùs extraneo penitùs concessum est, testamento suo aliis tutorem dare, *l. 1. ff. De confir. tut.* Similiter ex hoc sequitur, cùm secundum quod jure Codicis cautum est, pater adoptivus si ipse extraneus sit, filium adoptivum in potestate sua

sua non habeat, *l. pen. C. De adopt.* patrem adoptivum, extraneum, hodiè filio suo adoptivo, testamento tutorem dare non posse, *Bart. l. naturali. §. si quæratur. ff. De confirm. tutor. Ang. d. §. permissum.* Hoc tamen non procedit in filio impubere à potestate patris dignitate liberato, quod fieri posse dubio caret, *Bart. l. quidam consulebat. ff. De re iudic. Oldrad. Cons. 52. Bald l. fin. C. sentent. rescind. non poss. Abb. & Felin. c. cùm vigesimum. extra De offic. deleg. Alex. Ias. & Dec. l. fin. C. De testam. milit.* Namque cùm hic potestate patris liberatus non judicetur, in iis, quæ commodum sive emolumentum ipsius respiciunt, *§. fin. Auth. Constit. Quæ de dignitat.* atque tutoris datio favorem sive commodum illius, cui tutor datur, respiciat, *Bart. d. l. liberorum.* dubium non est, filio propter dignitatem ipsius à potestate patris liberato, perinde ut filio in potestate patris retento tutorem à patre dari posse, *Alber. de Rosat. l. 1. ff. De testam tutel. Sylvest. Aldobr. d. §. permissum, n. 13. & 15.* Et licet ei, qui in potestate 37
testatoris constitutus non est, tutor dari testamento nequeat, si tamen pater filio suo emancipato tutorem testamento dederit, hic tutor à judice omnimodò & absq; inquisitione confirmari debet, *ut hic. §. fin. & ibi Ang & Sylvest. Aldobr. l. 1. ff. De confirm. tutor. Bart. d. l. naturali. §. fin.* nisi vel testamentum conditum vel tutor mores, conditionem vel statum suum mutaverit in deterius, *l. in confirmando. ff. De confirm. tutor. l. pater. §. fin. ff. De test. tutel. c. pastoralis. extra De except. c. præsentium. & ibi gloss. extra De testib. c. ut circa. & c. nulli. De Elect. lib. 6.* Si- 38
militer & tutor datus à patre in testamento filio suo naturali, à judice confirmari debet, cum distinctione tamen: Namque tutor datus à patre filio naturali, quem

ipse neque heredem instituit, neque cui quicquam in testamento reliquit, non nisi cum inquisitione à judice confirmari debet, *d. l. naturali in princ.* sin autem huic filio naturali, cui testamento tutor datus fuit, à patre suo aliquid, titulo hereditario vel legati relictum fuerit, tutor ipsi datus omnimodò & sine inquisitione confirmatur, si hic pupillus habeat nulla alia bona, quàm quæ ipsi à patre relicta fuerunt, *arg. l. si patronus. ff. De confirm. tutor.* sin verò pupillus alia bona habuerit, tutor quidem à prætore confirmatur, sed aliorum bonorum, quæ ille pupillus aliundè adquisivit administratio, non nisi præcedente inquisitione huic tutori decernitur, *Bart. d. l. naturali. §. 1. Ang. hic. §. permissum. arg. l. fin. C. De confirm. tutor.* Quod tamen ita demum procedit, si hic filius naturalis sit natus ex concubina, cujus consuetudo legi-
39 bus civilibus prohibita non est: Secus autem est, si hic filius naturalis sit spurius vel ex complexu damnabili, aut legibus prohibito natus: tunc enim tutor ei à patre testamento datus, à judice confirmari non debet, *gloss. Bart. & Bald. l. 1. ff. De testam. tutel.* Quod absque dubio verum est, inspecto jure civili: Eò, quia secundum quod jure civili cautum est, filius ex damnato concubitu natus, nec nomen filii meretur, nec pater ei etiam alimenta relinquere potest, *§. fin. Auth. Quib. mod. natur. effic. sui. Auth. Ex complexu. C. De natural. lib.* secus autem esse judico hodiè secundum juris canonici dispositionem, cùm de illo jure pater liberis suis tàm spuriis quàm ex damnabili concubitu natis alimenta & dotem relinquat, *c cùm haberet. & ibi Abb. extra De eo qui dux. in uxor. quam per adult. poll. Bart. l. fin. ff. De his, quib. ut indig. Cæ-*
40 *poll. Caut. 38.* Eodem modo & tutor datus filio in testamento

mento matris, confirmatur à judice vel cum modica inquisitione, si mater hunc filium heredem instituerit, *l. pater in princ. ff. De testament. tutel. l. puto. §. mater iunct. gloss. ff. De legat. 2.* vel cum majori atque diligentiore inquisitione, si hic filius à matre heres institutus non fuerit, *l. mulier. & ibi Bart. ff. De confirm. tutor. l. mater. C. De testam. tutel. Bart. d. l. naturali. §. 1. Corn. Cons. 284. n. 9. lib. 3.* Tutor quoque datus in testamento pupillo à patrono suo, à judice confirmatur, secundum distinctionem tamen, quam in tutore à matre dato fecimus, *l. qui tutelam. §. fin. ff. De testam. tutel. l. si patronus. & ibi gloss. & Bart. ff. De confirm. tutor.* 41

Præterea & tutor à penitùs extraneo pupillo in testamento datus, cum inquisitione à judice confirmatur, si pupillus à testatore heres institutus fuerit, *l. tutores. & ibi Bart. ff. De confirm. tutor.* licet secus sit, si hic pupillus à testatore, qui tutorem dedit, heres institutus non sit: tunc enim ipse etiam cum inquisitione à judice non confirmatur, *gloss. d. §. si patronus. Bart. d. l. naturali. §. 1.* 42

Porrò tutoris datio facta à parentibus liberis in potestate sua constitutis, indistinctè rata est, sive hi liberi à parentibus suis heredes instituti, sive exheredati sint, *l. pater in princ. ff. De testam. tutel.* item sive hi liberi sint legitimi & naturales simul, sive legitimi tantùm, *Bart. d. l. naturales. §. 1. Ang. d. §. permissum*, nec non si hi liberi per subsequens matrimonium, oblationem curiæ, vel rescriptum Imperatoris legitimati sint, *arg. §. & quoniam variè. §. reliqui. §. illud. §. si quis igitur. & §. generaliter. Auth. Quibus mod. natur. effic. sui. §. liceat igitur. Quibus modis natur. effic. legit. l. iubemus. C. De naturalib. liber. Bart. l. inviti. ff. De his, qui sunt sui vel alieni iuris. Alex. Consil. 2. lib. 1.* 43

Conſ. 70. n. 4. Conſ. 88. n. 4. lib. 6. Socin. Conſ. 65. n. 16. lib. 4. Iaſ. Rubr. ff. De liber. & poſth. Iaſ. l. cùm filiofamiliàs. n. 159. uſq. ad n. 165. ff. De legat. 1. Iaſ. l. ſtis, qui pro emptore, n. 133. uſq. ad n. 154. ff. De uſucap. Iaſ. Auth. Si qua mulier. n. 45. uſq. ad n. 48. C. De SS. Eccleſ. Dec. Conſ. 258. Conſ. 275. n. 6. Conſ. 316. n. 16. Conſ. 399. n. 5. & 6. Card. Pariſ. Conſ. 1. n. 54. uſq. ad n. 59. Conſ. 2. n. 6. Conſ. 4. n. 4. Conſ. 5. n. 11. uſq. ad n. 15. Conſ. 10. n. 74. uſq. ad n. 77. Conſ. 13. n. 19. n 37. uſq. ad n. 53. Conſ. 15. n. 6. uſq. ad n. 8. lib. 2. Conſ. 55. n. 1. 2. & 3. Conſ. 58. n. 44. cum ſeq. lib. 4. Aym. Cravett. Conſ.

44 *138. n. 4.* Secundò ad hoc, ut tutoris datio in teſtamento facta rata ſit, requiritur, ut is, cui tutor datur, impubes ſit: Namque illi, qui pubertatem exceſſit, teſtamento tutor dari nequit, *ut hic. §. permiſſum.* ſi tamen pater filio ſuo puberi, minori adhuc 25. ann in teſtamento ſuo tutorem dederit, hic tutor petente filio pubere & conſentiente eo, qui tutor datus eſt, à judice tanquam curator confirmari poteſt, *arg. l. pater Severinam. §. conditionum. & ibi gloſſ. & Bart. ff. De condit. & demonſtrat. facit text. l. tutores. §. 1. & §. 2. & ibi Bart. ff. De admin. tutor. Iaſ. l. ſi quis in fundi vocabulo. n. 46. ff. De legat. 1. Idem Iaſ. l. qui quartam in princ. n. 10. ff. eod. tit.* Quod tamen ita demum procedit, quando teſtator filio ſuo puberi ſciens eum puberem eſſe, in teſtamento ſuo tutorem dedit: ſecus autem eſt, ſi pater filio ſuo puberi credens eum impuberem eſſe, in teſtamento ſuo tutorem dederit: tunc enim hic tutor tanquam curator in teſtamento datus confirmari nequit, *arg. l. Sciæ egreſſæ. ff. De tutor. & curat. dat ab his iunct. l. obſervare. §. fin. ff. De*

45 *offic. proconſ. l. ſi conſtat. ff. De appellat.* Tertiò tutoris datio facta à patre filio ſuo, non aliter rata eſt, niſi hæc tutoris

toris datio facta fuerit, aut in teſtamento ſolenni, *ut hic, §. permiſſum. & ibi Sylveſt. Aldobr.* vel in codicillis ſolenni teſtamento confirmatis, *l. 3. & ibi Bart. ff. De teſtam. tut.* quod tamen hodiè ſemper præſumitur factum, ſive Codicilli præceſſerint teſtamentum ſive ſecuti fuerint, *§. non autem. infr. De Codicill. l. ab inteſtato. ff. De iur. Codicill. l. ſive initio. C De Codicill. gloſſ. l. ante tabulas. ff. De iur. Codicill. Bart. d. l. 3. ff. De teſtam. tutel. Card. Pariſ. Conſ. 2. n. 43. lib. 3.* Tutoris autem datio, vel in Codicillis teſtamento 46
non confirmatis, quod fit eo caſu, quo quis inteſtatus decedit, *Dyn. Bart. & Bald. d. l. 3. ff. De teſtam. tutel. arg. l. ſæpè cùm ibi notat. ff. De verb. ſignific.* vel in teſtamento aut alia voluntate ultima facta rata non eſt, *l. 1. & l. qui à patre. ff. De confirm. tutor. l. 2. C. eod. tit.* etiamſi hæc ultima voluntas inter liberos condita ſit: namque & in hac voluntate tutoris datio facta rata non eſt, *Bart. & Dd. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. arg. illius text. C. De teſtam. Bart. d. l. qui à patre. Alex. Conſ. 140. lib. 1. Corn. Conſ. 238. lib. 4. Sylveſt. Aldobr. d. §. permiſſum facit. l. final. C. famil. herciſc.* niſi pater in teſtamento imperfecto inter liberos condito non extraneum, ſed unum ex liberis ſuis aliis liberis impuberibus tutorem dederit: tunc enim hic tutor datus juſtus atque legitimus reputatur, *Bart. d. l. qui à patre. Bald. & Fulgoſ. d. §. ex imperfecto. arg. illius text. Corn. d. Conſ. 238. lib. 4. Sylveſt. Aldobr. d. §. permiſſum. & ibi Ang. n. 5. fac. l. fin. C. fam. herciſc. d. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. l. adverſus. C. De except. l. ſi filius, qui patri. ff. De vulg. & pupill. ſubſtit. l. 2. §. poſthumus, in princ. verb. idem eſt circa. ff. De inoffic. teſtam.* Et licet extraneus tutor datus filiis in teſtamento minùs ſolenni vel imperfecto, ipſo jure juſtus

atque legitimus tutor non sit, tamen peti & impetrari potest, ut hic tutor in testamento vel alia ultima voluntate imperfecta vel minùs solenni datus, à judice confirmetur, *l. 1. l. qui à patre, & ibi Bart. ff. De confirm. tutor. l. 2. C. eod. tit. Alex. Cons. 140. lib. 1. Corn. Cons. 238. lib. 4. Ang.*
47 *& Sylvest. Aldobr. d. §. permissum.* Quartò tutoris datio in testamento facta absque judicis confirmatione rata non est, si illud testamentum ex caussa præteritionis aut exheredationis nullum sit, vel per querelam inofficiosi nullum factum fuerit, *l. 1. l. iure nostro. §. fin. ff. De testam. tutel.* Quod tamen hodiè correctum est; Namque secundum dispositionem novellarum Constitutionum tutoris datio facta in testamento solenni, rata est, licet illud testamentum ex caussa præteritionis vel exheredationis nullum sit, *gloss. & Bart. l. 1. ff. De testam. tutel. gloss. & Bart. d. l. iure nostro. §. fin. Bart. d. l. naturali. §. 1. Ang. d. §. permissum. n. 5. Sylvest. Aldobr. d. §. cùm autem h. t. nost. arg. Auth. Ex caussa. & ibi Bart. & Iasc. C. De liber. præter. Bart. l. filio. ff. De iniust. rupt. irrit.*
48 *fact. testam.* Quintò, requiritur ad hoc, ut tutoris datio valeat, ut ex illo testamento, in quo tutor datus est, hereditas addita sit. Namque si ex illo testamento hereditas adita non sit, tutoris datio non valet, *l. si nemo.*
49 *& ibi Bart. ff. De testam. tutel.* Sextò, ad hoc, ut tutoris datio in testamento facta rata sit, requiritur, ut hæc tutoris datio in testamento non sit cancellata. Namque si parens, qui filio suo in testamento tutorem dedit, hanc partem testamenti cancellaverit, hic tutor pupillo, neque testamentarius, neque legitimus tutor existere potest, si testator ideò hanc cancellationem fecit, quia tutorem indignum judicavit, licet hic pupillus

pillus nullum alium teſtamentarium tutorem habeat, & hic tutor pupillo agnatus proximus ſit, *Bart. l. miles. §. ſexaginta. ff. Ad l. Iul. de adult. Ang. d. §. permiſſum. arg. l. cùm hi. §. ſi cùm lis. ff. De tranſact. l. ſcire. §. 1. ff. De tutor. & curator. dat. ab his. l. 1. §. exceptiones. ff. Quar. rer. act. non dat.* licet ſecus ſit, ſi tutor datus in teſtamento non fuerit cancellatus tanquam indignus, ſed ideò, quia teſtator, quoad hanc diſpoſitionem inteſtatus decedere noluit. Namque hoc caſu quamvis hic tutor cancellatus, pupillo non poſſit fieri tutor teſtamentarius; tamen ſi ipſe tutor pupillo agnatus proximus ſit, & pupillus teſtamentarium tutorem non habeat, hic tutor cancellatus à legitima illius tutela non arcetur, *Dyn. & Bart. d. §. ſexaginta, arg. illius text. facit l. 1. §. quibus. ff. De ſucceſſor. edict. l. ſi ita quis promiſerit. §. fin. ff. De verb. obligationib. l. cancellaverat. ff. De his, quæ in teſtam. delent.* Juxta prædicta quæro, utrum tutor in teſtamento inutiliter datus, ſit tutor teſtamentarius, an verò dativus? Et reſpondeo, ſecundum communem atque receptam Dd. ſententiam, tutorem in teſtamento inutiliter datum, & à judice confirmatum, licet ipſe in multis æquiretur tutori teſtamentario, *arg. l. fin. De confirm. tutor.* dativum non autem teſtamentarium eſſe, *gloſſ. §. fin. & ibi Ioan. Fabr. Ang. & & Sylveſt. Aldobr. h t. noſt. Bart. l. 1. ff. De confirm. tutor. Bald l. 2. C. eod tit. arg. l. lege obvenire. ff. De verb. ſignific. §. Decreto Auth. De defenſor. civit. l. uxori. §. fin. ff. Ad leg. Cornel. de falſ. l. ſi furioſo puberi. ff. De curat. furioſ. l. qui negotiationem. §. teſtamento. ff. De admin. tutor. l. iure noſtro. §. fin. ff. De teſt. tutel. l. 1. & l. ſi ut proponis. C. De confirm. tut. l. qui à patre. & l. utilitatem. ff. eod. tit. l. 3. ff. De teſtam. tutel. l. qua-*

50

l. quæritur. ff. De stat. homin. l. quia actionum. ff. De præscript.
51 *verb.* Secundò quæro, utrum tutor in testamento inutiliter datus præferatur tutori legitimo & dativo? Et respondeo secundum communem atque receptam Dd. sententiam, quod sic, *Martin. Siliman. Cyn. Alber. de Ros. & Bald. l. 2. C. De confir. tutor. Bart. l. 1. ff. eod. tit. Bart. Ias. & Dd. Rubr. ff. De eo, per quem fact. fuit. Bart. l. 1. ff. De pecul. Bart. l. idem Labeo. ff. Rer. amot. Abb. c. ex parte Cl. ult. extra De appellat. Ioan. de Immol. Rubr. ff. De verb. obligat. Ang. & Syl vest. Aldobr. §. fin. h. t. nost. Alex. & Ias. l. 1. ff. Si cert. petat. Ias. Rubr. n. 14. infr. De action. Alex. Cons. 140. lib. 1. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loc. Ab ordin. Rubric. Corn. Cons. 284. lib. 3. arg. §. fin. h. t. nost. l. de creationibus. C. De Episcop. aud. l. 2. C. De confirm. tutor. l. qui à patre. ff. eod. tit. l. Nesennius. ff. De excus. tutor. l. 2. ff. De stat. homin.* Quæ concluſio extenditur primò, ut procedat non tantùm in tutore in testamento dato inutiliter à patre, sed etiam in tutore inutiliter in testamento dato à matre. Namque & hic si à judice confirmatus fuerit, legitimis & dativis præfertur, *Bart. l. credendum. ff. Qui petant. tutor. Corn. 284. lib. 3. Quamvis in hoc contrarium sed malè teneat*
52 *Bald. in l. 2. C. De confir. tut.* Secundò hæc concluſio ampliatur, ut tutor datus in testamento inutili, & à judice confirmatus, præferatur, non tantùm aliis legitimis tutoribus, sed etiam matri & aviæ, *Alex. Cons. 149. lib. 1.* quibus tutela filiorum tanquam legitima defertur, *Bart. l. si quis sub conditione. n. 13. ff. De testam. tutel. Abb. d. c. ex parte. Quamvis in hoc contrarium sed malè teneat Corn.*
53 *Cons. 238. lib. 4.* Præterea tutor inutiliter in testamento datus, neque cogitur petere se à judice confirmari, *Sylvest. Aldobr. d. §. permissum. n. 32.* neque cogitur tutelam admi-

administrare, *l. qui negotiationem. §. testamento. l. impuberi. ff. De adm. tutor. Sylvest. Aldobr. d. §. permissum, n. 32.* neque tempus præscriptum illis, qui se à tutela excusare volunt, ipsi currit antequam ipse à judice confirmatus fuerit, *l. 1. & l. 2. C. De confirm. tutor.* Deinde an- 54
notandum est, judicem non quidem ad petitionem alicujus, sed motu proprio *Bald. l. si ut proponis. C. De confirm. tutor. Ang. & Sylvest. Aldobr. §. fin. h. t. nost.* posse tutorem dare illi pupillo, qui in testamento tutor inutiliter datus fuit, antequam hic tutor in testamento datus, confirmatus fuerit, *d. l. si ut proponis. d. §. testamento,* qui tutor interea à judice datus, tutor remanet; licet is, qui in testamento inutiliter datus fuit, postea confirmatus fuerit, *d. l. si ut proponis. d. §. testamento.* His adde, 55
quòd si judex à tutore in testamento inutiliter dato requisitus, ut ipsum confirmet, ipsum confirmare neglexerit, hunc tutorem inutiliter in testamento datum; etiam non confirmatum, tutelæ administrationem suscipere posse, *Bart. l. qui à patre. ff. De confirm. tutor. Ang. hic. §. fin. & ibi Sylvest. Aldobr. n. 36.* Quod si ipse fecerit, ipsi non permittitur ab administratione tutelæ semel suscepta, desistere, nisi ipse priùs pupillo alium tutorem petierit & impetraverit, *l. tutores. §. 1. & ibi Bart. ff. De admin. tutor.* Denique confirmatio tutoris inutiliter in 56
testamento dati non aliter rata est, nisi judex prius pronunciaverit hunc tutorem idoneum esse, *l. tutores. & ibi Bart. ff. De confirm. tutor. Ang. hic. §. fin. & ibi Sylvest. Aldobr. n. 37.*

In Titulum XIV.

QVI TESTAMENT. TUTORES DARI POSSUNT.

SUMMARIA.

1. *Continuatio & argumentum tituli.*
2. *Teſtamento tutores qui dari poſſint, uſq; ad n. 11.*
3. *Et qualiter filiusfamiliâs.*
4. *Item ſervus tàm proprius quàm alienus.*
5. *Furioſus & mente captus.*
6. *Minor 25. annis.*
7. *Perſona in dignitate conſtituta:*
8. *Alterius civitatis civis.*
9. *An & qualiter mutus & ſurdus.*

Notatur Angel. ibid.

10. *An & quando fœmina.*
12. *Tutoris datio in teſtamento quomodo fieri poſſit, & n. ſequentib. uſq; ad n. 10.*
13. *Tutor in teſtamento perſonæ dari debet.*
14. *Diſpoſitum de tempore an & quando in re quoq; locum habeat.*
15. *Cur tutor non, ut ad certum tempus, ſic & ad certam rem cauſſamve teſtamento dari poſſit, niſi in caſu ibid.*
16. *An, ut judex ex juſta & probabili cauſſa ad certam rem tutorem dare poteſt: ſic & teſtator in teſtamento.*
17. *Statutum ſimpliciter cavens, ut certæ rei tutor dari poſſit, quomodo intelligendum.*
18. *In teſtamento certus tutor certæ perſonæ dari debet.*
19. *Tutoris datio in teſtamento facta, quomodo intelligenda, explicatur ſeptem concluſionibus.*

IN quin-

IN quinta parte Tituli præcedentis Imperator docuit, qui teſtamento tutores dare, & quibus teſtamento tutores dari poſſint. In hoc vero Titulo Imperator ſubnectit, qui & quomodo teſtamento tutores dari poſſint, item quomodo tutoris datio in teſtamento facta intelligenda ſit. Quoad primam partem hujus Tituli annotandum eſt, quemlibet teſtamento tutorem dari poſſe, quem tutorem dari teſtamento leges expreſſe non prohibuerunt, *l. tutor incertus. §. quemlibet. ff. De teſtam. tutel. Sylveſt. Aldobr. hic in Rubr. facit text. l. invitus. ff. De procurat. l. nec non. §. quod iis ff. Ex quib. cauſ. maior. l. 1. ff. De teſtib. c. cum apud. extr. De ſponſal.* Quæ concluſio extenditur primò, ut non tantùm paterfamilias, ſed etiam filiusfamilias tutor dari poſsit, ut hîc in princ. etiam invito & reluctante patre, *Corn. Conſ. 27. n. 15. lib. 2. arg. gloſſ. l. fin. §. neceſſitate & ibi Bart. n. 6. Bald. n. 10. C. De jur. delib.* Et, ſi filiusfamilias adminiſtrationem tutelæ teſtamentariæ ſuſceperit, pater illius ex hac adminiſtratione filii de peculio & de in rem verſo, non autem in ſolidum obligatur, ſive filius illius tutor detur ipſo conſentiente, ſive non conſentiente, *l. Lucius Titius. & ibi Bart. ff. de admin. tutor. l. 1. & ibi gloſſ. C. Quod cum eo:* ſive etiam invito tutelam geſſerit, *arg. l. ſi quis ſervum. §. fin. ff. de pecul.* Et quoad hoc tutor teſtamentarius à tutore dativo diſcernitur. Namq; ſi filiusfamilias tutelã dativam adminiſtraverit, pater ipſius obligatur vel in ſolidum, ſi filius conſentiente patre tutelã adminiſtraverit, *l. ſi filiusfamilias. ff. De tutel.* Secundò hæc concluſio ampliatur, ut non tantùm homo liber, ſed etiam ſervus teſtamento tutor dari poſſit, *ut hîc in pr.* Quod abſq; omni dubio verum eſt, in ſervo proprio cum libertate, teſtamento tutore dato,

ut hic in princ. quo casu licet servus proprius sub uno eodemque contextu & liber & tutor esse jussus fuerit, cùm tamen servus tutor esse nequeat, *l. in servili. C. Qui tutor. dar. poss.* ordine intellectus hic servus priùs liber & deinceps tutor esse jussus intelligitur, *arg. l. cùm in testamento. §. hæc verba. ff. De heredib. instit. Ang. Immol. Alex. & Iaf. l. 2. §. priùs. ff. De vulg. & pupill. substit. Ang. l. si unus. §. fin. ff. De pact. Alex. l. divortio in princ. ff. Solut. matrim. Alex. l. cùm proponas. C. De Codicill. Dec. c. constitutus, 3. notab. extra De rescript. Dec. c. quoniam Abbas col. 5. & c. prudentiam in fin. princ. extra De offic. delegat.* Similiter servus proprius simpliciter & absque libertate rectè tutor testamento datur, isque consequitur libertatem vel directam, si testator eum servum suum proprium sciverit, *ut hic in princ. l. fin. C. De necess. serv. hered. instit.* vel fideicommissariam, si testator hunc servum alienum esse crediderit, *gloss. hic in princ. verb. directam. Bart. l. si hereditas. §. fin. ff. De testam. tutel. l. etsi non asscripta. C. De fideicom. libert.* Præterea si servus proprius in testamento directo quidem tutor, sed verbis fideicommissis liber esse jussus fuerit, tutoris datio valet non quidem quoad hoc, ut hic servus statim mortuo testatore, sed tandem per fideicommissum ipsi libertate præstitâ, tutor esse incipiat, *l. qui tutelam. §. pen. ff. De testam. tutel.* Servus quoque alienus in testamento rectè tutor datur, sive ipse fuerit datus tutor, cùm liber erit, *ut hic. §. servus autem alienus. d. l. si hereditas. §. fin.* sive simpliciter: namque & hoc casu ipsi fideicommissaria libertas relicta censetur, ac heres cogitur ipsum redimere & manumittere, *d. l. si hereditas. §. fin. & ibi Bart. l. si pupillorum. C. De testam. tutel.* Quod procedit, etiamsi testator, qui servum alienum testa-

teſtamento filio ſuo ſimpliciter tutorem dedit, putaverit hunc ſervum alienum, ſuum proprium ſervum eſſe, *Præpoſ. Senen. in ſua diſput. Quæſt. 5. Caſ. 1. Sylveſt. Aldobr. d. §. ſervum autem. arg. l. Paulus. ff. De fideicom. libert. d. l. ſi hereditas. §. fin. d. l. etſi non aſſcripta:* ſecus autem eſt, ſi teſtator ſervum vel proprium vel alienum, quam in teſtamento tutorem filio ſuo dedit, hominem liberum eſſe crediderit: tunc enim neque hic ſervus teſtamento tutor datus, libertatis jus conſequitur, neque tutoris datio valet, *ut hîc in princ. l. ſi quis tutorem. ff. De fideicom. libert.* Eodem modo & tutoris datio de ſervo proprio vel alieno in teſtamento facta rata non eſt, ſi teſtator, qui ſervum in teſtamento tutorem dedit, dixerit ſe nolle, ut hic ſervus tutor datus liber fiat, *gloſſ. hîc in princ. verb. & ſine libertate. & ibi Sylveſt. Aldobr. n. 47. arg. l. continuus. §. cùm ita. ff. De verb. obligat. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. De legat. 1.* Tertiò hæc concluſio extenditur, ut non tantùm homo ſanæ mentis, ſed etiam furioſus & mente captus teſtamento tutor dari poſſit, *ut hîc §. furioſus:* ſive furioſus vel mente captus datus fuerit, tutor cùm ſanæ mentis eſſe cœperit, *l. ſi hereditas. §. ſi furioſus. ff. De teſtament. tutel.* ſive ſimpliciter, namque & hoc caſu furioſus & mente captus tacitè intelligitur, datus tutor cùm ſanæ mentis factus fuerit, *ut hic §. furioſus. d. § ſi furioſus. l. cùm furioſus. ff. De iudic.* Quod tamen ita demum verum eſt, ſi hic furioſus vel habeat dilucida invervalla, vel ipſe ex morbo forſan aliquo furorem contraxerit, ita ut ſpes ſit, ipſum ſanam mentem recuperaturum: ſecus autem eſt, ſi furioſus vel mente captus perpetuo furore vel exitio mentis laboret, ita, ut nulla ſpes ſit ipſum ſanam mentem recuperaturum: tunc enim ipſe ſimpli-

citer tutor datus ſtatim cenſetur, *Sylveſt. Aldobr. d. §. furioſus. arg. l. cùm prætor. §. non autem. ff. De iudic.* 6 Quartò hæc concluſio extenditur, ut non tantùm major 25. annis, ſed etiam minor 25. annis, teſtamento tutor dari poſſit, ſive ipſe ſit datus tutor cum major 25. annis eſſe cœperit, ſive ſimpliciter: namque & minor 25. annis tacitè intelligitur ea conditione datus, ut ipſe tandem major 25. annis factus tutor eſſe incipiat, *l. quæro. §. fin. ff. De teſtam. tutel. d. §. furioſus.* Et licet minor 25. annis non aliter tutor dari poſſit, quàm ut ipſe factus major 25. annis, tutelam adminiſtrare incipiat, minor tamen 25. annis, dummodò is ſit major 14. annis, liberis ſuis in teſtamento indiſtinctè tutorem dare poteſt, licet is ſub curatoris poteſtate tempore conditi teſtamenti conſtitutus ſit, *l. 3. §. quamvis. ff. De admin. tutor. d. l. quæro. §. fin. Ang. & Sylveſt. Aldobr. d. §. furioſus. facit l. quâ ætate in princ. ff. De teſtam. l. cùm pater. §. curatoris. ff. De legat. 2. l. Aurelio. §. Caius. ff. De liberat. legat. l. ſi frater. & ibi Paul. de Caſtr. Iaſ. & Dec. C. Qui teſtamentum facere poſſunt.* 7 Quintò hæc concluſio extenditur, ut non tantùm perſonas privatas, ſed etiam in dignitate conſtitutos, qualis eſt Conſul & Prætor teſtamento tutores dare liceat, *l. tutor incertus. §. quemlibet. ff. De teſtam. tutel.* Quamvis tamen hiſce perſonis, quæ dignitatem cum jurisdictione ſive poteſtate aliqua habent, datis tutoribus, ſe à tutela excuſare permittatur, *§. & qui poteſtatem aliquam. infr. De excuſ. tutor.* 8 Sextò hæc concluſio extenditur, ut non tantùm ejuſdem, ſed etiam alterius civitatis cives, teſtamento tutores dari poſſint, *d. l. quæro in princ.* licet alterius civitatis civibus in teſtamento tutoribus datis, ſe à tutela excuſare conceſſum ſit,

l. fin.

l. fin. ff. De excuſ. tutor. l. teſtamento. C. eod. tit. Hæc con- 9
cluſio fallit primò in muto & ſurdo, qui licet procuratores eſſe poſſint, *l. mutus. ff. De procurat.* tutores tamen dari nequeunt, *l. 1. §. fin. & ibi gloſſ. & Bart. ff. De tutel. gloſſ. hic in princ. verb. paterfamilias:* etiamſi hic ſurdus talis ſit, qui licet audire nequeat, ex motu tamen labiorum id, quod alius dicit, percipit, *Bart. l. 1. §. fin. ff. De tutel. Sylveſt. Aldobr. hic in princ. n. 41. arg. l. 1. in princ. ff. De his quæ in teſtam. delent.* et ſi mutus vel ſurdus tutor datus fuerit, ipſo jure is inutiliter datus cenſetur, nec excuſatione indiget, *gloſſ. & Bart. d. l. 1. § fin. ff. de tutel.* Quinimò ſi tutor poſt ſuſceptam tutelam mutus vel ſurdus factus fuerit, ipſe tutor eſſe deſinit, *gloſſ. & Bart. l. 1. §. fin. ff. De tutel. arg. l. poſt ſuſceptam ff. De excuſ. tutor.* Ideoque recte notatus eſt Ang. qui *in l. ſi pater naturalis ff. De adopt.* tradidit, tutorem qui loqui non poteſt, nutu & ſignis pupillo auctoritatem præſtare. Namque cum lex requirat, ut tutor authoritatem pupillo præſtans loquatur, *l. 1. §. fin. ff. De tutel.* dubio omni caret, tutorem pupillo nutu ſolo ſive ſignis ſolis authoritatem præſtare non poſſe, *Sylveſt. Aldobr. hic in princ. arg. l. 1. §. ſi quis ita ff. De verb. oblig.* Hoc tamen quod de muto & ſurdo diximus in eo tantum muto, qui nihil omninò loquitur, non autem in eo, qui difficulter vel lingua balbutienti loquitur: item & in eo ſurdo, qui nihil omninò audit, non autem in eo qui difficulter exaudit, locum habet. Ideoque is, qui aliquid vel loqui vel audire poteſt, licet difficulter, recte teſtamento tutor dari poteſt, *l. fin. ff. De legit. tutor. gloſſ. & Bart. l. 1. §. fin. ff. De tutel. fac. § item ſurdus. infr. Qui teſt. fac. poſſ. l. mutum. de inutil. ſtipul.* Secundò hæc concluſio fallit in fœmina, quæ teſtamento 10
tutor

tutor dari non potest, §. *fin. infr. De legit. patron. tutel. l. fin. ff. De tutel. l. 1. C. Quand. mulier. tutel. offic. fung. pot.* Etiam hodiè *Socin. Conf. 20. lib. 1.* usque adeò, ut fœmina data tutrix in testamento à judice confirmari nequeat, *l. iure nostro in princ. ff. De testam. tutel.* Nisi hæc fœmina sit mater vel avia illorum pupillorum: illa enim testamento tutrix dari potest filiis vel nepotibus suis, *Bart. l. si quis sub conditione. n. 14. ff. De testam. tutel. Bart. Auth. Matri & aviæ. n. 10. C. Quand. mul. tutel. offic. fung. poss.* Quod usque adeò verum est, ut mater & avia tutrix liberis suis testamento dari possit, etiam hæc mater vel avia à successione liberorum sit exclusa statuto vel consuetudine, *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. Tit. De curator. col. 6. Salic. d. Auth. Matri & aviæ, vers. Nonò quæro. Salic. & Ang. Auth. Sicut. C. De legit. tutel. Dec. Conf. 16. Dec. l. fœminæ. n. 19. ff. De reg. iur.* vel pacto, *arg. l. non est impossibile. ff. De pact. gloss. Rubr. C. De decret. decurion. lib. 10.* Et licet fœmina in testamento tutrix dari nequeat, exceptis tantùm duobus casibus, de quibus proximè mentionem fecimus, testamento tamen caveri potest, ut tutor datus consilio fœminæ tutelam administret, *l. quidam decedens. §. 1. & ibi Bart. ff. De admin. tutor. Bald. l. decernimus. extra De iudic.*

11 *Dec. d. l. fœminæ. n. 20.* Tertiò hæc conclusio fallit in illo, qui testamenti factionem non habet, id est, qui ex illo testamento, in quo ipse tutor datus est, nihil capere potest: ille enim testamento tutor dari non potest, *l. te-*

12 *stamento tutores. & ibi Bart. ff. De testam. tutel.* Diximus hactenus, qui testamento tutores dari possint; sequitur nunc, ut videamus, quomodo tutoris datio in testamento fieri possit; Circa quod annotandum est, tutorem testamento dari posse non tantùm purè, verùm etiam sub con-

ſub conditione, item ex certo tempore, *ut hic §. ad certum. l. tutor. §. 1. ff. De teſtam. tut.* quo caſu ante exiſtentem conditionem, & diem venientem, tutor non legitimus, ſed à prætore datus tutelam pupilli, cui iſto modo tutor datus fuit; interim adminiſtrat, *l. ſi quis ſub conditione. & ibi Bart. ff. De teſtam. tutel.* isque exiſtente conditione vel die veniente tutor eſſe deſinit, *§. 1. infr. De Attil. tutor.* Similiter & ad certum tempus, item & ad conditionem certam tutor teſtamento dari poteſt, *ut hic d. §. ad certum. d. l. tutor. §. 1.* Qui tutor ita datus teſtamento, tutor eſſe deſinit adveniente tempore vel exiſtente conditione, *§. ſed ſi uſq; & §. præterea. infra Quib. modis tutel. finiat.* ejusque loco tutor non dativus, ſed legitimus ſurrogatur, *d. l. ſi quis ſub conditione. & ibi Bart. Sylveſt. Aldobr. d. §. ad certum.* Ante heredis quoque inſtitutionem quem tutorem teſtamento ſcribi poſſe placuit, *d. §. ad certum. §. ante heredis. infr. De legat.* Cùm ta- 13
men tutela reſpiciat principaliter quidem perſonam pupilli, *l. quia perſonæ. ff. De teſtam. tutel. d. §. ad certum. l. 1. ff. De tutel. l. fin. C. De aliment. pupill. præſtand.* in conſequentiam verò rei ejus *l. cùm in plures. §. cùm tutor. ff. De admin. tutor.* tutor in teſtamento non rebus, ſed perſonæ pupilli dari debet, *d. l. quia perſonæ.* Ideoque ſi teſtator in teſtamento ſuo ſcripſerit, ſe dare tutores non perſonæ, ſed rebus pupilli, tutor ita teſtamento datus, non aliter juſtus reputatur, niſi ipſe à judice confirmatus fuerit, *Bart. l. 1. n. 1 arg. illius text. ff. De confirm. tutor.* Et 14
licet diſpoſitum de tempore in re quoque locum habeat, *l. miles ita. ff. De inoffic. teſtam. Bart. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. De condit. & demonſtrat. Tald. l. conventiculam. C. De Epiſcop. & Cleric. Inſt. l. in teſtamento. C. De*

 milit.

milit. testam. Iaſ. l. ſi idem cum eodem, in princ. ff. De iurisd. omn. iudic. Nicol. Everhard. in ſua Topic. in loc. à re ad temp. cùm tamen hoc non procedat eo caſu, quo inter tempus & rem diverſitatis ratio militat, *Sylveſt. Aldobr. d. §. ad certum. n. 16. facit id, quod docet Iaſ. l. creditori. ff. De oper.*
15 *nov. nunciat.* atque in propoſito noſtro maxima ratio diverſitatis militet inter tempus & rem. Namque tutor datus ad certum tempus principaliter perſonæ non rei datus intelligitur, tutor verò datus ad certam rem rei, non autem perſonæ datus cenſetur, placuit, etiamſi tutor ad certum tempus teſtamento dari poſſit; tutorem tamen ad certam rem, ſive ad certam cauſſam teſtamento dari non poſſe, *d. §. ad certum:* etiamſi tutor teſtamento, pupillo datus fuerit deductis certis rebus, *l. certarum. ff. De teſt. tutel.* niſi tutor teſtamento pupillo datus fuerit ad res ſuas in tota aliqua provincia ſitas adminiſtrandas: tunc enim, quia tutor etiam ſimpliciter in teſtamento datus ſe excuſare poteſt, ab adminiſtratione rerum pupilli, quæ in alia provincia ſitæ ſunt, *l. non ſolùm. §. qui in teſtamento. l. illud. & l. propter litem. §. licet. ff. De excuſat. tutor. l. teſtamento. C. eod. tit.* placuit tutoris dationem in teſtamento factam ratam eſſe, *l. ſi tamen. ff. De teſtam. tutel.* Ideoque cùm hodiè ſinguli Ducatus, Marchionatus & Comitatus, item & ſingulæ civitates diſcreta territoria & diſcretas jurisdictiones habentes, ſingulis provinciis æquiparentur, *gloſſ. l. fin. verb. id eſt, & ibi Bart. & Bald. C. De præſcript. long. temp.* Dd. noſtri rectè tradunt, tutorem pupillo dari poſſe, reſpectu rerum, quas ipſe pupillus, in aliquo Ducatu, Marchionatu, Comitatu vel civitate habet, *Bart. d. l. certarum. Ang. d. §. ad certum:* licet tutor reſpectu rerum, quas

ipſe

ipſe pupillus in villa, vel pago aliquo habet, etiam hodiè dari nequeat, *Bart. l. certarum. Ang. d. §. ad certum.* Et quamvis tutor in teſtamento ad certas res vel cauſſas dari nequeat, uſque adeo, ut diſpoſitio teſtamenti, in qua tutor ad certas res ſive cauſſas datus fuit, ipſo Jure nulla ſit, *l. etſi datus. ff. De teſtam. tutel.* ſi tamen tutori ſimpliciter in teſtamento dato ex intervallo in eodem teſtamento interdicatur res certas pupilli adminiſtrare, tutoris datio valet caſſata prohibitione de certis rebus non adminiſtrandis poſtea facta, *Bart. d. l. certarum Ang. d. §. ad certum. arg. l. ſed ſi. ff. De uſu & habitat.* Præterea 16
licet Judex, ex juſta atque probabili cauſſa, tutorem ad certam rem certamque cauſſam dare poſſit, *l. ſi hereditas in princ. ff. De teſtament. tutel. l. impuberi. ff. De tutor. & curator. dat. ab his. l. cùm in una. §. 1. & ibi Bart. ff. De appellat.* cùm tamen hoc in teſtamentario tutore legibus cautum non ſit, & in teſtatore nulla juſta cauſſa dandi tutorem ad unam tantùm cauſſam ſive unum tantùm actum ſubeſſe poſſit: ego veriſſimum judico, teſtatorem nunquam, tutorem ad unam cauſſam ſive unum actum tantùm dare poſſe, *arg. l. quoties. & ibi Bart. ff. Si quis caution. l. ab ea parte. ff. De probat. l. ſuus quoq. §. puto. ff. De hered. inſtit. c. ad decimas. De reſtit. ſpoliat. lib. 6. c. venerabilibus, ver. poteſt quoq. De ſentent. excommunic. lib. 6. Bart. l. 2. & ibi Iaſ. n. 33. ff. Si quis in ius vocat. non ier. text. l. adigere. §. quamvis. ff. De iur. patron. l. 1. ff. De legat. præſt.* Ideoque licet ſtatuto caveri poſſit, ut tutor teſtamento 17
certæ rei ſive cauſſæ dari poſſit, *arg. §. ſed naturalia. ſupr. De iur. nat. gent. & civil.* ſtatutum tamen, quo ſimpliciter cavetur, ut tutor certæ rei vel cauſſæ dari poſſit, ut illud quantò minùs fieri poteſt, juri communi deroget,

ita interpretandum, ut à judice non autem à testatore certæ rei sive causſæ tutor dari possit, *Dec. Cons. 479. Sylvest. Aldobr. d. §. ad certum. n. 12. arg. l. 2. C. De noxal. act. l. videamus. & ibi Bart. ff. Quod met. causſ. l. pater filium. §. quindecim. & ibi Bart. ff. De legat. 3. l. 1. §. lex Falcidia. & ibi Alex. ff. Ad leg. Falcid. Bart. l qui duos in princ. n. 11. ff. De reb. dub. Bald. l. cum antiquioribus. Quæst. 4. C. De iur. delib. Iaſ. l. ſi ſic. §. fin. ff. De legat. 1.* 18 Deinde quoque tutoris datio in testamento facta non aliter rata est, nisi is, qui tutor datur, *l. tutor incertus. & l. duo ſunt Titij. ff. De test. tutel. §. tutor. inſt. De legat. facit text. l. dummodo. ff. De procurat. l. in tempus. §. quoties. ff. De hered. inſtit. l. ſi ita fuerit. ff. De reb. dub.* & is, cui tutor datus est, certus sit, 19 *l. tutor ita. ff. De testam. tutel.* Ultima se nunc offert pars hujus tituli nostri, in qua explicandum, quomodo tutoris datio in testamento facta, sit intelligenda. In qua materia concludo, cum, qui filiis simpliciter tutorem dat, omnibus filiis suis tutorem dediſſe intelligi, *arg. l. ſi pluribus. & ibi Bart. ff. De legat. 2.* Dummodo tamen testator sciverit, se hosce filios habere. Namque is, qui simpliciter filiis tutorem dat, illis filiis, quos se habere ignorat, tutorem dediſſe non intelligitur, *l. ſi quis ita. §. ſi quis cum. ff. De teſtam. tutel.* nisi ipse de hisce filiis saltem in genere cogitaverit, id est, fuerit illius propositi, quòd voluerit etiam hisce filiis, si modò ipsi in rerum natura existant, tutorem dare: tunc enim tutoris datio in testamento facta ad hos quoque extenditur, *arg. l. qui iure militari. ff. De milit. teſtam. Bart. l. ſi de certa. C. De transact.* Secundò cùm masculinum comprehendat & fœminium, *l. ſi quis id, quod & ibi Iaſ. & Dec. ff. De iurisd. omn. iudic. l. 3. ff. De negot. geſt. l. 1. §. 1. ff. De conſtit. pecun. l. 1.*

& ibi Bart. ff. De pecul. l. 1. & ibi Bart. ff. De verb. significat. non quidem ex propria significatione, sed ex legis extensione, *Bart. d. l. 1. ff. De verb. signific. arg. l. pronunciatio. ff. eod. tit.* placuit testatorem, qui in testamento filiis suis simpliciter tutorem dedit, etiam filiabus suis tutorem dedisse intelligi, *d. l. si quis ita in princ.* Nisi vel testator in testamento filiis suis tutorem dando, filiorum nomina propria expresserit, *Bart. l. 1. ff. De verb. signific.* vel dixerit, se filiis suis masculis tutorem dare, *Abbas Cons. 37. lib. 1. Ias. d. l. si quis id, quod in princ. n. 21. ff. De iurisd. omn. iudic. Dec. l. 2. n. 97. ff. De reg. iur.* vel in testamento suo separatim filiis, & separatim filiabus tutores dederit, *Bald. l. in multis. ff. De stat. homin. Ias. d. l. si quis id, quod n. 13. Dec. l. 2. n. 99. ff. De reg. iur. arg. l. si ita ff. De lib. & posth. l. Clemens. ff. De hered. instit.* vel de contraria voluntate testatoris constet: hisce enim casibus is, qui filiis suis tutorem testamento dat, filiabus tutorem dare non intelligitur, *arg. l. Lucius. §. quæsitum. ff. De legat. 3. Bart. l. 1. ff. De verb. signific. Dec. d. l. 2. n. 98. ff. De reg. iur.* Tertiò concludo, quòd is, qui filiabus suis testamento tutores dedit, filiis suis tutorem dedisse non intelligatur, *gloss. hic. §. fin. verb. Qui filij & ibi Sylvest. Aldobr. gloss. d. l. si quis ita. ff. De testam. tutel. arg. l. si ita scriptum. ff. De legat. 2. l. servis legatis. ff. De legat. 3. Ias. d. l. si quis id, quod n. 24. Dec. d. l. 2. n. 22. ff. De reg. iur.* Quartò concludo, licet in ultimis voluntatibus appellatione filiorum regulariter comprehendantur & nepotes, *l. liberorum. & ibi Bart. n. 5. ff. De verb. signific. Bald. Alex. Ias. & Dd. l. Gallus. §. instituens. ff. De lib. & posth.* tutorem tamen datum testamento filiis, nepotibus datum non intelligi, *§. fin. hic. l. quòd si nepotes. ff. De tutel.* Quintò con-

cludo tutorem datum liberis, non tantùm filiis, sed etiam nepotibus & pronepotibus testatoris datum intelligi, *ut hic §. fin. d. l. quòd si nepotes.* Sextò concludo, tutorem datum filiis vel liberis, non tantùm filiis vel liberis jam natis, sed etiam posthumis datum intelligi, *ut hic §. fin. & ibi Sylvest. Aldobr. l. si quis filiabus. ff. De tutel.* nisi evidenter liqueat testatorem filiis vel liberis suis testamento tutorem dando, de posthumis non sensisse, *Bart. l. qui filiabus in princ. n. 4. & ibi Alex. & Iaſ. ff. De legat. 1. arg. l. si quis ita. §. antep. & pen. ff. De tutel.* Septimò concludo, cum appellatione posthumi, non tantùm filii, sed etiam nepotes, pronepotes & alii descendentes ex propria significatione comprehendantur, *Sylvest. Aldobr. hic. §. fin. n. 23.* placuit, eum, qui posthumis tutorem dat, non tantùm filiis, sed etiam nepotibus, pronepotibus, omnibusque liberis post mortem natis tutorem dedisse intelligi, *ut hic. §. fin. d. l. quòd si nepotes.*

In Titulum XV.

DE LEGIT. AGNAT. TUTELA.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Cur hæc tutela potiùs quàm testamentaria & dativa legitimæ nomen sortita sit?*
3. *Tutore testamentario non existente, qualiter legitimæ tutelæ locus sit.*
4. *Legitima tutela legib. XII. Tabul. cui deferatur.*
5. *Et quod hodiè de jure communi cognatis æquè ut agnatis. Sed quid de jure Saxonic. ibid.*
6. *Numq; agnatis capite minutis.*

7. *Item*

7. Item fœminini sexus agnatii quando?

8. Ab hereditate legitimæ excluſus, lege vel ſtatuto qualiter quando etiam ad tutelam legitimam non admittatur?

9. Et quid hoc caſu in terris Saxonicis.

10. Vt ſucceſſio, ſic & tutela legitima, defertur omnibus illis qui in eodem gradu proximiori defuncto juncti ſunt.

11. Quod de jure Saxonico ſecus eſt.

12. Tutelam legitimam proximioribus tantùm agnatis deferri, ampliatur quatuor modis.

ABSOLUTA teſtamentaria Tutela, proximum atque conſequens eſt explicare materiam tutelæ legitimæ: quæ non inde legitima dicitur, quaſi non & teſtamentaria & dativa tutela legitimæ tutelæ ſint: Namque cùm & teſtamentaria & dativa tutela, à legibus civilibus approbatæ ſint, *l. verbis legis. ff. De verb. ſignificationibus. l. 1. junct. gloſſ. ff. De tutel. ſupr. De tutel. in princ.* dubium non eſt, & teſtamentariam & dativam tutelam legitimam eſſe, *arg. lege obvenire. ff. De verb. ſignific. l. cùm legitima. ff. De ſtat. homin. l. legitima. ff. De pact. l. 1. C. Si adverſ. rem iudic.* Verùm quia teſtamentaria & dativa tutela non immediatè à lege, ſed hæc à judice, illa verò à teſtatore decernitur, legitima verò tutela immediatè ex legis diſpoſitione abſque facto hominis deſcendit, placuit hanc potiùs, quàm tutelam teſtamentariam & dativam à cauſſa immediata tanquam potiori, *arg. l. qui liberis. §. hæc verba. & ibi Iaſ. ff. De vulgar. & pupill.* legitimam appellare, *l. legitimos in prin. ff. de legit tutel. l. quæritur. ff. De ſtat. homin.* Et hæc tutela legitima locum non habet exiſtente teſtamentario tutore, *ut hic in princ. Auth. Matri & aviæ. C. Quand. mul. tutel. offic. fung. poſſ. l. 1. in prin. ff. De legit. tutor. junct. l. Quamdiu. ff. De adquir. hereditat.* Quæ concluſio extenditur primò, ut legitima tutela locum non habeat, etiã quando ſubeſt ſpes teſtamentariæ tutelæ,

tutelæ, utputa, quia tutor in testamento non purè, sed ex certo tempore vel sub conditione datus est, *l. si quis sub conditione. & ibi Bart. ff. De testam. tutel. infr. De Attil. tutor. in princ.* Secundò hæc concluſio extenditur, ut ne tutore testamentario quidem excusato, vel facto judicis hoc principaliter agenti, à tutela remoto, tutor legitimus sed dativus in hujus locum surrogetur, *d. l. si quis sub conditione*, licet hoc tutore dativo, qui in locum tutoris testamentarii surrogatus fuit, mortuo, postea tutela ad tutorem legitimum devolvatur, *Bart. d l. si quis sub conditione. n. 3. arg. l. boves §. hoc sermone. ff. De verb. signific. Iaſ. l. duobus. §. 1. ff. De iureiur. Iaſ. l. divortio. §. quod in anno, ff. Solut. matrim. Felin. c. 2. n. 3. extra De treug. & pac.* Tertiò hæc concluſio extenditur, ut etiam quamdiu tutor testamentarius apud hostes captivus vivit, in illius locum tutor non legitimus, sed dativus surrogetur, *Bart. d. l. si quis sub conditione. n. 1. arg. l. 1. §. si apud hostes. ff. De legit. tut.* Quartò hæc concluſio extenditur, ut etiam uno ex pluribus tutoribus testamentariis mortuo naturaliter vel civiliter, in illius locum non legitimus, sed dativus tutor surrogetur, *d. l. si quis sub conditione.* Quamvis si omnes tutores testamentarii mortui, deportati vel banno Imperiali subjecti fuerint, tutela non ad dativum, sed ad legitimum tutorem devolvatur, *d. l. si quis sub conditione. l. 3. §. non tantùm. ff. De legit. tutel.* Nullâ habitâ consideratione, quòd tutor deportatus vel bannitus ex speciali indulgentia Imperatoris restitui possit, *Bart. d. l. si quis sub conditione.* Porrò non existente tutore testamentario tutelæ legitimæ locus est, sive is, de cujus liberorum tutela agitur, decesserit, nullo condito testamento, sive is testamentum quidem con-

conſcripſerit, ſed in illo tutores liberis ſuis non dederit, *ut hîc. §. quòd autem. l. inteſtato. ff. De legit. tutor.* Et hæc 4
legitima tutela ſecundum diſpoſitionem XII. Tabul. competit agnatis, quales ſunt omnes illi, qui nobis per virilis ſexus perſonas, non interveniente fœmina, cognatione ſive ſanguine juncti ſunt, *ut hîc in princ. infra De legit. agnat. ſucceſſ. in princ. l. ſunt autem. ff. De legit. tutor. l. 2. §. agnati. ff. De ſuis & legit. hered.* competit, *ut hîc in princ. l. 1. ff. De legit. tutor.* ſive hi agnati naturâ ſive adoptione, jura agnationis conſecuti ſint, *Bart. l. 1. in prin. ff. De legit. tutor. arg. l. 2. §. parvi. ff. De ſuis & legit. infra De legit. agnoſc. ſucceſſ. in princ. verſ. per adoptionem*, item ſive illi pupilli, de quorum tutela agitur, maſculi ſint, ſive fœminæ, *l. conſtitutione. C. De legit. tutor.* Cognati verò ad tutelam legitimam ſecundum leges XII. Tabul. nullo modo niſi nullis agnatis exiſtentibus, *gloſſ. d. §. ſed agnationis. & ibi Ioan. Fabr. Bald. Nicol. de Neapol. & Angel. h. t. noſt. gloſſ. & Salic. l. 1. C. De legit. tutor. Dyn. Bart. & Alber. de Roſat. l. 1. in princ. ff. De legit. tutor.* admittebantur, *l. 1. C. eod. tit.* Quod tamen hodiè correctum eſt. 5
Namque hodiè, ſecundum juris communis diſpoſitionem, cognati æquè ut agnati, ſicut ad legitimam hereditatem: ita quoque ad tutelam legitimam admittuntur, *Auth. Sicut. C. De legit. tutor. §. ex his Auth. De hereditat. ab inteſt. venient.* Præterquam in terris Saxonicis: Namque ibi ſecundum juris Saxonici diſpoſitionem, tutela legitima ſolis agnatis defertur, *Art. 23. Landrecht. lib. 1.* Quam tamen diſpoſitionem juris Saxonici ita accipiendam eſſe ſtatuo, ut nullis agnatis extantibus etiam in terris Saxonicis legitima tutela cognatis deferatur. Namque dubii juris non eſt, diſpoſitionem juris Saxonici

secundum dispositionem juris communis interpretandum esse, *l. 2. C. De noxal. action. l. 1. §. lex Falcidia. ff. Ad leg. Falcid. Bart. & Iaſ. l. omnes populi. ff. De iuſtit. & iur. Alex. & Iaſ. l. fin. §. in computatione. C. De iur. delib.* Et simili modo certum est, quòd secundum dispositionem juris communis veteris, licet cognatis non deferebatur tutela legitima agnatis existentibus, ipsos tamen ad tutelam legitimam nullis agnatis existentibus fuisse admissos, *gloss. d. §. sed agnationis. arg. l. 3. in princ. & l. pen. ff. De legit. tutor. Quamvis in hoc contrarium sed malè teneat*
6 *Sylvest. Aldobr. d. §. sed agnationis.* Præterea cùm capitis diminutio jus agnationis tollat, §. *sed agnationis hic*, certum est, agnatos capite minutos ad tutelam legitimam non admitti, *l. 2. & l. 3. §. non tantùm. ff. De legit. tutor. l. 2. C. d. tit.* Quod etiam hodiè in terris Saxonicis locum habet eam ob causam, quia in terris Saxonicis tutela legitima tantùm agnatis defertur, *Art. 23. Landrecht lib. 1.* sed in illis locis, in quibus jus civile viget, hodiè æqualiter agnati capite deminuti, ut alii agnati, sicut ad legitimam hereditatem: ita quoque ad legitimam tutelam admittuntur, *Bart. d. l. 2. ff. De legit. tut. Sylvest. Aldobr. d. l. fin. arg. §. ex his. Auth. De hered. ab inteſt. venient.* Quod tamen tantum locum habet in agnatis, qui minimam capitis diminutionem passi sunt: secus autem est in illis, qui maximam vel mediam capitis diminutionem passi sunt: namque illi ad tutelam legitimam non admittuntur etiam hodiè, *arg. l. sancimus. C. De testam.*
7 *l. præcipimus. C. De appell.* Deinde etiam non omnes agnati, sed illi tantùm, qui masculini sexus sunt, ad tutelam legitimam admittuntur, fœminæ verò nullo modo legitimæ tutelæ capaces sunt, *l. 1. §. fin. & l. pen. ff. De legit. tutor. l. fin. ff. De tutel. §. fin. infr. De legit. patron. tutel.* excepta matre

matre & avia, quæ ad legitimam tutelam liberorum non quidem invitæ, sed volentes admittuntur, *Auth. Matri & aviæ. C. Quad. mul. tutel. offic. fung. poss.* Quæ conclusio extenditur primò, ut procedat non tantùm in locis, in quibus jus civile viget, sed & ubi jus Saxonicum observatur, *Art. 11. & ibi gloss.* Landrecht. *lib. 1.* Secundò hæc conclusio extenditur, ut non tantùm mater & avia, sed etiam proavia, atavia & tritavia, ad legitimam liberorum tutelam admittatur, *Bart. l. si quis sub conditione. n 6. ff De testam. tut. arg. l. cui eorum. §. 2. ff. De his, qui not. infam. l. appellatione. ff. De verb. signific. Dd. l. Gallus. § instituens. ff. De liber. & posth.* Tertiò hæc conclusio extenditur, ut procedat non tantùm in matre legitima, sed etiam in matre naturali, *gloss. d. Auth. Matri & aviæ. Bart. d. l. si quis sub conditione. n. 7. arg. l. fin. & ibi gloss. C. Quand. mul. tutel. offic. fung. poss.* Quod tamen tantùm procedit in illis casibus, in quibus mater naturalis tantùm, liberis suis spuriis succedit: secus autem est in illis casibus, in quibus mater naturalis, filiis spuriis non succedit, secundum juris communis dispositionem: namq; in illis casibus mater naturalis tantùm, sicut est indigna hereditate filii, ita ipsa quoq; est indigna tutela, *Bart. d. l. si quis sub conditione. n. 7.* Tertiò hæc conclusio extenditur, ut mater & avia præferatur omnibus aliis tutoribus legitimis & dativis, *d. Auth.* Mater & avia: etiamsi hi tutores legitimi, sint pupillis, de quorum tutela agitur, linea ascendenti conjuncti, dummodò ipsi gradu remotiores sint, quàm est mater & aviæ, *Bart. d. l. si quis sub conditione. n. 10.* secus autem est, si ascendentes masculi sint, vel gradu proximiores vel æquè proximi illis, de quorum tutela agitur: tunc enim ipsi in tutela legitima matri & aviæ præferuntur, *Bart. d. l. si quis sub conditione. n. 8. & 9. C. quand mul. tut.*

8 *offic. fung. poſſ.* Præterea annotandum eſt, tutelam legitimam deferri iis, quibus hereditas legitima defertur, *l. 1. ff. De legit. tutel.* Ideoque is, qui ab hereditate legitima, lege vel ſtatuto excluditur, etiam ad tutelam legitimam non admittitur, *Bart. l. 1. in princ. n. 1. ff. De legit. tutor.* Quod tamen procedit eo caſu tantùm, quando quis abſque culpa vel delicto ſuo ab hereditate legitima removetur, ſecus autem eſt, quando quis culpa vel delicto ſuo ab hereditate legitima excluditur: tunc enim ipſi nihilominùs onus tutelæ legitimæ defertur, *l. 1. §. fin. & ibi Bart. l. 3. §. ſed etſi hac. & ibi Bart. ff. De legit. tutor.* Secundò hæc concluſio fallit, ſi quis pacto vel renunciatione ab hereditate legitima excluſus fuerit. Namque licet quis poſſit renunciare hereditati legitimæ, quæ commodum ſive favorem renunciantis reſpicit: renunciatione tamen vel pacto quis efficere non poteſt, ut ipſe à tutela legitima, quæ onus renunciantis, & commodum alterius continet, immunis ſit, *arg. l. ſi poſt mortem. §. fin. & ibi Bart. ff. De bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. De pact. l. 1. C. De com. rer. alienat. Bart. l. ſi quis in conſcribendo. C. De pact.* Tertiò hoc fallit in tutela legitima, quæ matri & aviæ defertur. Namcùm mater & avia non propter ſucceſſionem, ſed propter aliam cauſſam, amorem nempe, quo ipſæ liberos proſequuntur, ad tutelam legitimam liberorum admittantur, certum eſt, matrem & aviam, licet illæ ab hereditate filiorum excludantur, ad tutelam tamen legitimam liberorum nihilominùs admitti, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in Tit. De curat. lib. 6. Salic. Auth. Sicut. C. De legit. tutor. Salic. Auth. Matri & aviæ. C. Quand. mul. tutel. offic. fung. poſſ. Alex. Conſ. 109. lib. 3. Dec. c. ex parte. n. 6.*

cxtra

extra De appellat. Dec. l. 2. n. 19. & l. quo tutela. n. 2. ff. De regul. iur. Dec. Conſ. 10. Quartò hæc concluſio fallit in terris Saxonicis: Namque licet in illis terris agnati & cognati æqualiter admittantur ad hereditatem defuncti, ipſi tamen inæqualiter ad tutelam legitimam admittuntur, & in tutela legitima ſemper agnati cognatis præferuntur, *Art. 23.* **Landrecht.** *lib. 1.* Et cùm tutela legitima deferatur ad ſimilitudinem ſucceſſionis legitimæ: certum eſt, quòd ſicut ſucceſſio legitima defertur omnibus illis, qui in eodem gradu proximiori defuncto conjuncti ſunt: ita quoque & legitimam tutelam deferri omnibus illis, qui in eodem gradu proximiori eidem defuncto conjuncti ſunt, *l. ſi plures. ff. De legit. tutor. Auth. Sicut. C. eod. tit.* In quo tamen puncto jus Saxonicum à jure civili diſcrepat. Namque ſecundum diſpoſitionem juris Saxonici, tutela legitima non omnibus agnatis æquali gradu proximitatis defuncto conjunctis, ſed majori natu tantùm inter illos, qui in eodem gradu ſunt, defertur, *Art. 23.* **Landrecht.** *lib. 1.* Porrò tutela legitima, ſicut & hereditas legitima, non omnibus agnatis ſimul, ſed proximioribus tantùm defertur, *d. §. ſicut. C. De legit. hered.* Quæ concluſio extenditur primò, ut quamdiu ſpes eſt, agnatum proximiorem tutorem legitimum fieri poſſe, ceſſante nempe impedimento, propter quod proximior à tutela removetur, interim tutela non alii agnato remotiori, ſed dativo tutori adminiſtranda committatur, *l. non ſolùm. §. ſi libertus. ff. De excuſat. tutor. l. ſi tutor Reipubl. §. 1. ff. De tutel. & rationib. diſtrab. Bart. l. ſi impuberi. n. 4. arg. illius. ff. De tutor. & curator. dat. ab his.* Secundò hæc concluſio extenditur, ut tutore legitimo proximiori agnato pupilli vel excuſato,

9 10 11 12

vel alio modo, facto judicis principaliter à tutela remoto, tutela non agnato sequenti in gradu, sed dativo tutori committatur, *l. 3. §. quæritur. ff. De legit. tutel.* Tertiò hæc conclusio extenditur, ut quamdiu proximior agnatus, ad quem tutela legitima spectabat, captivus apud hostes degit, in illius locum non sequens agnatus remotior, sed dativus tutor surrogetur, *l. 1. §. si apud hostes. ff. De legit. tutor.* Quartò hæc conclusio extenditur, ut etiam unò ex pluribus legitimis tutoribus, eodem gradu consanguinitatis, pupillis junctis mortuo naturaliter vel civiliter, in ejus locum non agnatus sequens in gradu, sed tutor dativus surrogetur, *l 3. §. sed etsi aliquis. ff. De legit. tutor. Bart. d l. si quis sub conditione. n. 2. ff. De testament. tut.* Quamvis si omnes tutores legitimi in eodem gradu pupillis conjuncti mortui, deportati, banniti, vel ad triremes condemnati fuerint, tutela legitima deferatur ad agnatos, qui sequenti proximiori gradu pupillis conjuncti sunt, *l. 3. §. sed etsi ab hostibus. ff. De legit. tut.* nulla habita consideratione, quòd tutor deportatus, bannitus, vel ad triremes condemnatus, ex speciali indulgentia Imperatoris in integrum restitui possit, *Bart. d. l. si quis sub conditione. n. 2.*

In Titulum XVI.

DE CAPITIS DIMINUTIONE.

SUMMARIA.

1. *Continuatio, divisio Tituli & argumentum.*
2. *Definitio capitis diminutionis hic, unde desumpta.*
3. *Expositio verbi* STATUS *in definit. contra Angel.*

4. *Eman-*

4. Emancipatus cur capite minui dicatur, non dignitate, vel morte patris à poteſtate patris liberatus, & n. 17.

5. Exempla definitiones & regulas non reſtringunt, ſed illis lumen addunt.

6. De ſervis pœnæ, & quomodo ab alijs differant.

7. Qualiter verò ob ingratitudinem commiſſam in ſervitutem redigatur liberus, & capite minuatur.

8. Et num & quando, ſi inter patronum & libertum contrarium conventum fuerit.

9. Et num & quanodo, ſi patronus liberto jus patronatus remiſerit contra Alldobr.

10. Caſus, quibus propter ingratitudinem libertus in ſervitutem non revocatur.

11. Quæ requirantur ad hoc, ut liber homo, qui ad precium participandum ſe venundari paſſus fuit, ſervus efficiatur. remiſſivè.

12. De media capitis diminutione, & cur dicatur minor.

13. Et quis eam pati dicatur.

14. Vtram ſecundum juris communis diſpoſitionem bannitus impunè interfici poſſit.

15. Et an ſtatuto id introduci poſſit & quando?
Vbi pulchrè de læſione banniti & prolixè.

16. Minima capitis diminutio quomodo contingat.

18. Et quid hodiè obtineat in emancipato.

19. Privatio habitum præſuppouit.

20. Non entis nullum accidens.

21. Servus de jure civili non ut homo conſideratur, nec caput habet.

22. Qualiter tamen capitales pœnæ in ſervo locum habeant.

23. Senator dignitatem habet, illuſtris & clariſſimus dicitur.

24. Senatu ex turpi cauſſa moti pœna.

25. Lex legem declarat, pars ſtatuti ſtatutum.

26. Res ſemel extincta non reviviſcit.

27. A privatione ad habitum non datur regreſſus.
Declaratur ibid.

28. Tutela defertur ad proximiorem agnatum.
Quid ſi plures ſint proximiores. ibid.

AGNA-

1 AGNATOS capite minutos ad tutelam legitimam non admitti, Imperator in Titulo præcedenti tradidit, ad cujus decisionis declarationem, hic commodè subnectit de capitis diminutione, Qui Titulus in sex partes dividitur, in prima parte docet Imperator, quid, & quotuplex sit capitis diminutio: in secunda parte explicat primam speciem capitis diminutionis, maximam nempe capitis diminutionem: In tertia parte tradit, quæ sit media capitis diminutio: In quarta parte tractat, quid sit minima capitis diminutio: In quinta removet quædam dubia: In sexta dicit non omnes agnatos simul, sed proximiores tantum ad tutelam legitimam admitti.

2 Circa primam partem definitionem nempe capitis diminutionis annotandum est, hanc definitionem desumptam esse, ex responso Caii Jureconsulti, *in l. 1. ff. De*

3 *capit. dimin.* Deinde annotandum, verbum status in definitione capitis diminutionis positum, refragante in hoc Angelo, *hic in princ.* accipi pro conditione, *gloss. 1. hic in princ. & ibi Sylvest. Aldobr. arg. l. fin. ff. und. liber.* non qualibet, sed illa, quæ in libertate, civitate vel familia consistit, *gloss. 1. hic in princ. & ibi Sylvest. Aldobr. arg. l. fin.*

4 *ff. De capit. diminut.* Ideoque licet filiusfamiliàs morte, servitute & deportatione patris sui juris efficiatur, & à potestate patris liberetur, *supr. De patr. potest. in princ. & §. cum autem & §. pœnæ.* cum tamen neque morte neque servitute vel deportatione patris filiusfamiliàs libertatem, civitatem vel familiam amittat, receptum est, filiumfamiliàs hisce modis sui juris effectum, capite deminutum non censeri, *l. si filiusfamiliàs §. fin. ff. Ad Senatusconsultum Macedon. l. 3. ff. De interd. & releg.* Eodem modo licet filiusfamiliàs propter dignitatem

à patria

à patria potestate liberetur, atque sui juris efficiatur, §. *palam. Auth. Constit. Quæ de dignit.* cùm tamen filius-familiàs dignitate sui juris effectus, neque libertatem neque civitatem, neque familiam amittat, §. *illud. Auth. Constit. Quæ de dignitat.* certum est filium familiàs propter dignitatem potestate patris liberatum, capitis diminutionem non pati. Similiter, licet libertus, qui jus aureorum annulorum impetravit, efficiatur ingenuus, *l. pen. & fin. ff. De iur. aur. annul.* cùm tamen ipse per hoc neque libertatem neque civitatem, neque familiam amittat, sequitur, ipsum per hoc capite minutum non censeri, *l. falsa. §. sed etsi. ff. De condit. & demonstrat.* Et hoc quoad primam partem hujus Tituli.

In secunda parte hujus Tituli tradit Imperator definitionem maximæ capitis diminutionis, eamque declarat exemplis quibusdam, quæ exempla licet definitiones atque regulas non restringant, *l. item veniunt. §. in privatorum. ff. De petit. heredit. l. regula. §. pen. ff. De iur. & fact. ignor. l. damni infecti stipulatio. l. a 2. ff. De damn. infect. l. 1. §. quod vulgò. ff. De vi & vi armat. Card. Paris. Cons. 33. n. 8. lib. 2. Cons. 55. n. 32. lib. 4.* neque alterent, *Card. Paris. Cons. 66. n. 13. lib. 1.* definitionibus tamen atque regulis maximum lumen addere possunt, *Card. Paris. Cons. 110. n. 62. Cons. 67. n. 7. lib. 3. Cons. 158. n. 15. lib. 4. arg. l. fin. §. cui dulcia. ff. De vin. tritic. & ol. legat. Clem. non potest. De procurat.* Porrò primum exemplum maximæ capitis diminutionis est in his, qui pœnæ servi efficiuntur; quòd quomodo hodiè procedat, declaravimus suprà *in Tit. quib. mod. ius patr. potest. solv.* Et annotandum, servos pœnæ ab aliis servis in multis differre. Namque licet alius servus à domino suo manumitti possit: servus tamen

5

6

pœnæ manumitti non potest, *Ioan. Andr. & Abb. c. ita quorundam, extra De Iudæ. Rom. Singul. 676. Incip. Nullus ex suo delicto. Dec. l. servitutem. ff. De reg. iur. arg. l. 2. C. Quib. ad libert. proclam. non lic.* Deinde servus pœnæ est omninò incapax, nihilque adquirere potest, neq; sibi neq; alteri, *l. si in metallum. ff. De his, quæ pro non script. l. si quis mihi bona. §. si quis planè. ff. De adquir. hereditat.* servus autem privati saltem domino aliquid adquirere potest, *l. si paterfamiliâs. ff. De hered. instit. infr. Per quas person. nob. adq. in princ.* Præterea, si heres institutus, servus pœnæ effectus fuerit, ipse hereditatis omninò incapax est, licet ipse ante hereditatem aditam restitutus fuerit, *l. intercidit. ff. De condit. & demonstr.* heres verò institutus, servus privati factus, & ante aditam hereditatem manumissus hereditatis capax est, *l. ex facto. § fin. ff. De hered. instit. Sylvest. Aldobr. hic in princ. n. 13.* Quamvis in successione ab intestato contrarium legibus sancitum sit. Namque heres legitimus post mortem illius, de cujus successione agitur ante aditam hereditatem servus pœnæ effectus ad hereditatem admittitur, si ipse à Principe restitutus fuerit, heres verò legitimus ante aditam hereditatem servus privati effectus ad hereditatem ab intestato nullo modo admittitur, licet ipse postea manumissus fuerit, *l. 1. §. filio, qui &*

7 *ibi Bart. ff. Ad SC. Tertull.* Secundò, libertos propter ingratitudinem in servitutem revocatos, maximam capitis diminutionem pati, Imperator hîc tradit. Circa quod annotandum propter ingratitudinem libertos in servitutem revocari actione, *l. pen. C. De libert. & eor. lib.* non ordinaria, sed extraordinaria, *l. 1. C. eod. tit.* officio judicis nempe, *gloss. hic in princ. vers. Maxima verb. libertis. gloss. l. 1. & l. pen. C. De libert. & eor. liber. arg. l. cùm filius familiâs iunct. gloss. ff. Si cert. petat.* Quæ conclusio extenditur primò, ut

non

non tantùm is libertus, qui gratis, sed etiam is, qui precio vel pecunia data manùmissus est, propter ingratitudinem in servitutem revocetur, *l. etiam. in fi. C. De obseq. à libert. patron præst.* Secundò hæc conclusio extenditur, ut non tantùm libertus, sed etiam filius liberti, qui post manumissionem patris natus & ingenuus est, propter ingratitudinem in servitutem revocetur, *l. fin. C. De libert. & eor. lib.* Tertiò hæc conclusio extenditur, ut non tantùm propter ingratitudinem commissam erga patronum, sed etiam propter ingratitudinem commissam in patroni filios, libertus in servitutem revocetur, *arg. l. etiam. in 2. C. De obseq. patr. præst. and. l. pen. C. De libert. & eor. liber. §. illud, Auth. ut libert. de cæter.* licet propter ingratitudinem commissam in heredem extraneum patroni, libertus in servitutem redigi nequeat, *gloss. d. l. pen. C. De libert. & eor. lib. gloss. d. §. illud. arg. l. sciendum. ff. De verb. signif.* Quartò hæc conclusio extenditur, ut etiam propter levem offensam in committendo consistentem in patronum commissam, libertus in servitutem revocari possit, *l. 2. C. De libert. & eor. lib.* licet propter culpam sive læsionem in omittendo consistentem, libertus in servitutem revocari nequeat, *l. solo. C. De liber. cauſſ.* nisi hæc culpa gravis sit, utputa, quia ipse patrono alimenta denegavit, *l. alimenta. §. 1. ff. De liber. agnosc.* Quintò hæc conclusio extenditur, ut non tantùm libertus ingratus propter ingratitudinem in servitutem revocetur, sed etiam omnes liberi illius postea nati servi fiant, licet liberis ipsius anteà natis vel conceptis ingratitudo superveniens, nihilque noceat & præjudicet. Sextò hæc conclusio extenditur, ut libertus propter ingratitudinem in servitutem revocatus, manumitti non possit, nisi permittente Imperatore. Septimò hęc conclusio extenditur, ut patronus libertum

ingratum non tantùm in ſervitutem revocare, ſed etiam ad aliam pœnam contra ipſum agere poſſit, *l. i. ff. De iur. patron. l. ſi manumiſſori. & l. etiam. la2. C. De obſeq. patron. præſtand. gloſſ. hic in princ. verſ. maxima, verb. libertis. & ibi*
8 *Ioan. Fabr. Ang. & Sylveſt. Aldobr.* Octavò hæc concluſio procedit, etiamſi inter patronum & libertum conventum ſive pactum fuerit, ne libertus propter ingratitudinem in ſervitutem redigi poſſit, *Sylveſt. Aldobr. hic in princ. n. 44.* Namque futura ingratitudo pacto remitti non poteſt, *Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Iaſ. & Dec. l. fin. C. De pact. Specul. §. 1. verſ. Quid ſi actum de donation. Bald. l. fin. C. De bon. libert. Ludovic. Roman. Conſ. 26. Alex. l. ſtipulatio hoc modo. n. 23. ff. De verb. obligat. Corn. Conſ. 102. lib. 1. arg. l. ſi unus. §. illud. ff. De pact. l. convenire. ff. De pact. convent.* niſi illud pactum jurejurando confirmatum fuerit, tunc enim illud pactum ratum eſt, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. 1. verſ. Quid ſi actum eſt. De donat. Anton. de Butr. Petr. de Anchor. & Cardin. c. fin. extra De donat. Ioan. de Immol. Conſ. 35. Alex. d. l. ſtipulatio hoc modo. n. 21. Alex. Conſ. 40. n. 16. lib. 4. Iaſ. Dec. & Cagnol. l. fin. C. De pact. Anton. de Petrut. in repetit. l. 1. n. 32. ff. De iureiur. Bertrand. Conſ. 46. Incip: Viſo. col. 2. lib. 2. Anton. Rub. Alex. Conſ. 114. arg. quemadmodum. §. fin. ff. De iureiur. Quamvis in hoc contrarium teneat Immol. c. fin. extra De donat. Roman. d. l. ſtipulatio hoc modo. Corn. Conſ. 102. lib. 1. Georg. Natt. repetit. c. quamvis De pact. lib. 6. Bertr.*
9 *Conſ. 67. n. 3. lib. 3.* Nonò hæc concluſio extenditur, ut etiam illi patrono, qui liberto jus patronatus remiſit propter ingratitudinem libertum in ſervitutem revocare permittatur, *§. illud Auth. Vt libert. de cæter.* hoc tamen caſu patronus libertum non propter quamlibet ingrati-

gratitudinem, sed propter illam tantùm, propter quam donatio ritè perfecta retractetur, redigere in servitutem potest, *gloss. hîc in princ. vers. maxima verb. libertis. Quamvis in hoc contrarium, sed malè teneat Sylvest. Aldobr. hîc in princ.* eâ potissimùm ratione motus, quòd expressi & tacitè eadem sit virtus; *l. cùm quid. ff. Si cert. petat.* Quare cùm expressè paciscì nequeat, ne libertus propter ingratitudinem in servitutem redigi possit, videtur dicendum; nec remissionem juris patronatus tacitè id operari, ne libertus ex illis causis ingratitudinis, ex quibus ipse alioquin in servitutem redigi potest, in servitutem redigi non possit. Namque ad hanc rationem facilis est responsio. Tum, quia in nostro casu inter expressum & tacitum maxima ratio diversitatis militat. Et certum est, expressi & taciti non eandem, sed diversam virtutem esse, quando inter illa diversitatis ratio militat, *arg. l. Papinianus exuli in princ. ff. De minor. l. Iulianus. ff. De condict. indeb. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. De adquir. possess.* Tum quia multa in consequentiam permissa sunt, quæ directò fieri prohibentur, *l. 1. in princ. ff. De auth. tutor. l. si unus. §. illud. ff. De pact.* Tum, quia etiam multa tacitè fieri possunt, quæ expressè fieri prohibita sunt; *l. actus legitimi. & l. expressa. ff. De reg. iur.* Hæc con- 10
clusio ita ampliata fallit primò in illo, qui non voluntate propriâ, sed ex necessitate libertum manumisit, hic enim propter ingratitudinem libertum in servitutem redigere nequit, *l. 2. C. De oper. libert. l. 1. C. de libert. & eor. liber.* Secundò statutum vel consuetudo, quâ cavetur, ne libertus propter ingratitudinem in servitutem redigi possit, rata est. Tum quia certum est, pactum juratum inter patronum & libertum initum valere, ne libertus

propter ingratitudinem in servitutem redigi possit, *prout supra docuimus.* Et simili modo clari juris est, illud, quod pacto jurato fieri potest, etiam statuto & consuetudine fieri posse, *Dec. l. nec ex prætorio. n. 10. ff. De reg. iur.* Tum, quia Dd. nostri in simili tradunt, valere statutum & consuetudinem, quâ cavetur, ne Emphyteuta propter Canonem non solutum emphyteusi privetur, *Abb. Conf. 72. lib. 1. Ias. l. 2. n. 102. C. De iur. emphyt. Curt. in Tract. feudal. 1. part. 2. part. princ. Quæst. 17. Card. Paris. Conf. 108. n. 36. lib. 1.*

11 Tertio liber homo, qui se ad precium participandum venundari passus fuit, maximam capitis diminutionem patitur, *ut hic in princ. ver. maxima.* Quæ tamen requirantur ad hoc, ut liber homo, qui se venundari passus fuit, servus efficiatur, *videte gloss. & Dd. in §. fin. supr. De iur. per-*

12 *sonar.* Hactenus de secunda parte hujus Tituli. In tertia parte ponit Imperator descriptionem minoris sive mediæ capitis diminutionis, quæ inde appellatur minor sive media capitis diminutio, quia medium obtinet inter maximam & minimam capitis diminutionem, *Sylvest. Aldobr. hic in princ. arg. l. qui lancem, & ibi Bart. ff. De aur. &*

13 *arg. legat. Bald. l. 1. n. 4. C. De verb. signific.* Et hanc mediam sive minorem capitis diminutionem is pati dicitur, cui aqua & igni interdictum est, *ut hic in princ. l. fin. ff. De capit. dimin.* Quæ pœna hodiè in usu non est, sed in ejus locum pœna deportationis surrogata est, *l. 2. §. Constat. ff. De pœn.* Quæ pœna deportationis simili modo illius naturæ est, ut is, cui hæc pœna irrogata est, & civitatem amittat, & mediam sive minorem capitis diminutionem passus intelligatur, *ut hic in princ. vers. minor.* Huic æquiparatur sententia banni, cùm per illam bannitus, secundum distinctionem tamen quam fecimus, *supr. in Tit. Quib. mod. ius patr.*

ius patr. pôteſt. ſolv. civitatem & omnia illa, quæ juris civilis ſunt, amittat. Juxta prædicta quæritur, utrum ſe- 14
cundum juris communis diſpoſitionem bannitus impunè interfici poſſit. Et reſpondeo quòd non, *Bart. Iaſ. & Dec. l. ut vim. ff. De iuſtit. & iur. Bart. l. 1. & ibi Alex. C. De heredib. inſtit. Alex. Conſ. 26. lib. 1.* Quod uſque adeò verum eſt, ut ſecundum juris communis diſpoſitionem bannitus non poſſit lædi, non tantùm in perſona, ſed ne in bonis ſive rebus quidem, *Bald. & Alvarott. c. 1. Iiic finit. lex. Alvarott. c. 1. De milit. vaſall. qui contum. Nell. in Tract. bannit. in 2. part. 2. temp. Quæſt. 55. Dec. d. l. ut vim. n. 14. arg. l. Papinianus exuli in princ. ff. De minor. l. ad cognitionem ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Quæ ſententia mihi magis placet, quamvis in hoc contrarium, ſed malè teneat gloſſ. c. 1. §. deprædare. De milit. vaſall. qui contum. Bart. d. l. ut vim. n. 2.* Statuta tamen caveri atque introduci poteſt, ut 15
bannitus impunè occidi poſſit, *Bart. l. omnes populi. ff. De iuſtit. & iur Bart. & Dec. d. l. ut vim. Bald. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. De capit. dimin. Bald. l. Gracchus. C. Ad leg. Iul. de adult. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. Tit. De Conſtit. circ. fin. Alex. Conſ. 114. lib. 1. Conſ. 2. Conſ. 107. lib. 2. Conſil. 65. lib. 3. Nell. in Tract. bannit. 1. part. 2. temp. Quæſt. 1.* Ex quo ſequitur valere & diſpoſitionem juris Saxonici, *Art. 38. iunct. gloſſ.* **Landrecht.** *lib. 1. Tit.* **Von der Verfeſtung vnd Acht** / *adiuncto Speculo Saxonico. Item & Tit.* **Von der Acht** / *adiuncto Proceſſui Chiliani* **Königes** / & Conſtitutionem novellam Imperii, quibus cavetur, impunè & in perſona & in bonis bannitum lædi poſſe, *prout hoc expreſsè ſancitum eſt in Conſtitutione Regia de pac. fact. VVormatiæ, Anno 1495. & in Conſtitutione Imperiali de pace facta VVormat. Anno 1521.*

Hæc

Hæc concluſio extenditur, ut ſtatuto abſque conſuetudine non tantùm permitti poſſit bannitum interficere, ſed etiam conſtitui præmium interficienti bannitum, *Alex. l. ſi plagij. ff. De verb. oblig. Alber. de Roſat. 4. part. ſtatut. quæſt. 19.* Secundò hæc concluſio extenditur, ut ſtante ſtatuto, quòd bannitus interfici poſſit, etiam unus bannitus alium bannitum interficere poſſit, *Bald. & Alex. l. rogaſti in princ. ff. Si cert. petat. arg. l. ſi quis. §. utrum. ff. Ad SC. Sylleian.* Tertiò hæc concluſio extenditur, ut eo caſu, quo ſtatutum vel conſtitutio bannitum interficere permittit, non tantùm aperto Marte, ſed etiam dolo & ex inſidiis bannitum interficere liceat, *Alberic. de Roſat. 4. part. ſtatut. quæſt. 20. Bald. in Tract. ſtat. verſ. bannitus. n. 9. Roch. Curt. repetit. c. fin. col. 23. extra De conſuet. Dec. c. quæ in Eccleſiarum. n. 14. extra De Conſtit. arg. l. 1. §. non fuit. ff. De dol. Quamvis in hoc contrarium ſed malè teneat Ang. l. fin. C. De delator. lib. 10. Hippol. de Marſil. Sing. 16. Petr. Gerard. Sing. 14.* Quinimò bannitum, quem ex diſpoſitione ſtatuti vel conſuetudine interficere licet, etiam veneno è medio tolli poſſe ſtatuo, *arg. d. §. non fuit. l. 1. ff. De legat. præſtand. l. de precio. ff. De public. in rem act. Quamvis in hoc contrarium ſed malè teneat Hippol. de Marſil. Rubr. in fin. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.* Quartò hæc concluſio extenditur, ut ſi ſtatutum permittat, bannitum occidere, hic bannitus & vulnerari & bonis ſpoliari poſſit, *Bald. c. in literis. extra De reſtit. ſpoliat. Ang. & Immol. l. in ſuis. arg. illius text. & ibi Iaſ. n. 25. ff. De lib. & poſth. Dec. d. l. ut vim. n. 14. facit l. nec in ea. ff. Ad leg Iul. de adult. l. in ſervorum. ff. De pœn.* dummodò bona bannito auferantur ipſo vivo, ſecus autem eſt ipſo mortuo. Namque bannito mortuo bona auferri nequeunt, *Bald. l. ſororem.*

sororem. C. De his, quib. ut indig. Bald. l. qui sepulchra. C. De sepulch. viol. Bald. l. ex hoc iure. ff. De iustit. & iur. arg. l. si pœna. ff. De pœn. nisi bannito mortuo bona auferantur in continenti post mortem ab illo, qui ipsum occidit; hoc enim permissum est, *Paul de Castr. Cons. 32. Felin. c. quæ in Ecclesiarum. n. 14. extra De Constit. arg. l. lecta. ff. Si cert. petat. gloss. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. De procur. Ias. l. Edita. C. De edend.* Quintò hæc conclusio extenditur, ut ratione statuti permittentis bannitum offendere, bannitus etiam occidi possit, *Bart. Cons. 188. Incip. Statuto castri plebis. Bart. l. 3. §. fin. ff. De adi. legat. Paul. de Castr. & Alex. d. l. in suis. & ibi Ias. n. 26. Felin. c. quæ in Ecclesiarum. n. 14. extra De Constit. arg. c. fin. De homicid. lib. 6.* Sextò hæc conclusio extenditur, ut bannitus, quem statutum interficere permittit, indistinctè interfici possit, etiam ab eo, qui promisit bannito, ipsum non interficere, sive hæc promissio præcedat sententiam banni, sive sequatur, *Bart. in quæst. 1. Incip. Lucanæ. Bart. l. 1. §. non fuit. arg. illius text. ff. De dol. Bart. l. qui servum verentem. & ibi Alex. & Ias. ff. De verb. oblig. Bald. l. iurisgentium. §. si pacisc. arg. illius text. ff. De pact. Ias. l. conventionum. ff. De pact. facit l. ius publicum. ff. De pact. l. quidam. ff. De pœn. §. neg. Auth. De mand. princip.* Hæc conclusio ita ampliata procedit primò, si statutum permittat interficere bannitum ex justa atque legitima causa, ex tali nempe, ex qua alioquin pœna capitis vel ultimi supplicii irrogari potest, secus autem est, si statutum permittat interficere bannitum pro debito pecuniario vel pro alia causa, propter quam ultimum supplicium alicui irrogari non potest, hoc enim statutum ratum non est, *Host. c. fin. extra De consuetud. Anton. de Butr. & Immol. d. c. quæ*

in Eccleſiarum. & ibi Felin. n. 4. & Dec. n. 14. Quamvis in hoc contrarium, ſed malè tenent Nell. in Tract. bannit. in 1. part. 2. tempor. Quæſt. 1. Secundò vigore ſtatuti permittentis bannitum interficere, filius patrem bannitum interficere non poteſt, *Ang. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto. arg. illius text. ff. Ad leg. Iul. de adult. Alberic. 4 part. ſtatutor. Quæſt. 6. Nell. in Tract. bannitor. in 2. part. 2. tempor. Quæſt. 10. Bart. Cæpoll. Conſ. 5. Felin. d. c. quæ in Eccleſiarum. n. 5. & ibi Dec. n. 14. facit text. Auth. De inceſt. nupt. in prin. Quamvis in hoc contrarium, ſed malè nro iudicio tenent Bart. d. l. liberto. Petr. de Anchor. & Ioan. de Anan. Rubr. extra De his, qui fil. occid.* Tertiò vigore ſtatuti permittentis bannitum interficere, non poteſt interfici bannitus, qui vel appellavit à ſententia banni, vel illam nullam dicit, pendente videlicet quæſtione ſive controverſia hac, in cauſſa nullitatis vel appellationis, *Bart. Ang. Immol. Raph. Cuman. Alex. & Iaſ. l. 3. §. ſi ſervus. ff. De adq. poſſeſſ. Bald. l. univerſa. C. De precib. Imper. offer. Felin. d. c. quæ in Eccleſiarum. extra De Conſtitut. Ang. l. cum verò, arg. illius text. ff. De fideicommiſſ. libert. facit l. ſi quis filio exheredato. §. quòd ſi quis ff. De iniuſto rupt. l. debitor. ff. De verb. ſignificat. c. 1. & c. fin. extra ut lit. pendent.* Quartò, lata ſententia banni intra decem dies, qui ad interpellationem interponendam conceſſi ſunt, bannitus interfici nequit, *Iaſ. d. §. ſi ſervus. n. 12. arg. l. & poſtrem in princ. ff. De tranſact. c. non ſolùm. De appellat. lib. 6. gloſſ. & Bart. l. 1. ff. Nil nov. appell. pendent.* Quintò vigore ſtatuti permittentis interficere bannitum, banniendus de proximo interfici non poteſt, *Alex. d. §. ſi ſervis. n. 10.* Sexto bannitus, qui toleratur in civitate vel imperio interfici non poteſt, *Salic. l nullus. C. De Iudæ. Ioan. de Anan, c. ſicut. extra De Iudæ. Felin. d. c. quæ in Eccle-*

in Eccleſiarum. n. 7. Septimò bannitus ſeipſum interficere non poteſt, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. Tit. De pœn. §. 1. verſ. ſed quæro. Bald. Salic. Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. l. 1. & ibi Iaſ. n. 7. C. De ſerv. fugit. Bald in proœm. decretal. Incip. Rex pacificus. Capoll. Conſ. 5. Felin. d. c. quæ in Eccleſiarum. n. 9. Purpurat. l. rogaſti in princ. n. 16. ff. Si cert. petat. arg. l omne delictum. § qui ſe. ff. De re milit.* Quamvis in hoc contrarium ſed malè teneat *Dec. d. c. quæ in Eccleſiarum. n. 14.* Octavò bannitus interfici non poteſt extra territorium illius, à quo bannitus eſt, *Petr. de Anchor. c. 1. extra De Conſtit. Ioan de Immol. Clem. paſtoralis. De ſentent. & re iudic. Felin. d. c. quæ in Eccleſiarum. n. 11.* Nonò, interficere bannitum ita demum licet, ſi quis ritè atque legitimè bannitus ſit: ſecus autem eſt, ſi quis non ritè neque legitimè bannitus ſit: eum enim interficere permiſſum non eſt, *Bart. l. pen. ff. Ad leg. Iul. de adult. Ang. Alex. & Iaſ. l 4. §. condemnatum. arg. illius text. ff. De re iudic. Alex. & Iaſ. l. huiusmodi. §. ſi ita. ff. De legat. 1. Felin. d. c. quæ in Eccleſiarum. n. 8. & ibi Dec. n. 14. facit text. l. non putavit. §. non quævis. ff. De bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. 2. ff. De teſtam. tutel.* Et ſi quis interfecerit minùs ritè vel legitimè bannitum ſciens atque prudens, ipſe perinde punitur, atque ſi ipſe quemlibet alium hominem interfeciſſet, *Bart. l. pen. ff. Ad leg. Iul. de adult. Iaſ. d. §. condemnatum. Dec. d. c. quæ in Eccleſiarum. n. 14. arg. l. ſi quis legatum. ff. Ad leg. Cornel. de falſ.* licet is, qui credens ſententiam banni legitimè prolatam, bannitum non legitimè interfecit, non de homicidio dolo perpetrato, ſed mitiùs puniatur, *Bart. d. l. pen. arg. illius text. ff. Ad leg. Iul. de adult. Dec. l. qui cum alio. arg. illius text. ff. De regul. iur.* Decimò licet ſtatuto caveri poſſit, ut bannitus interfici poſſit,

ſtatutum tamen, quo cavetur, ut mulier bannita ſtuprari poſſit, ratum non eſt, *Bald. l. fin. C. Si contr. ius vel utilit. public. Dec. d. l. ut vim. n. 15. & ind. c. quæ in Eccleſiarum.*
16 *n. 15. & 16.* In quarta parte Tituli ponit Imperator deſcriptionem & exemplum minimæ capitis diminutionis. Circa quod annotandum, per emancipationem contingere minimam capitis diminutionem; Et, quòd is, qui retinet libertatem & civitatem maximam vel
17 mediam capitis diminutionem pati non dicatur. Emancipatus autem ideò capite minui dicitur, quia mutat familiam, & conſequenter familiæ ſtatum. Unde patet, eum, qui per acceſſionem dignitatis, mortemve patris, patriâ poteſtate liberatur, cùm nihil patiatur, ex quo caput ejus minui poſſit, nec familiam mutare aut egredi & ne minimam quidem capitis diminutionem pati, prout ſuprà diximus. Namque dignitas diverſa res eſt, à ſtatu, & à diverſis non rectè fit illatio. Imò acceſſio dignitatis caput auget, *l. 3. §. fin. & ibi gloſſ. verb. & aliàs. ff. Ad SC. Macedon.* & mors patris patrem, non filium ſuperſtitem, qui jam familiæ caput eſſe incipit, ex fami-
18 lia aufert. Verùm hæc ſecundum jus antiquum vix quid habent dubii. At num hodiè emancipatio caput minuat, dubitari poteſt, *Aldobrandin. hic in §. Eſt autem. n. 32.* id non exiſtimat: Quod probo; cum per *l. fin. C. De emancip. liber.* antiqua ſit emancipatio ſolennis, per quam caput minuebatur. Et oſtendunt id exempla ſublati diſcriminis inter ſuos & emancipatos, *infr. De hered. qualitat. & differ. & §. 1. Auth. De hered. ab inteſt. venient.* Non tamen putandum eſt, nullum emancipationis effectum eſſe hodiè, etiamſi caput non minuat: oſtendimus enim plures emancipationis effectus, *ſupr. ad Tit.*

Quib.

Quib. mod. ius patr. potest. solv. & alibi suoque loco, *& in l. Gallus. §. & quid si tantùm idem Dd. tradunt.* Porrò ex 19
quarta parte colligitur, quòd privatio habitum præsupponat, quodque ubi habitus non sit, nec privatio esse possit. Ad quod etiam axioma textus hic communiter allegari solet. De eo tamen *videte Ang. Arct. hic in §. servus. n. 1.* Hinc servus non potest dici capite minui, quia caput non habuit: sicut nec liberatus is, qui obligatus nunquam fuit, *l. decem. ff. De verb. oblig.* Item, hinc infertur, quòd absolutum se ab excommunicatione, banno aliisve impedimentis confitens, relevet adversarium ab onere probandi, ipsum excommunicatum, bannitum, impeditum, *Auth. Si dicatur. C. De testib. Dd. in d. l. decem.* Tertiò ex hoc textu notatur, Non entis nullas 20
esse qualitates, nullaque accidentia. Ad quod idem est *text. in l. Divus. ff. De testam. tutel. l. actor. C. De probat. l. si servum mihi. §. 1. ff. De act. empt. c. 1. ut Eccles. benefic. sui cuiusq; dimin. confer. l. eius, qui in provincia, vers. Quid si stipulatus. ff. Si cert. petat.* Quartò notatur, servum non 21
considerari de jure civili ut hominem, nec caput habere, *facit l. quod attinet. & ibi Dec. ff. De reg. iur. l. in personam. ibiq; Dec. ff. eod. tit.* Unde infertur, capitales pœ- 22
nas in servo locum non habere, *l. hos accusare. §. si servus. ff. De accusat.* Quod tamen intelligendum & declarandum, prout hoc intelligit & declarat *Sylvest. Aldobr. hic. §. servus. n. 11. & seqq. Philip. Dec. in d. l. in personam per tot. ff. De reg. iur.* Deinde hinc liquet, quòd servus non possit esse judex, *facit text. l. cùm prator. §. fin. ff. De iudic.* nec tutor, arbiter, testis vel executor, *Dec. l. in omnibus. ff. De reg. iur. Bald. l. id, quod pauperibus. Quæst. 1. C. De Episcop. & Cleric. Card. Clem. 1. q. 17. De testam. nec miles.*

l. pen. §. fin. C. Qui militar. non poss. Quæ tamen omnia Dd. limitant, ut non procedant, si communis error intervenerit, *l. Barbarius. ff. De offic. prator. l. 1. C. De testam.* An verò tabellio esse possit, *tradit Dec. in l. quod attinet.*

23 *ff. De reg. iur. & l. in omnibus. n. 4. ff. eod. tit.* Præterea hîc notandum, quòd Senator dicatur habere dignitatem, *facit text. hîc. §. quibus. l. Senatoris filium in fin. ff. De senat.* Quinimò aliquando illustres dicuntur Senatores, *l. quisquis. C. Ad leg. Iul. Maiest. l. decurionibus. C. De silentiar.* aliquando clarissimi, *l. 2. C. De ijs, qui ven. ætat. impetr. l. fœmina. ff. De Senator.*

24 Quæ autem fuerit pœna eorum, qui ex turpi causa Senatu moriebantur, *videte Sylvest. Aldobr. hîc. §. Quibus autem. n. 9. & ibi gloss. & Ang. in verb. Constat.*

25 Quintò notate ex §. *quòd autem hîc*, quæ capitis diminutio tollat agnationem & quæ cognationem: quodque *hîc §. interpretur. §. ultimum. supra Tit. prox.* Et Dd. præterea hîc notant, Quòd lex legem declaret, *l. sed & posteriores. ff. De ll.* pars statuti per aliam partem statuti, *Bart. l. utrum. ff. De petit. hereditat.* & statutum per statutum magis quàm per jus commune, *Petr. de Anchor. Cons. 423. Viso puncto col. fin. Dec. Cons. 158. col. 2. Ang. Cons. 111. Aldobr. hîc.*

26 Similiter & illud notant, quòd res semel extincta non reviviscat, *l. qui res. §. at ream. ff. De Solut.* Quod usque adeò verum est, ut non reviviscat res semel extincta etiamsi causa extinctionis cesset, *Corn. Cons. 234. Aldobr. hîc. facit l. si filius, qui in potestate. ff. De liber & posth.*

27 Ultimò & illud notant, quod à privatione ad habitum non detur regressus. Ad idem est *text. in l. liber homo. ff. De stat. homin.* Hoc tamen fallit primò, si privatio esset de facto. Namque tunc datur regressus: quæ enim facti sunt, sine juris fundamento dispositionem & rei naturam

turam non alterant, *arg. §. fin. supr. De ingen.* Secundò hoc ita demum procedit, nisi primus status non esset omninò extinctus, sed esset quasi velatus: eo enim casu res redit ad pristinam naturam, *l in tantum, in princ. ff. De rer. divis. Ang. hic. §. quod autem. n. 2.* Circa quintam & 28
ultimam partem breviter advertendum, quòd tutela deferatur ad agnatum proximiorem, & pluribus in eodem gradu existentibus ad omnes pariter, *l. si plures. ff. De legit. tutor.* Quamvis si plures sint in eodem gradu, eligi debeat per eos unus, qui administret, *Ioan. Fabr. hic*, qui si non convenient, prætor se interponet, *l. legitimos. §. in legitimis. & ibi Bart. ff. De legit. tutor.* Plures hîc sumunt Dd. illationes, Quòd nimirùm vocatio legis fiat ordine successivo, item quòd aliquo correcto censeatur correctum omne dependens ex eo. Item, quòd correctio facta in uno ex æquiparatis trahatur ad aliud, ut inferunt *Ang. & Plat. hic. §. fin.* Quæ illationes cùm non satis convenienter ex hoc loco sumptæ mihi videantur, ego illas hîc prætereo.

In Titulum XVII.

DE LEGITIMA PATRON. TUTELA.

SUMMARIA.

1. *Tutela legitima quotuplex.*
2. *Quæq; deferatur ex mente & verbis legis XII. Tab.*
3. *Et quæ ex mente tantùm.*
4. *Quæ neq; ex verbis, neq; ex mente, sed per Iureconsultorum extensionem.*
5. *Fiduciaria unde nomen habeat, & cur rectè legitima tutela vocetur.*
6. *Sicut*

6. Sicut & ea, quæ cognatis hodiè lege defertur.
7. Continuatio & argumentum Tituli.
8. Tutela legitima liberti ad patronum ſpectat.
Extenditur id n. 12.
9. An verò & quando legitima tutela vaſalli ad dominum, & n. 12.
10. Et quid hoc caſu de jure Saxonico.
11. Statuta ita intelligenda ſunt, ne ſupervacua ſint, etiamſi jus commune eo modo corrigeretur.
13. Patronus tutor an & quando ſatisdet. remiſſivè.

1 TUTELAM legitimam quadruplicem eſſe Dd. noſtri tradunt, *Bart. l. 3. §. ſi parens. ff. De legit. tutor.*
2 *l. frater. C. eod. tit.* Namque aliqua tutela legitima defertur ex mente & verbis legis XII. Tabul. qualis eſt illa, quæ defertur agnatis, *l. 1. in princ. ff. De legit. tut. ſupr.*
3 *De legit. tutor. in princ.* Alia verò non defertur ex verbis, ſed ex mente legis XII. Tab. qualis eſt illa, quæ defertur patrono. Namque cùm ſecundum legem XII. Tabul. ſucceſſio liberti ad patronum pertineret, ejus legis mentem fuiſſe Jurisconſulti interpretati ſunt, ut etiam onus tutelæ liberti ad patronos pertineat, *ut hîc. & l. 3. in prin. ff. De legit. tutor.* Eam ob cauſſam, quia leges volunt, ut is oneris ſit particeps, ad quem commodum ſive emolumentum pervenit, *l. 1. in princ. ff. De legit. tutor. l. ſe-*
4 *cundum naturam. & l. quo tutela. ff. De reg. iur.* Alia verò eſt tutela legitima, quæ neq; ex verbis, neque ex mente legis XII. Tabul. ſed propter extenſionem Jureconſultorum defertur, qualis eſt illa, quæ defertur parenti. Namque cum lege XII. Tabul. non fuerit cautum, ut parens admitteretur vel ad tutelam vel ad ſucceſſionem filii emancipati, certum eſt, tutelam legitimam filii emancipati, neque ex verbis, neque ex mente legis XII. Tabul.

Tab. ad parentem pertinuiſſe, ſed quia poſtea Senatusconſulto Tertulliano, hereditas legitima filii emancipati, patri delata fuit, Jureconſulti rationem legis XII. Tabul. ita extenderunt, ut etiam onus tutelæ legitimæ ad parentem ſpectaret, *inſt. De legit. parent. tutel.* Quarta 5
ſpecies tutelæ legitimæ dicitur tutela fiduciaria, quæ inde nomen accepit, quia defertur non ratione ſucceſſionis, ſed propter ſummam fidem ſive confidentiam, quam lex habet de illis perſonis, quibus hæc tutela defertur. Namque antiquitus frater ad ſucceſſionem fratris emancipati non admittebatur: & tamen tutelæ onus ad ipſum pertinuit, propter præcipuam fidem, quam lex de ipſo habet. Cæterùm, quia hodiè ſucceſſio legitima fratris emancipati, fratri defertur ex iiſdem legibus, & tutela legitima fratris emancipati, fratri delata intelligitur: eamque ob cauſſam tutela fiduciaria hodiè rectè legitima dicitur, *Bart. d. l. frater. Bart. d. §. ſi parens.* Sicut & tutela, quæ hodiè cognatis ex juris ci- 6
vilis diſpoſitione defertur, *§. ex his, Auth. De hereditat. ab inteſt. venient.* rectè legitima dici poteſt, *Bart. d. l. frater.* Et quia Imperator hactenus abſolvit primam ſpeciem 7
tutelæ legitimæ, quæ agnatis defertur, in hoc tit. noſt. optimis rationibus ductus tractat ea, quæ ſpectant ad ſecundam ſpeciem legitimæ tutelæ, quæ patrono defertur. Circa quod annotandum onus tutelæ legitimæ li- 8
berti ad patronum pertinere, *ut hîc, l. 3. in princ. ff. De legit. tutor.* Et cùm diſpoſitum de patrono & in domino 9
feudi, & diſpoſitum de liberto & in vaſallo locum habeat, *gloſſ. c. 1. verb. ſalva reverentia. De milit. vaſall. qui contum.* ſequitur ex hoc, & dominum feudi vaſalli tutorem eſſe. Quod ſecundum juris civilis diſpoſitionem,

absque dubio procedit eo casu, quando vasallus impubes nullos agnatos habet, qui in feudum succedere possint,
10 *Ioan. Fabr. hic*, secundum autem dispositionem juris Saxonici dominus feudi vasalli sui impuberis tutor indistinctè est: etiamsi hic vasallus impubes habeat agnatos, ad quos successio feudi pertinet. Namque cùm jure Saxonico generaliter sancitum sit, *Art. 26. Lehnrecht.* ut dominus feudi vasalli sui, quoad bona feudalia tutor sit, & hæc dispositio juris Saxonici nihil ultra juris communis dispositionem operaretur, si restringeretur ad eum casum, quando vasallus impubes alios agnatos, ad quos successio feudi pertinet, non habet, sequitur, hanc dispositionem juris Saxonici, ita intelligendam, ut etiam eo casu, quando vasallus impubes agnatos habet, tutela
11 ipsius ad dominum feudi pertineat. Cùm clari juris sit, tàm jus Saxonicum, quàm omnia alia statuta ita interpretanda esse, ne sint supervacua, sed ut aliquid ultra juris communis dispositionem operentur, etiamsi capiendo hanc interpretationem induceretur juris communis correctio, *Bart. l. 3. ff. De usucap. Alex. l. si cùm dotem, in princ. ff. Solut. matr. Iaf. l. 1. in princ. ff. De offic. ejus cui mand. est jurisd. arg. l. si quando in princ. ff. De legat. 1. l. fundus, qui locatus. ff. De fund. instr. c. si Papa de privileg. lib. 6.* Hæc conclusio, quòd videlicet legitima tutela
12 liberti ad patronum spectet, extenditur primò, ut procedat sive patronus sponte sua libertum manumiserit, sive ex fideicommisso rogatus, sive eâ ratione emerit, ut ipsum manumitteret, *Sylvest. Aldobr. hic. n. 36. arg. l. 3. §. sed si hoc. ff. De legit. tutor.* Quinimò ejus liberti, qui absque facto patroni ex legis constitutione ad libertatem perductus fuit, tutela ad patronum spectat, *Ioan. Fabr. Ang.*

Ang. & Sylvest. Aldobr. hic. arg. l. 1. §. interdum. ff. De legit. tutor. Ex quo sequitur, tutelam vasalli indistincte ad dominum feudi spectare, sive hic vasallus investitura sive præscriptione; sive alio modo vasallus esse cœperit, *arg. gloss. fin. l. si quis servo. C. De furt.* Secundò hæc conclusio extenditur, ut tutela liberti ad patronum spectet indistincte, etiamsi hic patronus propter delictum suum à successione liberti exclusus fuerit, *d. §. interdum* Quod procedit tantùm illo casu, quando patronus propter delictum suum perdit successionem tantùm, retento jure patronatus: secus autem est, quando patronus propter delictum suum perdit non tantùm successionem liberti, sed etiam jus patronatus; tunc enim ipse ad tutelam legitimam liberti non admittitur, *arg. l. 3. §. sed si hac. & ibi Bart. ff. De legit. tutor.* Ex quo sequitur, cùm dominus feudi propter delictum sive feloniam in vasallum perpetratam perdat & proprietatem feudi, *c. 1. §. domino, Si de feud. def. content. c. 1. Qual. dom. propriet. feud. privet.* & omne jus, quod ipse tàm in feudo, quàm in vasallo habuit, *arg. l. fin. & ibi gloss. C. De bon. libert. l. fin. C. De spectacul. lib. 11.* dominum feudi propter delictum sive feloniam proprietate feudi privatum, ad tutelam legitimam vasalli sui non admitti, *arg. d. §. sed si hac iunct. gloss. c. 1. verb. salva reverentia, De milit. vasall. qui contum. gloss. fin. l. si quis servo. C. De furt.* Cæterùm an & quando patronus tutor satisdare teneatur, *videte gloss. hic, in verb. legitima. & Sylvest. Aldobr. n. 37.* Materiam verò, *Auth. Matri & avia. C. Quand. mul. tutel. offic. fung.* quia minùs commodè hic tractatur, & nos de ea alibi & superiùs aliquid diximus, hic non inculcamus. 13

In Titulum XVIII.

DE LEGIT. PARENT. TUTELA.

SUMMARIA.

1. *Emancipans impuberem, ejus, exemplo patroni, legitimus est tutor.*
2. *Quo ex jure hæc tutela descendat. remissivè.*
3. *Pater emancipans quomodo æquiparetur patrono quoad tutelam.*
4. *Impubes, etiam infans emancipari potest.*
5. *Exemplum exempli sumi an possit.*
6. *Dispositio facta in una ex æquiparatis etiam in alio obtinet.*

1 LEGITIMÆ agnatorum tutelæ rectè subjungit Imperator hîc, legitimam parentum tutelam, dicens, Emancipantem impuberem, exemplo patroni ejus legitimum esse tutorem, *ex l. 3. §. fin. ff. De legit. tutor.*
2 Quomodo autem & quo jure parenti emancipanti hæc tutela deferatur, dictum suprà est, & tradit *Aldobr. hic. n. 1.* ubi, an secundum leges XII. Tab. pater emancipans legitimus sit tutor, quærit, & illam quæstionē explicat *n. seq.*
3 *usq. ad n. 8. & 10.* Notatur autem ex hoc textu, quòd pater emancipans æquiparetur patrono quoad tutelam, ut nimirùm, sicut patronus, qui libertatis donatione, de manu sua libertum dimisit, ejus legitimus tutor est: sic & pater, qui filium, remittendo patriæ potestatis vinculum sui juris effecit, legitimus tutor sit & habeatur, *Aldobr. hîc. facit text. l. 1. ff Si quis à parent. manumiss. fuerit. §. præterea, & ibi gloss. in verb. patrono. supr. Quib. mod. ius*

pa. rite

patriæ potest. solv. Vlpian. tit. 11. Deinde ex hoc textu in- 4
fertur, impuberem posse emancipari: quinimò & infan-
tem, *l. iubemus in fin. C. De emancip. liber.* An verò ex hoc 5
textu rectè colligatur, ex verbo, exemplo, Quod exem-
plum exempli sumi possit, *videte Ang. Ioan. de Plat. & Sylv. Aldobr. hîc*, qui Aldobrandinus contra alios id negat, &
de hoc axiomate remittit Lectorem ad notata *in Auth. si quis in aliquo, C. De edend.* Præterea ex hoc textu infe- 6
runt aliqui, quod dispositio facta in uno ex æquiparatis,
etiam in alio locum habet. Quæ regula, quamvis sit ve-
ra, tamen mihi non videtur ad hunc textum commodè
applicari. Certum enim est, hic dari legitimam tutelam
patri emancipanti alia ratione, quàm propter æquipara-
tionem quæ est inter patronum & parentem, ut plenius
docet *Aldobr. hic n. 13.*

In Titulum XIX.

DE FIDUCIARIA TUTELA.

SUMMARIA.

1. *De diversa lectione hujus textus.*
2. *Et quomodo vulgata lectio defendi possit.*
3. *Tutor & curator quot annos ad minimum habere debeat.*

MOrtuo patre emancipante, qui filii emancipati le-
gitimus erat tutor, de quo proximè, filii ejus pube-
res fiduciarii tutores sunt emancipati, *ut hic verb. quo de-
functo*: licet non solùm patroni sed etiam illorum filii li-
bertorum suorum impuberum legitimi sint tutores, *ut
supr. de legit. patron tut. & hic. verb. ad quid.* Verùm hic 1
textus aliter vulgò ita legitur emancipato defuncto li-

beri ejus fiduciarii sunt tutores filiorum suorum vel fratris vel sororis vel cæterorum: Aliter secundum Haloandrum ita habet, Emancipato defuncto liberi ejus fiduciarii tutores sunt fratris vel sororis. Et secundum hanc Haloand. lectionem Justiniani ratio procedit, inquientis, filium patroni ideo legitimum esse liberti tutorem, quia si manumissus non fuisset, in ejus potestatem recidisset, quod secus est in fratre, qui etiam si emancipatus non fuisset, in fratris tamen potestatem non recidisset,

2 Theophilus tamen priorem lectionem sequitur, & defendi potest illa, non Justiniani ratione, sed quia emancipans, si non contracta fiducia emancipat, vicem tutoris legitimi tantùm sustinet, *l. 3. in fin ff. De legit. tut.* jure enim civili non est legitimus heres, *Theophil. Instit. De bonor. possess. §. tertio loco*, si autem contracta fiducia emancipat, legitimus quidem tutor est, *ut hic*, sicut & legitimus heres, sed non per legem XII. Tabul. sed tantùm per contractam fiduciam, *§. fin. Instit. de legit. agn. succes.* Et ideò filii illius non possunt esse nisi fiduciarii tutores ejus, qui emancipatus est: in filiis patroni secus est, quia etiam ex lege XII. Tabul. legitimi libertorum erant heredes, *ut supr. de legit. patron. tutel.* Hodiè autem tàm emancipans, quàm ipsius major filius emancipatorum legitimi sunt tutores, *l. 4. C. De legit. tut.*

3 Ex hoc textu, quæ à nonnullis notantur, vulgaria sunt. Hoc tamen notandum, quòd tutores & curatores minores non possint esse viginti quinque annis: Ita enim *gloss. in verb. perfectæ*, hoc in loco perfectam ætatem interpretatur, & rectè, *ex l. fin. C. De legit. tutor.* Et sanè inconveniens est, ut is, qui alterius potestati subest, alium in potestate habeat, *l. sic eveniet. ff. Ad leg. Iul. de adult.*

adult. Itemque absurdum, eum, qui alterius onere indiget, aliorum bona administrare, *ut inquit Theoph. hic.* Et hoc usque adeò verum est, ut etiam tutor testamentarius durante minori ætate tutor non sit, sed tunc demum & re & nomine tutor esse incipiat, quando major 25. annis est factus, §. *furiosus, notand. ibid. dictionem* TUNC *supr. Qui testam. tut. dar. poss.* Dictio enim illa denotat extremitatem temporis, *Dec. Cons. 63. n. 2. Petr. de Anchor. Cons. 357. Ludovic. Roman. Cons. 131. & Cons. 138. facit text. in l. uxori usumfructum, & quòd ibi Bart. ff. De usufruct. legat.*

In Titulum XX.

DE ATTILIANO TUTORE.

SUMMARIA.

1. *Præsidis jussus in hac tutela à defensore quando expectandus vel non.*
2. *Quomodo possit magistratus præsidum jussu tutorem creare, cùm non à præside legatus, sed Proconsulis legatus specialiter tutorem det.*
3. *De lege correcta & ejus allegatione.*
4. *Lex tollitur per non usum.*
5. *Difficultates in jure resecandæ & vitandi circuitus.*
6. *A judice quis tutor dandus.*
7. *Qualiter & quando rationem de administratis reddere debeat, & n. seq.*
8. *Quidq; sit in cæteris administratoribus.*

TERTIA

TERTIA est dativa tutela: Nam cùm nullus tutor testamentarius vel legitimus erat, vel tempore, quo testamentarius tutor non administrabat, *hîc in pr.* utputa, si captus ille esset, §. *ab hostibus hic.* interim ex lege Attilia tutor dabatur ex jussu præsidum ab ipsis magistratibus, quando non erant magnæ pupilli facultates: Verùm hodie ex constitutionibus, §. *Sed ex his. h. t.* non exspectata jussione præsidum, si pupilli facultates usque ad quingentos solidos valeant, etiam à defensoribus datur, præstita tamen cautione, videlicet eorum periculo, qui eam susciperunt. §. *nos autem hic:* Sed si quingentis solidis minores sint facultates, defensor præsidis jussum exspectare debet, §. *Sed hoc iure hic,* si priùs ab illo quàm à præside petatur tutor: quia priùs à præside veluti digniore tutor petendus erat, *d. §. si mater,* & sine illo minor judex separatim tutorem dare non potest, *arg. l. 3. in fin. cum l. seq. de arbitr.* Sed quomodo magistratus præsidum jussu seu præcepto tutorem creare potest, *l. huius:* §. *cùm in testamento de admin. tutor.* cum speciale sit, ut Proconsulis Legatus tutorem det, *l. pen. de offic. Proconsul.* non autem alius à præside legatus *l. nec mandante in prin. de tutor. dat.* Respondeo tàm præsidem, *l. 1. de tutor. dat.* quàm magistratum tutoris dandi specialem à lege potestatem habere. *l. 3. de tutor. dat.* sed ratione dignitatis magistratus præsidis jussum exspectare debet, *d. §. si mater.* verùm ille jussus delegationem non importat: Quia tutoris datio neque delegari, *d. l. nec mandante,* neque jure magistratus competere potest, *d. l. 1. De tutor. dat.* sed ex speciali legis concessione datur, *d. l. 3. d. tit.*

1

2

3 Ex hoc textu Ang. notat, licitum esse recitare jus correctum, ut ponatur correctio: & inde infert de allegatio-

gatione legis correctæ, de qua nos ſuprà oportuniùs, & videnda ſunt illa, quæ notari ſolent *in princ. & §. ſed neq. infr. De teſtam & Aldobr. hic n. 6. uſq. ad n. 10.* Secundò ex 4
hoc textu colligitur, legem tolli per non uſum, & Conſtitutionem in uſum non receptam neminem ligare. Quod notabile rectè ex hoc textu ſumitur, malè contradicente *Aldobrandino.* Magis enim de deſuetudine, quàm certa lege, leges antiquæ obſoleverunt, ut tutores ex illis legibus non darentur: quod importat verbum deſierunt, *l. de quibus. ff. De legib.* Circa hoc notabile tamen advertendum, Quòd non uſus, ſive quòd lex in uſum non ſit recepta, nunquam præſumatur, ideoque legi & conſtitutioni ſtandum & inhærendum, donec non uſus ab ablegante fuerit probatus, *Dec. Conſ. 149. col. 2. Borgnin. Cavalcan. in Tit. de tutor. & curator. n. 42. facit text. l. Arriani. C. De hæret.* Nec ſufficit non uſum per conjecturas probare, ſed neceſſe eſt, ut plenè & perfectè per veras probationes probetur, *Cavalcan. in d. Tract. de tutor. & curat. n. 44. Cravett. Conſ. 325. n. 1. Dec. Conſ. 538. n. 8.* Nec item ſatis eſt ſola probatio non uſus, ſed requiritur & neceſſe eſt, ut doceatur, caſum in lege comprehenſum eveniſſe, & contrarium fuiſſe obſervatum, *Cavalcan. d. Tract. n. 42. faciunt notata Schrader ſupr. in §. ex non ſcripto, Inſtit. de iur. nat. gent. & civil. & in Tract. feud. eiuſdem part. 10. Sect. 20. n. 155.* An verò ad introducendum hunc non uſum ſufficiat non uſus majoris partis populi, licet minor pars iſta lege uſa fuerit, movet & decidit, *Ludolph. Schrad. ibid. n. 156. & ſeqq. & n. 161.* Ubi hanc Theoricam, Quòd lex in uſum non recepta non liget, in certis caſibus pulchrè limitat, ut ibi fusè videre eſt. Tertiò notari ex hoc textu poteſt, difficultates 5

in jure resecandas & circuitus vitandos, ad quod *text. est in l. si ita scriptum. ff. De stat. liber. tradit gloss. & Ias. l. dominus in fin. ff. De cond. indeb.*

6 Cæterùm quis à judice tutor dandus, *tradit gloss. hic in verb. crearent. & Aldobrand. ibid. latè. n. 17. usq; ad 22.*

7 Qualiter verò is & quando rationem de administrata tutela reddere debeat, *videte l. 1. 2. & 3. De tutel. & rat.*

8 Et notandum *ex §. fin. huius tit.* quòd non tutoribus & curatoribus solùm, sed omnibus commune sit, qui aliena negotia administrant, ut de administratis rationem reddant, *Bart. l. 1. §. officio. n. 2. ff. De tutel. & ration. distrah. Hostien. de obligat. ad ration. n. 2. per l. si remuncrandi. l. si procurator. ff. Mand. Clem. 2. §. ut autem De relig. dom. §. œconomos. Auth. De sanct. Episcop.* hoc tamen servato discrimine, ut tutores non nisi finito tutelæ officio ad rationes teneantur, *d. l. 1. cum duab. seqq.* reliqui verò administratores singulis annis, *d. Clem. 2. De relig. domib.*

In Titulum XXI.

DE AUTORITATE TUTORUM.

SUMMARIA.

1. Pupillus qualiter sine tutoris auctoritate meliorem suam conditionem facere possit.

2. Pupillus emptor rem emptam petens precio non soluto doli exceptione repellitur.

3. Quantopere in hereditatis aditione tutoris auctoritas requiratur.

4. Tutoris auctoritas quando & quomodo interponi debeat.

5. Debitor an possit esse tutor.

6. Si

6. Si tutoris auctoritas intervenerit, & pupillus per actum vel contractum celebratum nihilominùs fuerit læsus?

7. Tutor non potest fieri auctor in rem suam.

8. Lite orta inter pupillum & tutorem quis tunc tutor esse debeat?

9. An tutor cum pupillo contrahere possit?

10. An & quando tutor sibiipsi solvere possit atq; ita sibiipsi auctor ariis?

SINE tutoris auctoritate pupillus meliorem suam conditionem facere potest, utputa sibi stipulari, *ut hic in princ.* vel donationem accipere, §. *ut ex contrario. infr. Quib. alien. licet vel non*, vel aliquid aliud quocunque modo sine tutoris auctoritate adquirere, *l. pupillus. ff. De adquir. rer. domin.* Veruntamen cùm iniquum sit, aliquem cum alterius jactura locupletiorem fieri, *l. nam hoc. ff. De cond. indeb.* is, qui etiam sine tutoris authoritate pupilli vel negotia gessit, *l. 3. §. & si furiosi de negot. gest.* vel tutelam administravit, *l. 1. in princ. ff. De contrar. tut. iudic.* vel apud pupillum aliquid deposuit, *l. 1. §. an in pupillam. ff. Depos.* vel aliquid cum pupillo commune habet, pupillum his casibus convenire non prohibetur, *l. furiosus de oblig. & act.* Damnum enim evitare permissum est pupillo, non prædam facere sub legum clypeo, quòd naturæ adversatur. At pupillus emendo, quamvis non sc venditori, sibi tamen venditorem obligat, *ut hic in princ.* sed si rem, quam emit, petere vellet, nec precium solvat, doli exceptione repelleretur, *l. si id, quod in fin. De rescind. vendit.* Dolo enim facere dicitur, qui ex aliena jactura lucrum quærit, &, locupletiorem esse factum pupillum, & dolo versatum paria existimantur, *Aldobrand. in. §. auctoritas autem. n. 34. & 35. hoc tit.* Hereditatem quoque pupillus sine tutore adire non potest, §. *neq; tamen hic*, adeò ut etiam in fideicommissaria hæreditate

adeunda vel bonorum possessione petenda tutoris auctoritas ita necessaria sit, ut curator non sufficeret, *l. cùm in una. §. tutor. ff. De appellat.* sed illi aut tutor dandus est, ut adeat, aut ipse judici authore adire debet, *l. impuberi. ff. De tutor. & curat. dat. l. si infanti in fin. C. De iur. delib.* ne à creditoribus & legatariis, litium sumptibus vexetur, *l. 6. De minor.* Quod si nullis debitis neque legatis onerata esset hereditas? secum pugnat *Accurs. gloss. verb. lucrosa. d. §. neq; hîc gloss. l. si quis mihi bona. §. 1. de adquir. hered.* Sed receptius est, auctoritatem tutoris adhuc necessariam esse: quia pupillus aditionis suæ cautam ut debet, *l. si ú, ad quem. De adquir. hered.* solus intelligere non potest, *l. pupillus de adquir. hered.* Neque ego admitto casum, in quo pupillus possit hereditatem sine tutore vel auctoritate alias requisita adire, si nimirùm pater recusét consentire filio majori infante hereditatem adire, sicuti illum casum singularem dat *Alexand. post Rom. in l. bonorum. C. qui admitt. de quo Bald. in l. fin §. sin autem. C. de bon. quæ lib.* Rectè namque hîc sentit *Dec. in d. l. bonorum,* quòd ille textus non dicat, patre recusante posse adire ipsum filium solum, sed posse adire ipsum sine patre, judicis tamen vel alterius auctoritate. Lex enim quando aliquid decidit, tum præter-proposita præsupponit omnia alia habilia, *c. 1. de æt. & qualit. lib. 6. l. qui testamento. ibi, si alius eos non impediat. ff. De testam.* videatur de hac quæstione latiùs *Sylvest. Aldobrand. hic in §. Neq; tamen. n. 11. usq; ad n. 17. inclusivè.*

4 Hæc autem tutoris authoritas in præsenti negotio, non autem post longum tempus, neque per epistolam aut nuncium interponi debet, *l. nunquam in princ. ff. De*
5 *usucap. §. tutor autem h. tit.* Et quamvis aliàs auctoritas & con-

& consensus possit præcedere actum, ut videmus in jusso paterno præcedente aditionem, *l. si quis bona. §. iussum. ff. de adquir. hered.* Et regulariter nihil referat consensus in ipso actu interveniat, vel post actum perfectum, *Roland. à Vall. Cons. 97. dubio 1. per tot. Mynsing. observ. 87. cent. 4.* Ubi dicunt, consensum supervenientem retrò trahi ad tempus actus vel contractus, *arg. l. licet. ff. De iudic.* Attamen cùm in hoc casu talis auctoritas ad integrandam ipsius pupilli personam, & quidem per modum cujusdam solennitatis à lege exigatur & requiratur, *Wesenbec. in §. tutor autem. Instit. h. t. & Sylvest. Aldobrand. ibid.* Ideò in eo debet præstari formaliter in ipso actu. Consensus enim & auctoritas alterius, in quibus pro forma requiritur, etiam formaliter in ipso actu præstanda est. Nam forma præcisè, specificè & ad unguem adimpleri debet, *Bald. & Dd. in l. 1. ff. De lib. & posth. Tyraquell. in T. de utrog. retract. part. 1. §. 1. gloss. 21. n. 11.* Et hinc etiam consequens est, non sufficere, ut hæc auctoritas tacitè interveniat, sed necesse esse, ut expresè præstetur, prout etiam jus in præstatione auctoritatis hanc voluit adesse solennitatem, ut tutor auctorando loquatur, *Aldobrand. hic in §. tutor autem. n. 15. facit text. in l. 1. §. mutus. & in §. fin. ff. De tutel. l. 3. ff. eod.* Quid verò si tutoris auctoritas intervenerit, & pupillus per actum vel contractum celebratum nihilominùs fuerit læsus? Movet hanc quæstionem *Schneideuu. hic*, quam etiam ibidem decidit, constituendo generalem conclusionem, Quòd pupillus in aliquo actu læsus semper habeat beneficium restitutionis in integrum, quam conclusionem ibidem ampliat & pulchrè declarat *in §. fin. n. 4 usq; ad n 21.* 6

7 Circa hoc notandum, quòd tutor non possit fieri auctor in rem suam, *l. 1. in princ. ff. hoc tit.* Cujus occasione quæritur, quando durante tutela inter pupillum & tutorem lis oritur, quis tunc tutor esse debeat? Decisio hujus
8 quæstionis desumi potest *ex §. fin. h.t.* Ubi respondetur, Curatorem esse dandum pupillo, Curatorem intelligo ad litem, *Schneidewin. in d. §. fin. hic. Wesenbec. ibidem*, qui finito judicio desinit esse curator, Cessante enim causa & effectum cessare consentaneum est.

9 Hinc item quæritur, An tutor cum pupillo contrahere possit? Et si contrahat, quis auctoritatem interponere debeat? *gloss. l. singularia. ff. De reb. cred.* existimat, tutorem posse solummodò mutui contractum cum pupillo celebrare. Alii verò contrà censent, inter tutorem & pupillum contractum quemcunq; confici posse, modò palàm & bona fide contrahatur, *Capic. Decis. 156. n. 11. Bart. in l. pupillus. §. 1. ff. De auctor. tutor. Alex. l. 1. §. Quæritur. ff. Ad Trebell.* Palàm autem & bona fide inter tutorem & pupillum contrahi tunc ego existimo, cùm vel contutoris si aliquem habeat, *l. non existimo. ff. De admin. tut. l. pupillus. §. item ipse tutor. ff. De auct. tutor.* aut decretum judicis cum causæ cognitione interveniat, *l. profectitia in fin. princ. ff. De iure dot. l. 1. & tot. tit. ff. De reb. eor.* Et nonnulli existimant hac in re etiam sufficere amicorum, cognatorumve præsentia, *Bart. in l. frater à fratre. col. 11. ff. De condict. indeb. Quamvis in hoc contrarium teneat Iohan. Corras. lib. 6. miscell. cap. 14. n. 5.*

10 Cæterùm an & quando tutor sibiipsi possit solvere, atque ita sibiipsi auctorari, *vide eundem Coras. d. l. c. 15. per tot. post gloss. Bart. Ang. & Dd. in l. singularia. ff. De reb. cred. Borgnin. Cavalcan. in Tract. de tut. & curat. n. 178. & seqq.*

In Titu-

In Titulum XXII.

QVIB. MOD. TUTELA FINIATUR.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Pubertas quomodo tutelam finiat, & an ipso jure, n. 4.*
3. *Et an tutelam Regis.*
5. *Arrogatio cur tutelam finiat.*
6. *Quod & deportatio.*
7. *Pupillus an possit ultimo supplicio affici.*
8. *Pupillus ob ingratitudinem redigi potest in servitutem.*
9. *An verò ob feloniam feudo privari?*
10. *Existentia conditionis, sub qua quis tutor est datus, tutelam finit.*
11. *Quomodo verò mors tàm naturalis quàm civilis.*
12. *Temporis certi finis ad quod quis tutor in testamento est datus.*
13. *Remotio & excusatio.*
14. *Curatela quando finiatur.*

POSTEAQVAM Imperator dixit, quomodo tutela introducatur, benè nunc subdit, quibus rursum modis finiatur, quos decem numero proponit ordine. 1
Primus modus pubertas est, *ut hîc, & l. 1. C. Quand. tutor. l. Seia de tutor. dat. ab his, post quam pupilli in suam tutelam venire dicuntur in §. 1. infr. De pupill. substit.* Rejecta autem impudica corporum inspectione, *ut hîc in prin.* Justinianus Constitutione nova, quæ est *l. fin. C. Quand. tutor vel curat esse d. fin.* pubertatem in masculis post decimum quartum completum annum ilicò initium accipere disposuit, antiquitatis normam in fœminis benè positam suo ordine relinquens, ut illæ post 12. annũ completum 2

viri-

viripotentes esse credantur, *ut hic. & l. 4. ff. De rit. nupt. l. quâ ætate. ff. De testam.* Viripotentes Imperator illas tum non puberes appellat, *idem facit Vlpian. l. mulieris. De verb. signific.* Ratio hujus esse potest, quòd verecundiùs sit viripotentes quàm puberes eas appellare, *videte Vlpian. tit. 11. & tit. 20. in fragm.* quodque puberum nomen juris sit, ad cives actusque civiles referatur, quorum non sunt participes fœminæ, *§. 2. verb. civibus Rom. puberibus. infr. De testam. ordin.* ideoque nec nominis, *l. 4. C. De fer.* 3 Verùm, juxta hoc quæri potest, An pubertate etiam Imperatoris & Regis tutela finiatur, & an tunc possint per se administrare; De qua quæstione quam dicunt olim in curia Romana ventilatam, *videte Oldrad. in Cons. 52. & Alberic. de Rosat. in Rubr. C. Quand. tut. esse desinant.* Ubi in negativam, quòd pubertate non finiatur, sed quòd inviti curatores accipere cogantur, inclinare videntur, cùm illam ultimò referant. In dubio enim plures opiniones referens, ultimam amplecti censetur. Facit pro illa, quod fragile & infirmum sit minoris ætatis consilium, *l. 1. de minoris.* Quòd administratio imperiorum & regnorum (in quibus vertitur utilitas publica & majus periculum) singularem prudentiam requirat. Quodque urgens & violenta præsumptio sit contra juvenes, quòd nesciant prudenter regere: Item, quòd errores eorum non facilè possint corrigi, cùm communiter superiorem non habeant, nec recognoscant. Huc accommodant dicta *Proverb. 30. & 32. Esaiæ 4. item tot. tit. C. Qui legit. person. c. grandi. & ibi not. extra De supplen. negot. prælat. lib. 6.* Pro contraria opinione allegant *hunc nostrum tit. Item, tot. tit. C. Quand. tutores esse desin. arg. c. ex parte. extra De restit. spoliat. c. ex literis de despon. impub.*

Item,

Item, quòd Rex & Imperator omnia jura scire præsumatur, *l. omnium. C. De testam.* Et propter multos astantes errare non possit, & Consiliarios canos & prudentes habeat, qui sint pars corporis ipsius, Item, Quòd legibus solutus sit, Item, Quòd præsumatur discretus, & ætas suppleta ex eo, quod Rex est vel Imperator, *c. tua. ff. De desponsi. impub. c. Monachus novitius. Dist. 77. l. unicuiq. C. De proxim. sacr. scrin.* Quòd adolescentes inviti Curatores non accipiant, *§. inviti. Instit. de curat.* Quodque Salomonem adhuc puerum elegerit Dominus, *Eccles. 24.* Quòd Rege stulto & sene, melior sit puer & sapiens, *Eccl. 4.* Cæterùm pubertate tutela ipso jure finitur, etiam nulla judicis declaratione excedente. Nam quotiescunque lex apponit, verbum ilicò, statim, mox & simile, sententia non exigitur, *facit text. Auth. De incest. nupt. in princ. ubi gloss. in verb. imminere. & reliqua adducta per Sylvest. Aldobr. hic in princ. n. 15.* 4

Secundus modus finiendæ tutelæ est arrogatio pupilli, *§. item finitur hic. l. si arrogati. ff. De tutel.* Tutores enim arrogatus habere nequit, cùm in familiam potestatemque arrogantis transeat, nec sui juris maneat, *supr. De tutel. in princ.* 5

Tertius modus deportatio est, tàm pupilli, quàm tutoris, *d. §. item finitur hic.* Ubi notandum, quòd pupilli & impuberes ob delictum deportari possint: Quinimò nostris moribus fustigari, cùm ea pœna hodiè in deportationis locum secundum opinionem quorundam successerit. An verò pupillus ultimo supplicio affici possit, *videte l. 1. §. impubes. & §. impuberi. l. excipiuntur, ubi Dd. ff. Ad SC. Syllan. l. 1. C. De falsi. monet. c. 1. De delict. puer. Clem. 1. De homicid. Dec. l. fore. n. 2. De reg. iur. Ias. Auth.* 6 7

Sacramenta. n. 15. C. Si adverſ. vendit. Gandin. in Tract. maleficior. De pœn. rco. n. 30.

8 Quartus modus ſervitus eſt: ſervus enim cùm caput non habeat, tutor eſſe non poteſt, nec ei tutor eſſe. Et juxta hoc annotandum eſt, pupillum committere ingratitudinem tantam poſſe, ex qua in ſervitutem redi-
9 gatur. Cujus occaſione quærunt *Ang. & Fab. hîc.* An vaſallus impubes feloniam talem committere poſſit, unde feudo privetur, Quam quæſtionem tractant Feudiſtæ *in c. 1. §. præterea. De prohib. feud. alienat. & Schrad. dixii in Tract. ſuo feud. ubi videte.*

10 Quintus modus tutelæ finiendæ eſt exiſtentia conditionis, ſub qua quis tutor datus fuit à teſtatore in teſtamento, *ut hîc §. item finitur*: à judice verò ad certam conditionem tutor dari nequit, §. *ad certam cùm ibi notat. ſupr. Qui teſtam. tutor. dar. poſſ. l. actus. ff. De reg. iur.*

11 Sextus modus naturalis mors eſt tàm pupilli quàm tutoris. Mors enim ut omnia ſolvit, § *deinceps Auth. De nupt.* ſic & præter id, quod caput tollit, relationem illam ſolvit, quæ inter tutorem eſt & pupillum: neque etiam tutela hereditario jure ullo modo ad alium tranſire poteſt, *l. tutela. ff. De tutel.*

Septimus modus, mors civilis eſt vel pupilli vel tutoris, *de qua ſupr. ad tit. Quib. mod. ius patr. poteſt. ſolvat.* eſt dictum. Et ſciendum eſt, in pupillo quamlibet capitis diminutionem, etiam minimam omnes tutelas tollere, *ut hîc in fin.* in tutore maximam & mediam tantùm, minimam, illam ſolummodò tollere, quæ legitima agnatorum eſt, & ex legib. XII. Tab. deſcendit, *l. tutelas. ff. De capit. diminut. §. fin. ſupr. De legit. agnat. tutel.* Quoniam perit agnatio, ob quam legitima illa tutela datur,

datur, *d. l. tutelas:* quòd cæteræ non tollantur, ratio eſt, quia illæ non dantur ad agnationem, ſed aliter imponuntur, *l. 9. ff. De his, qui ſui ſunt vel alien. iur. Aldobr. hic. §. ſed & capitis. n 8.* nihil igitur impedit tutorem eſſe hoc modo capite diminutum.

Octavum modum Imperator ponit, temporis certi 12
finem, ad quod teſtamento tutor eſt datus, §. *præterea hic.* Nec mirum eſt, tutelam tempore ſolo finiri, & ad tempus conſtitui poſſe, *ut hic.* Namq; licet tempus non ſit modus inducendæ vel tollendæ obligationis, & obligatio ad tempus conſtitui non poſſit, *l. obligationum ferè. §. placet. ff. De act. & oblig.* cauſſa tamen obligationis ut tutela eſt, ad tempus conſtitui rectè poteſt, *d. § præterea. §. ad certum. ſupr. Qui teſtam. tut. dar. poſſ. l. tutor. datus. §. 1. De teſtam tutel.* quo elapſo exſpiret. Ad tempus ſiquidem permiſſa, poſt illud prohibita cenſentur, *l. ſi ita quis. ff. De vulg. & pupill. ſubſtit. latiſſimè Tiraquell. in Tract. de utrog. retract. n. 44.* &, limitata cauſſa limitatum effectum producit, *l in agris. ff. De adquir. rer. domin.* Hinc eſt, quòd pœna ad tempus impoſita finito tempore exſpiret, *l. Imperator. ff. De poſtul.* Extra civitatem ad tempus relegatus finito tempore redire poſſit, etiam abſque Principis licentia, ut voluit *Bald. in proœm. ff. §. hac autem tria. col. 1. verſ. ſed quæritur*, quem refert & ſequitur rectè *Sylveſt. Aldobrandinus hic. §. præterea. n. 3. Ang. l. ſi unus. §. ſi cum reo. ff. De pact. Dec. c. ex literis de Conſtit. arg. l. ſi quando. C. De teſtibus*, quodque elapſo termino, judici præfixo, jurisdictio exſpiret, *c. de cauſſis. & ibi Dec. 2. notab. De offic. delegat. l. age cum Geminiano. &*

ibi Iaſ. C. De transact. Felin. c. cùm ordinem de reſcript. Hinc item eſt, quòd ſubſtitutus pupillariter infra decem annos pupilli, cui ſubſtituitur, quamprimum exceſſerit pupillus decimum annum, ſuccedere prohibitus cenſeatur, neque ex hac ſubſtitutione vocatus, *l. ſi ita quis. ff. De vulg. & pupill. ſubſtit.* Et quòd electio rei legatæ ad tempus heredi conceſſa, poſt illud prohibita putetur, atque in legatarium translata, *l. ſtatu liberum, §. Stichum. ff. De legat. 1.*

13 Nonus modus remotio tutoris eſt. Namque à judice remotus à tutela ob ſuſpicionem, eo ipſo tutor eſſe deſinit, *ut hic & infr. De ſuſpect. tutor.*

Decimus, excuſatio eſt. Siquidem legitimè excuſatus tutor eſſe deſinit, *ut hic & tot. tit. infr. De excuſat. tutor.*

14 Ultimò notandum, quòd curatores, ſi adultorum ſint, poſt vigeſimum quintum annum, tutores eſſe deſinant, *ut tit. ſeq. in princ.* ſin furioſorum, mente captorum, prodigorumve poſt morbum ceſſantem, *l. 1. De curat. furioſ.* ſin impuberum, quibus interdum dantur propter neceſſitatem aliquam, *§. interdum. cum ſeq. ſupr. De curat.* ceſſante neceſſitate deſinunt curatores eſſe, *§. fin. tit. præced.* Nec me movet Paulus inquiens, curatorem impuberi datum uſque in diem pubertatis perſeverare, *l. curatorem. ff. De tutor. & curat. dat. ab his.* Quoniam omiſſis aliorum ſolutionibus, *Bart. l. ſolet. ff. De tutel. Paul.* vult impuberis curatorem ex quacunque cauſſa datus is fuerit, non ultra pubertatem perſeverare, non autem vult, quòd ſemper uſque ad pubertatem duret, ſi ceſſet neceſſitas, propter quam datus erat: nam propter litem datus, finitâ lite, curator ampliùs non eſt.

In Titu-

In Titulum XXIII.

DE CURATORIBUS.

SUMMARIA.

1. *Argumentum & continuatio tituli.*
2. *Tàm fœminæ quàm mares usq; ad annum 25. curatorum authoritate reguntur.*
3. *Invitis curator non datur. Fallit ibid.*
4. *An verò Regi vel Principi?*
5. *Furiosis & similibus quomodo curatores dentur?*
6. *Quis furiosus & prodigus dicatur? remissivè.*
7. *Quomodo hæc cura furiosorum & similium finiatur?*
8. *Quando pupillis curator detur?*

QVEMADMODUM impuberes sui juris in tutorum 1
sunt potestate: ita puberes in curatione curatorum ad annum usque vigesimum quintum sunt, *hîc in princ.* Ideoque de curatoribus Imperator in hoc Titulo tractat, & exponit ordine, Quibus, à quo, quando & quomodo curator detur.

Et annotandum primò est, marès & fœminas in- 2
discriminatim ex æquo usque ad 25. annum Curatores accipere, *ut hic in princ.* licet quoad tutelam discrimen ætatis inter sexum utrumque observetur, *ut supr. dictum est.* Ratio & caussa impulsiva subjungitur hîc, quia licet puberes sint, ejus tamen ætatis non sunt, ut negotia sua tueri possint, de qua etiam *in l. 1. ff. De minorib.* quæ ratio & ad fœminas rectè applicatur, hæ enim quamvis corpore maribus adolescant citiùs, non tamen prudentiâ &

3 judicio illos antevertunt. Invitis autem his Curator non datur ut hîc. Et noluit fortassis lex invitos cogere ideò, quod olim existimatio eorum, qui Curatores accipiebant, fugillabatur, quasi prodigorum & non rectè rebus suis consulentium, *ut not. Vlpian. in fragment. cap. 12.* Quinimò minor invitus Curatorem accipere non tenetur, etiamsi vel pater vel alius Curatorem ipsi in testamento dederit, *prout tradit Petr. de Anchor. c. fin. n. 4. notabil. 6. de iudic. lib. 6. Socin. iun. Consil. 97. n. 15. lib. 1.* Nec etiam pupillus regulariter invitus Curatorem accipere tenetur, *l. qui habet. §. si pupillus. & ibi Bart. & Dd. ff. De tutel.*

Potest tamen Judex invitis ex justa causa Curatorem præficere, *l. 1. de minor. l. 1. C. Qui pet. tutor. & §. sequent. hoc tit.* Item, adolescentibus invitis Curatorem ad litem dare. Nam minor sive agat sive conveniatur, personam legitimam standi in judicio non habet, *l. 2. Qui legit. person. stand. l. 1. §. 1. ff. De post.* & judicium cum illo susceptum eluderetur, *l. Acta. ff. De re iudic.* Et hæc sententia in tantum obtinet, ut non solùm in adolescente sive pubere, sed etiam in pupillo procedat, in iis nimirùm casibus, in quibus pupillo Curator ad litem dari potest, *l. Qui habet. §. si pupillus. ver. item Cassius. & ibi gloss ff. De tutel. gloss. fin. l. 1. & ibi Ang. & Dd. C. Qui pet. tutor. Ludolph. Schrader. post alios de feud. part. 19. Sect. 20. n. 174. & aliquot sequentib.* Ubi de hac materia ipse fusiùs & inter cætera ibidem discutit, An minor vel pupillus præcisè cogatur etiam ad petendum sibi Curatorem in litem, & ad Curatorem in litem accipiendum, potissimùm si actoris munere in judicio fungatur. Similiter ibidem multis rationibus osten-

oſtendit, quòd in omnibus illis caſibus, in quibus pupillus vel adultus præcisè cogitur ad petendum ſibi Curatores ad litem, ipſi ad hoc faciendum cogantur pignoribus captis & per capturam perſonæ, per cènſuram Eccleſiaſticam & omnibus aliis remediis, quibus pares curiæ electi ad ſuſcipiendum munus judicandi cogi poſſunt, quæ remedia recenſet *in d. Tract. feud part. 10. ſect. 10. n. 49 & ſeqq.*

An verò Regibus, Marchionibus, Ducibus & Prin- 4
cipibus invitis Curator detur, *videte Domin. c. grandi de ſuppl. neglig. prælat. Iaſ. in l. licet. C. De teſtam. milit. Oldrad. Conſ. 60. Incip. Quæſtio talis eſt, An tutela Regis. Alber. de Roſat. in d. Rubr. C. Quando tut. 7. diſtinct. Ioan. de Anania Rub. de delict pueror. Felin. c. cùm vigeſimum. ff. De offic. delegat. & Aldobrand. hic qui affirm. per text. in d. c. grandi de ſuppl. neglig. prælat. & multis aliis relatis à Ludolpho Schradero in d. Tract. de feud. part. 10. ſect. 19. n. 19. repeti & huc poſſunt ea, quæ retuli ſupr. tit. prox. Quib. mod. tut. finiat. n. 3.*

Deinde furioſi & prodigi, licet majores ſint 25. an- 5
nis, in curatione tamen agnatorum ſunt ex lege XII. Tab. *ut hic & l. 1. ff. De curat. furioſ.* ſed hodiè derogatum eſt conſuetudine magis, quàm certa aliqua lege XII. Tab. legibus, ut Romæ Præfecti urbi vel Prætores, & in provinciis Præſides ex inquiſitione eis Curatores dent, ita ut una tantùm hodiè curationis ſpecies dativa nempe ſit, §. *furioſi hic. l. de quib. ff. De legib.*

De inquiſitione, ex qua dari Curatores ſolent, *videte* 6
infr. de ſatisd. tutor. Cæterùm, Quis dicatur furioſus, *videte in l. 5 ff. De reg. iur & Dd. in l. pen. C. Qui teſtam. facer. poſſ. c. fin. De ſucceſſ. ab inteſt. Alex. Conſ. 54. vol. 1. & in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus, ff. Solut. matrimon.*

Quis

Quis prodigus, *in l. 1. ff. De curat. furios. l. is, cui bonis. & ibi Dd. ff. De verb. obligat. §. præterea. infr. Quib. est permiss. facer. testam.*

Præterea ut furiosis & prodigis, sic & mente captis, qui in hoc à furiosis discernuntur, quòd in furiosis rabies, hi verò sine rabie sint, *Bald. l. humanitatis. C. De impub. & al. substit. l. 2. C. de cur. furios. l. si furiosi. C. De nupt.* Curatores dantur, *ut hic d. §. furiosi*, suis enim rebus præesse & prospicere non possunt, *d. l. 2. C. De curat. furios. l. his, qui. ff. De tut. & curat. dat. ab his.* Idem est in surdis & mutis, & perpetuo morbo laborantibus, *d. §. furiosi hic.* Et his non agnati solùm, sed & extranei, agnatis nullis vel non idoneis existentibus Curatores dantur, *l. 3. §. 1. ff. De tut. dat. ab his. l. 5. C. De Curat. fur.*

Et notandum hic est, Quòd prodigus etiam non consentiens Curatorem recipere cogatur, & quidem indistinctè sive Curator sit testamentarius, sive legitimus, sive dativus, *l. Fulcinius. §. adeò &. §. planè. & ibi Bart. ff. Ex quib. causs. in poss. eatur. Ioan. Fab. §. item inviti. n. 2. Instit. huius tit.* Idem est in Curatore surdi, muti, atque omnium illorum, qui perpetuo morbo laborant, adeoque rebus suis prospicere non possunt, *d. l. Fulcinius. & ibi gloss. & Bart. §. furiosi. & ibi Aldobrand. n. 16. & 17. Instit. hoc tit.* Licet quoad hoc contrarium teneat malè *Ioan. Fabr. in §. item inviti n. 2. Instit. hoc tit.* Multò verò magis hoc procedit in Curatore furiosi, *l. furiosi. & ibi Dd. ff. De reg. iur.* Et quamvis *Sylvest. Aldobr.* hoc restringere conetur, ut procedat in Curatore duntaxat in litem, *in §. inviti. n. 4. & 5. hoc tit.* Ejus tamen opinio singularis, falsa & communiter reprobata est, prout eam etiam expresè improbat *Ludolph. Schrad. de feud. part. 10. Sect. 19. n. 201.*

Porrò,

Porrò, quòd quoad hoc, ut Curatoris datio facta minori valeat, sufficiat taeitus illius consensus, satisque sit, si Curator sit datus adulto præsenti, scienti & non contradicenti, *tenet Alberic. de Ros. in l. Qui habet in princ. n. 4. ff. De tutel.* Ejusque sententiam firmat tribus rationibus *Dn. Schrad. d. Tract. de feud. part. 10. sect. 19. n. 245. 246. 247.* Sed illam improbat & ut falsam rejicit *ibid. n. 248. & seqq.*

An verò Curator invitus cogatur munus injunctum agnoscere & suscipere, *vide latè eundem Schrad. d. l. n. 250. & multis seqq.* ubi aliquot casus recensèt, in quibus Curator invitus ad munus illud suscipiendum cogi non potest, & multa alia ad hanc materiam pertinentia ibidem valdè luculenter explicat, ad quæ brevitatis gratia lectorem remitto: ubi & discussam hanc quæstionem movet, utrum judex volens alicui dare Tutorem vel Curatorem eum, cui Curator vel Tutor dari debet, ad hoc citare necesse habeat.

Quomodo verò hæc cura finiatur, & an Curator furiosi, prodigi, mente capti & similium, defectu illo deficiente statim ipso jure Curator esse desinat, *tradit Aldobrand. hic §. furiosi. n. 20. & tangit l. 1. ff. De Curat. furios. & Dd. in l. is, cui bonis. ff. De verb. oblig.* 7 8 Tertiò notandum pupillo etiam contra regulam interdum Curatorem dari, puta, si legitimus Tutor non sit idoneus, ut hic, propter egestatem, dignitatem, valetudinem, aut diffusum & amplum patrimonium pupilli, *l. fin. C. in quib. causs. l. Quoties in fin. ff. De admin. tutor. l. prolatis, de suspect. tutor. l. testamento. C. De excus. tutor. l. solet. 13. ff. De tutel* Et inprimis in legitimo tutore vera est regula, Tutorem habenti, Tutorem non esse dandum. Nam

rectè Modestinus. Si Tutor, inquit, aliquo vinculo necessitudinis vel affinitatis pupillo conjunctus sit, vel si patronus pupilli liberti tutelam gerit, & quis eorum à tutela removendus videatur, optimum factu est, Curatorem ei potiùs adjungi, quàm eundem cum notata fide & existimatione removeri, *l. si tutor. ff. De suspect. tutor.* Item testamentario tutori & dativo, non ob fraudem solùm ut legitimo, *d. l. si tutor.* sed etiamsi non fraudulenter negotia administret, verùm ad administrationem idoneus non sit, Curator adjungi solet, *ut hic §. interdum.* Fraus autem si appareat, hic ut suspectus plane removetur, *l. pietatis. ff. De suspect. tutor. l. 1. §. 3. ff. eod. tit.* Item, loco Tutorum, qui non in perpetuum, sed ad tempus à tutela excusantur, Curator solet dari, *ut hic d. §. interd.* utputa, si propter legationem aliamve justam absentiam excusentur, *l. 1. l. 2. C. in quib. causs. tut. haben.* In locum perpetuò excusatorum alius Tutor surrogatur, *l. quæsitum. ff. De tutel. l. in omnem. ff. De tut. & cur. dat. ab his. d. l. 2. C. In quib. causs. tut. hab.* Denique Tutor justè impeditus, si pupillus non adsit, vel infans sit, judicis auctoritate, qui dispiciat, an idoneus actor sit nominatus, actorem suo periculo substituit, *§. fin. hic. l. decreto. ff. De admin. tut. Aldobrand. & alij Dd. in d. §. fin. hoc tit.*

Suo periculo dicit lex: Tenebitur enim Tutor de mala administratione & negligentia actoris. Quamvis etiam bona ipsius actoris perinde ut Tutoris & Curatoris sint pupillo tacitè hypothecata, prout tenet *Bart. in l. actor. col. 2. ff. rem ratam haberi.* Ac licet quoad hoc contrarium teneat *Bald. in l. properandum. §. fin. C. De iudic.* ejusque doctrinam sequantur alii: Ego tamen existimo, etiamsi actor potiùs ipsi tutori teneatur quàm pupillo, quod

quòd nihilominùs tamen etiam in subsidium saltem pupillo obligatus sit.

Et notandum, quòd Tutor procuratorem ante litis contestationem substituere nequit, quia nullus procuratorem dare potest, nisi litis sit dominus, *gloss. l. neq. C. De procur.* & tutor non est dominus litis ante contestationem, *d. l. neq.*

In Titulum XXIV.

DE SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Tutores & Curatores qui satisdare cogantur.*
3. *Eaq; cautio sive satisdatio quomodo præstetur.*
4. *Iudex sive Magistratus etiam ex officio Tutores & Curatores ad præstandam hanc satisdationem compellere potest & debet.*
5. *Et judice hoc non exigente vel recipiente actio subsidiaria adversus ipsum competit.*
6. *Tutor & Curator ante administrationem susceptam satisdationem præstare coguntur.*
7. *Cautela pro illis, qui cum Tutoribus vel Curatoribus contrahere volunt.*
8. *Tutores vel Curatores qui satisdare non teneantur.*
9. *Tutor testamentarius secundum constitutionem sacri Romani Imperij: Item, Tutor, cui redditio rationis remissa est, satisdare tenentur.*
10. *Tutor & Curator legitimus, cui ex inquisitione administratio à majori Magistratu decreta est, an satisdare teneantur.*
11. *Quid de patre & matre: item de domino feudi: item, de Curatore valdè locuplete & divite: item multum fideli, laudabili & probatæ vitæ & fidei sit statuendum.*
12. *Satisdatio, an sit de substantia tutelæ & curæ.*
13. *Tutor vel Curator semel idoneè satisdans, an iterùm satisdare cogi*

14. Satisdationem rem pupilli salvam fore, an per æquipollens adimpleri possit.

15. Tutores vel Curatores, quando plures simul sunt dati, an teneantur omnes satisdare & administrare.

16. Oculi plus vident quàm oculus.

17. Multitudo Imperatorum Cariam perdidit, & Medicorum turba Cæsarem.

18. Tutores inviti cogi non possunt, ut unum eligant, qui solus administret.

1 EXPLICATIS sigillatim iis, quæ ad Tutores & Curatores spectant, Imperator nunc transit commodè ad jura, quæ utrisque tàm Tutoribus quàm Curatoribus communia sunt, de satisdationibus nempe, excusationibus & suspicionibus. Et circa hanc materiam satisdationum omissis generalibus, primùm discutio, An omnes omninò Tutores & Curatores satisdare teneantur.

2 Ego regulam constituo, quòd omnis omninò Tutor & Curator ante administrationem susceptam satisdare teneatur, rem pupilli salvam fore, §. *nos autem. & ibi Sylvest. Aldobrand. & Dd. Instit. de Attil. tut. §. 1. & tot. tit. & ibi Angel. Ioh. Fabr. Aldobrand. & Dd. Instit. hic. Borgn. Cavalc. in tit. de Tutor. & Curat. n. 23. Concordat Constitutio Imperij de Anno 1548.* zu Augspurg auffgerichtet / vnd folgends *Anno 1577.* zu Franckfurt am Mayn gebessert / *sub Rubr.* Von der Pupillen vnd minderjährigen Kinder *Tutorn* vnd Vormünden. §. *item*, Daß er nach / *Concordat item Constitutio iuris Saxonici, Art. 23. & ibi gloss. lat. in verb. vel eis satisdare*, Landrecht. *lib. 1.*

3 Et hanc cautionem vel satisdationem præstare debet eum fidejussore, nec sufficit hoc casu depositio auri & argenti, aut etiam datio pignorum, *gloss. in princ. verb. satis-*

satisdant. & ibi Aldobrand. n. 19. & seq. Schneidevv. & alij Dd. Instit. hoc tit. Ut nec cautio juratoria, etiamsi fidejussores invenire nequeat, *l. 2. C. De tut. & curat. qui non satisd. Bald. l. 2. C. De us. & fruct. leg. Iaſ. in l. 1. n. 23. limit. 8. ff. Qui satisd. cogan. Neviz. Conſ. 17. n. 64.* licet quoad hoc contradicat *Mantua Conſ. 188. n. 9.*

Quinimò judex ſive magiſtratus etiam ex officio & 4
nemine petente Tutores & Curatores ad præſtandam hanc ſatisdationem cogere & compellere non modò poteſt, ſed & debet, & ad hoc faciendum obligatus eſt, *l. 1. §. exigere. ff. De magiſt. conven. Inſtit. hoc tit. in princ. ibi curet prætor. & ibi Dd. iunct. l. ſolent. & ibi Bart. ff. De alim. & cib. leg. l. tutores, ibi debuerunt. ff. De conſ. tut. facit quod tradit Bertrand. Conſ. 388. lib. 4. Conſ. 29. lib. 5.* & quidem pignoribus captis & mulcta indicta aliisque remediis prætoriis, §. *ſciendum. verſ. Quib. & ibi Aldobrand. n. 20. hoc tit. Odofr. l. 1. circ. fin. C. De tut. & curat. qui ſatisd. non deb.* Et ſi judex ſatisdationem non exegit vel non 5
recepit idoneam, & minor ex mala adminiſtratione damnum paſſus, diſcuſſis tutoribus vel fidejuſſoribus hæredibusve eorum ſolidum non eſt conſequutus, ipſi ad hoc actio adverſus judicem competit ſubſidiaria, *Schneidevvin. in §. ſciendum, hoc tit.* Eſtque hîc (hiſce præſertim temporibus, ubi neſcio qua vel facilitate vel improbitate, Legibus & Imperii Conſtitutionibus poſtpoſitis, tutelarum & curationum adminiſtratio ſine ulla ſatisdatione, inventarii confectione, aliisque requiſitis neceſſariis, malè ſuſcipitur, in pupillorum & minorum non leve ſæpè diſpendium & præjudicium) tanquam ſingulare notandum, Quòd Tutor & Curator ante 6
adminiſtrationem ſuſceptam, hanc præſtare cogatur

satisdationem, etiamsi neque hoc pupillus neque minor aliæve personæ principales, vel alii illorum nomine hoc petierint. Et quod si non requisiti, hanc satisdationem non exposuerint ipsi, sive administrationem assumserint sive non, pupillis & minoribus, ad omnia damna, & omne id quod interest, condemnentur, quodq; omnia acta & gesta ab illis in præjudicium pupilli & minoris, per se & ipso jure nulla sint, *Ludolph. Schrad. de feud. part. 10. Sect. 20. n. 301. & seq.* Cautela ideoque est, ut inquirant illi qui
7 cum tutoribus vel curatoribus contrahere volunt, an etiam ipsi sufficientem satisdationem præstiterint: Nam hoc quo ad firmitatem contractus necessariò requiritur, prout hoc etiam tradit *Alber. de Ros. in l. apud Celsum §. Illa etiam quæstio. ff. de dol. mal. & met. except. tex. in. l. Qui cum alio, & ibi Dec. Cagnol. & alij Dd. ff. de Reg. Iur. l. pen. iunct. gloss. ff. ad Macedon. Tiraq. in tract. de utrog. retract. par. 1. §. 23. gloss. 1. n. 31.*

8 Regula tamen superiùs firmata de *iure ff. & C.* limitatur primò, In Tutore & Curatore, utiliter sive legitimè in Testamento dato: Nam is satisdare non tenetur, *l. Testamento l. 2. ff. de Testamen. tut. L. Si nemo. ff. eod. in princ. Institut. hoc tit. Anton. Piag. in tit. de Tutor. & Curat. Quæst. 7. n. 25.* Quod obtinet etiam in Tutore & Curatore dato in Codicillis Tastamento confirmatis, *gloss. Instit. hoc tit. in princ. in verb. probata, & ibi Dd. & Sylvest. Aldobrand. n. 39. facit tex. l. 3. ff. de Testam. tut.* Itemq; in Tutore & Curatore à patre, matrè, vel avo filio vel nepoti in ultima voluntate inutiliter dato, & qui Judicis confirmatione indiget, *Dd. & Aldobrand. dicto loco facit l. Qui à patre. l. Si filio. & l. fin. §. fin. de confirmat. tut. l. Non omnium. C. de Tutor. & Curat. Ant. Piag. in Tract. de tut.*

tut. & curat. quæst. 7. n. 27. circ. fin. consonat gloss. latin. Art. 23. verb. vel eis satisdare. Landrecht. *lib. 1.* Dixi de jure Digestorum & Codicis, Tutorem testamentarium non teneri satisdare, Verùm enimverò secundum Constitutionem politicam sacri Romani Imperii supra memoratam aliter & contrarium dicendum existimo, suadente per multas rationes *Ludolpho Schradero de feud. part. 10. sect. 20. n. 309. 310. & aliquot sequent.* Ubi tandem etiam subjungit, Quòd nulla neque consuetudo contraria, neque contrarius etiam usus, neque etiam contrarium statutum condi possit contra istam Constitutionem Imperii, quà cavetur, quòd etiam Testamentarius satisdare cogatur, *n. 317.* 9

Quid verò si Tutori vel Curatori, tacitè vel expressè fuerit remissa satisdatio? Tutorem vel Curatorem ad illam non teneri existimat, *Odofred. in l. sancimus. la. 1. C. De administ. tutor. Corn. Cons. 173. n. 3. lib. 3. Anton. Piag. in Tract. de tutor. & curat. Quæst. 7. n. 26.* At contrarium, potissimùm respectu d. sacri Imperii Constitutione politica statuit & defendit *Schraderus de feud. part. 10. sect. 20 n. 318.* Quod probè victus rationibus ibidem adductis.

Deinde illum Tutorem vel Curatorem satisdare non cogi, cui redditio rationis remissa est, contendunt *Corn. Cons. 173. n. 3. & 7. lib. 3. Anton. Piag. in d. Tract. de tut. & curat. Quæst. 7. n. 26.* At aliud obtinere inspectis juribus novissimis Imperii, *ostendit Schraderus d. loco n. 319.* secundum quod jus novissimum etiam Tutor vel Curator datus ex inquisitione à magistratibus tàm majoribus quàm minoribus satisdare tenetur, *Schraderus ibid. n. 316.*

Præterea

10 Præterea limitatur prædicta concluſio in Tutore & Curatore legitimo, cui ex inquiſitione adminiſtratio à majori magiſtratu decreta eſt. Ille enim ſatisdare non tenetur, *Cyn. Rubr. C. De tut. & curat. qui ſatisd. non ten. Bald. l. legitimos in princ. not ab. 1. ff. De legit. tut.* maximè ſi idoneus ſit pronunciatus, *Schrad. d. loco. n. 327.*

11 Limitant etiam id in patre & matre, tutore vel curatore filiorum ſuorum, quòd nimirùm & illi ad ſatisdationem ſint adſtricti. Quod probo, ſi perſona patris & matris ſit indigens & ſuſpecta, & filii patrimonium amplum, *Alberic. de Roſat. Rubr. n. 1. C. De tutor. & curat. qui ſatis non ded. arg. l. legitimos in princ. ff. De legit. tut.*

De domino feudi exiſtente Tutore & Curatore Vaſalli ſui idem ſit judicium. Nam quamvis exiſtimem, ad exemplum patroni nec illum quidem ſatisdare cogi, eâ ratione, quòd diſpoſitum de patrono, etiam ad vaſallum extendatur, *Nicol. Everhard. in ſua Topic. in loc. à libert. ad vaſall.* prædicta tamen diſcretio & hîc adhibenda erit, ſic expreſsè etiam ſentit *Schrad. de feud. part. 10. ſect. 20. n. 331.*

De Tutore & Curatore valdè locuplete & divite, numque is ſatisdare teneatur, valdè anceps eſt quæſtio, plurimis rationibus & auctoritatibus pro negativa, non minoribus pro affirmativa militantibus. Verùm cùm hæc quæſtio fusè & latiſſimè ſit pertractata *à Schradero in Tract. de feud. part. 10. ſect. 20. n. 334. uſq; ad n. 347.* ubi duas repugnantes ſententias diſtinctione conciliat, ideò hîc nihil de hac latiùs, lectorem ad illum locum remittens. Ibidemque etiam plenè deciſum inveniet. An Tutor & Curator multum fidelis, laudabilis & probatæ vitæ & fidei ſatisdare teneatur ſub *n. 348. uſq; ad n. 356.*

inclu-

inclusivè. Item, an personæ illustres vel superillustres, Tutores vel Curatores existentes, *n. 358. & 359.*

Commodè etiam hic examino, An satisdatio sit de 12
substantia tutelæ & curæ? Nonnulli Dd. id negant, & requirunt satisdationem, non ad inchoationem nascentis, ut ajunt, officii, sed ad executionem officii jam inesse producti. Ideoque illam etiam post administrationem susceptam præstari posse. Ita tenet *Specul. in tit. de tutor. §. generaliter. n. 5. gloss. latin. Art. 23. verb. vel eis satisdare.* Landrecht. *lib. 1.* Verùm rectiùs contrarium tenet *Bart. & Salic. in l. fin. C. De tut. & curat. qui satis non ded.* dum ibi concludunt, quòd ante satisdationem præstitam Tutor & Curator nihil neque gerere neque administrare possint. Sic etiam concludit *Bald. in l. 1. & l. fin. C. d. tit.* ubi expresè dicit, quòd satisdatio neque sit de substantiali solennitate administrationis, atque est inventarium, *idem tenet Salic. in d. l. fin.* ubi tenet, Quòd satisdatio à tutore debeat præstari eo tempore, quo ipsi administratio decernitur. Et pro hac opinione *facit text. in l. muto. §. 1. ff. De tutel. item & d. Constit. polit. Imper. sub Rub.* Von der Pupillen Vormünden. §. Daß auch ein jeglicher. & §. Daß er nach befohlener Verwaltung.

Cæterùm si Tutor vel Curator semel idoneè satis- 13
dederit, rem pupilli salvam fore, iterùm satisdare non debet cogi, *Tiraquell. post alios in repetitione. l. boves. §. hoc sermone. part. 1. n. 19. ff. De verb. signific.* Nisi fidejussores dati postea ad paupertatem redacti sint, *Tyraq. d. loco. Menoch. de adipisc. possess. remed. 2. n. 92.* Si item fidejussores decesserint, ulteriùs Tutorem vel Curatorem ad satisdationem cogendum, *tenet Tiraquell. & Menoch. ibid.*

Schraderus de feud. part. 10. sect. 20. n. 357. Quod ultimum ego tamen cæteris paribus vix admitto, cùm in demortui locum heres ejus succedat, & heres & defunctus unius ejusdemque personæ vicem repræsentent, *Dec. & Cagnol. l. heredem. ff. De reg. iur. §. 1. Auth. De iureiur. à defunct. præst.* & omnes omninò obligationes ex contractu descendentes ad heredes & activè & passivè transeant, *l. iurisgentium. § pactorum ff. De pact. l. tale pactum. ff. De fideiuss. l. fideiussoris. C. eod. §. fideiussor. Instit. de fideiuss. tot. tit. C. ut act. ab hered. & contr. hered. incip. l. 4. § Cato & ibi Dd. ff. De verb. obligat. d. l. heredum, & ibi Cagnol. ff. De regul. iur.*

14 Notandum quoque hîc est, Satisdationem rem pupilli salvam fore, per æquipollens adimpleri non posse, *secund. Ang. in princ. col. pen. Instit. hoc tit.* Quæ decisio quamvis non sit sine ratione, multi tamen contrarium tenent & concludunt. Quod satisdatio rata sit, etiamsi quis satisdederit, se pupillum indemnem conservare velle, *sic tenet Ioh. Baptist. Asin. in sua praxi. §. 3. cap. 41. Alberic. de. Rosat. Rubr. 3. C. De tutor. & curat. qui satisd. non ded. arg. l. quæro in princ. ff. De loc. cond. l. in dubium. & ibi Bald. C. De tut. & curat. qui sat. non ded. Bart. l. observare. C. De decurion. Bald. & Alex. l. fin. C. De procurat. Paul. Castr. in l. universis. C. De precib. Imp. off.*

15 Quæritur etiam circa hanc materiam, quando plures Tutores vel Curatores simul sunt dati, an teneantur omnes satisdare & administrare. Et expeditum est, omnes ad satisdationem teneri, *Schneidevv. in §. si ex te-*
16 *stamento. n. 2. Instit. hoc tit.* Et ut omnes administrent, videri posset consultiùs. Oculi namq; plus vident quàm oculus, Ac multæ manus onus reddunt leviùs, & multorum

torum plùs valet quàm paucorum industria, *VVesenbec. de stud. iur. Freder. Scot. Cons. 1. n. 297. Tom. 1. lib. 2. Erasm. in proverb. Rutg. Ruland. de commiss. lib. 2. cap. 14. n. 6. facit 6. prudentiam de offic. deleg. Proverb. 11.* Verùm cùm mul- 17
titudo Imperatorum Cariam perdiderit, ut est in Proverbio, & Medicorum turba Cæsarem, ut dixit Adrianus Imperat. moriens, *referente Erasmo in Apoph.* & segniùs expediant commissa negotia plures, unus poterit administrare, si ita convenerit, poterunt etiam omnes pariter, si hoc malint, *l. ex testamento. §. sed rectè, & ibi Bart. ff. De testam. tut* Nec enim inviti cogi possunt, ut unum 18
eligant, qui administret solus, *gloss. §. si ex testamento, verb. maior pars. Instit. hoc tit. text. in l. 3. §. fin. ff. De admin. tut.* Quia non vult lex, ut contra voluntatem fiant succedanei alieni periculi, *d l. 3. §. & ut omnes.*

In Titulum XXV.

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM VEL CURATORUM.

SUMMARIA.

1. *Tutor vel Curator, antequam administrare vel gerere incipit, cogitur munus injunctum statim acq. cognovit se Tutorem vel Curatorem constitutum, agnoscere & tutelam suscipere.*

2. *Liberorum numerus præbet justam excusationem à tutela, & quomodo.*

3. *In acie amissi per gloriam in perpetuum vivere intelliguntur.*

4. *Administratio rerum fiscalium itidem præbet justam excusationem à tutela.*

5. *Sicut & absentia Reipublicæ causa.*

6. *Vt & dignitas.*

7. *Item & Lis.*

8. *Prout & tria onera tutelæ.*

9. *Simili modo & paupertas.*

10. *Pauperi paupertas ipsa satis est onerì.*

11. *Pauper quis dicatur.*

12. *Morbus & cæcitas quomodo itidem præbeant excusationem à tutela.*

13. *Literarum imperitia: Nec non inimicitia: Item controversia status: Ætas: militia: Professio: Absentia: Tutelæ gestio: Matrimonium, itidem præbent excusationem à tutela, & nn. 14. 16. 17. 19. 20. 27. 30. & 31.*

15. *Inimicitiæ capitales quæ dicantur.*

18. *Senectutem, morbum & mentis & corporis, & per seipsum morbum naturalem esse, secundum Aristotelem.*

21. *Eruditionis titulus & nomen illis deberi, qui Grammatici sunt: ubi plura de laude Grammat. & Rhetor.*

22. *Medici, liberos homines in civitate utiles conservant, atq; in vitam quasi suâ virtute secundum* DEUM *sæpè restituunt.*

23. *Iurisprudentiæ scientia illustris.*

24. *Legem esse animam civitatis secundum Demosthenem.*

25. *Sophistarum nomen nunc in invidiam abiit.*

26. *Geometriæ & Arithmeticæ laudes.*

28. *Tutor tenetur administrare in eadem Provincia, etiamsi patrimonium divisum sit, secus in diversa.*

29. *Milliaria, Germanica, Italica, Hispanica & Gallica inter se quomodo differant.*

32. *Excusationem tutelæ habens, si eâ neglectâ tutelam suscipit, & se negotijs gerendis immiscet, eâ excusatione postea uti non potest.*

33. *Excusationem ex falsis allegationibus merens, onere tutelæ non liberatur, etiamsi id per decretum judicis obtinuerit.*

34. *Tempus ad excusationem præsentium incipit currere à die scientiæ.*

35. *Ignorantia non currit.*

36. *Ignorantia crassa, supina vel affectata non patrocinatur.*

37. *Tutor,*

37. Tutor, intra legitimum tempus, tutelæ administrationem nec suscipiens nec se excusans, nihilominùs ab eo tempore, quo cognovit, sibi tutelæ munus delatum, onus tutelæ curæve non administratæ ad eum spectat, & tutelæ periculo obnoxius redditur.

SCIENDUM hoc loco est, quòd quilibet Tutor vel Curator antequam is administrare & gerere incipiat, inter alia etiam cogatur munus injunctum agnoscere, & tutelam suscipere, statim atque is cognovit, se Tutorem vel Curatorem constitutum, *l. 1. in princ. & vers. Ex quo scit, & ibi Dd. l. Tutor vel Curator. & ibi gloss. ff. De administr. tutor. l. is qui tres. §. illa quoq. & ibi gloss. ff. h. tit. gloss. §. fin. verb. non est liberatus. & ibi Aldobrand. n. 11. circ. fin. arg. illius text. Instit. hoc tit. Azo in sum. C. De administr. tutor. n. 1. & 7.* nec quidem solvendo interesse, ab isto onere liberabitur, *Bart. l. eum. n. 3. & ibi Alex. n. 5. & Ias. n. 10. C. De procurat.* Et judicem adire debet ac petere, ut ipsi administratio decernatur, *Schrad. de feud. part. 10. sect. 20. n. 97.* 1

Ab hac verò regula excipiuntur nonnulli, qui excusatione muniti, ipso jure tuti sunt.

Et primùm à tutela justam excusationem præbet numerus liberorum, trium nimirùm Romæ, quatuor in Italia, in Provincia quinque, *in princ. Instit. h. tit.* Atque hoc non solùm propter favorem, qui debetur illis, qui civitatem liberis hominibus replent, *ut hic post Aldobr. tenet Schneidevv. n. 6.* Sed & ideò, quòd pupillorum interest, ne sibi is præficiatur, qui alioquin curis domesticis, & circa tuendos & regendos suos liberos, ita districtus est, ut rebus pupillaribus commodè vacare non possit, *VVesenbec. in princ. in verb. propter liberos. Instit. h. tit.* 2

Adoptivorum hîc nulla habetur ratio, ut nec mortuorum, nisi hi sint in acie amissi, *in princ. h. tit.* hi enim per
3 gloriam in perpetuum vivere intelliguntur, *ut ibidem. & l. amissi. ff. eod. tit. de quib. etiam Aul. Gellius lib. 2. cap. 15.* Nepotes ex filio prosunt jure repræsentationis, ita ut etiamsi plures sint, unius tamen patris vicem repræsentent, & pro uno filio reputentur, *l. 2. ff. h. tit. & in princ. hîc Schneidevv. & VVesenb. post alios Dd. ibid.*

4 Altera excusationis quoque causa est administratio rerum fiscalium: Publica enim utilitas privatæ anteponenda, *ut notant Dd. hîc.* Habet & hanc rationem, nedum rebus pupilli operam dant, fiscus lædatur, vel contra, dum fiscum indemnem servare volunt, jura & res pupillorum negligantur, *Aldobr. §. item Divus. & ibi Schneidevv. Instit. hoc tit.* Intellige tamen quamdiu administrat, *§. idvus Marcus, h. tit.* cessante enim causa privilegii & immunitatis, & ipse effectus cessat, ut in specie tradit *Tyraq. in Tract. cessante causa in ampliat. VVesenb. in §. item Divus verb. administr. Instit. h. t. facit c. cum cessante, de appell.*

5 Absentia quoque Reipublicæ causa excusationem præstat, *§. item qui, Instit. h. tit. & tot. tit. C. De tut. & curat. Reipubl. cauſſ. abſ.* Et cùm potentia actui propinqua pro actu habeatur, & cingendus pro cincto: Et paria sint, quid non factum vel de proximo faciendum, *ut inferunt Ang. Aldobrand. & alij Dd. in d. §. item qui Instit. h. tit. & Bald. in l. pen. ff. De milit. testam.* consequens est, non tantùm eum, qui abest, sed & eum, qui se ad iter parat vel præparat, & causam publicam quodammodò agere incipit, excusationem habere, *gloss. in d. §. item qui, verb. absunt, Instit. h. t. facit text. l. legatò. ff. De legat.* Et hæc immunitas etiam extenditur ad Ministros & Comites absentium,

sentium, *l. administrantes. §. eorum. ff. De excus. tut.* Atque absens Reipub. caussa etiam reversus per anni spacium à tutela vacationem habet, intra quod ad novas tutelas vocari non potest, §. *item ÿ, qui. d. l. fin. C. Si tut. vel curat. Reipub. caussa abf.* cujus tres rationes assignantur *ab Aldob. ibid.* quem refert & sequitur *Schneidevv. eod. h. tit.* Tutelam tamen susceptam non omnino deponit, sed tantùm remittit, & ab ea per anni spacium vacationem non habet, sed reversus illam statim recipere tenetur, *d. §. item qui, h. tit.* Quinimò etiam alia absentia non justa modò, ut militiæ, sed & injusta, ut deportationis, exilii, desertionis &c. excusat, *l. sed etsi milites, cum LL. seqq. l. planè. l. propter. ff. h. tit. VVesenbec. in paratit. n. 3. ff. eod.* Qui tamen sibiipsi quoad hoc contrarius videtur, *in d. §. item qui, in verb. Reipub. Instit. h. tit.*

Excusat quoque dignitas, ut Præfectura, Consiliariatus, Magistratus cum imperio, legatio &c. *l. administrantes, & l. Iurisperitos. ff. h. tit. §. & qui h. tit.* Hac nihilominùs adhibita limitatione, ut tantùm semel susceptam tutelam, deserere non possint, *d. §. & qui. l. Non solùm. §. 3. ff. eod.* Multa enim non suscepta deprecari licet, quæ semel suscepta perfici debent, §. *Mandatum. Instit. Mandati. VVesenbec. in §. & qui. Instit. h. tit.* Et multa impediuntur in principio, quæ postea facta non tolluntur, *l. patre furioso. in fin. gloss. in verb. retinere. ff. De his qui sunt sui vel alien. iur. Schneidevv. in d. §. & qui. n. 2. Instit. h. tit.* 6

Excusationis quinta caussa lis est, Litem intelligere 7
de omnibus bonis, §. *item propter. Instit. h. tit.* vel majori parte, *l. propter. ff. eod. l. si ut allegas. C. d. tit. Dd. in d. §. item propter. Instit. hic.*

Sexta

8 Sexta causſa tria onera tutelæ. Tres enim tutelæ vel curæ plurium ſive emancipatorum, *l. ſi quis inter, in princ. ff. h. tit.* ſive extraneorum, vel pupillorum, *l. Iuriſperitos. ff. h. tit.* vel mente captorum, *l. 2. §. fin. in fin. eod. tit.* Patrimonia diviſa habentium, *l. 3. eod. tit.* aut unum ita diffuſum, ut pro pluribus cedat, *l. ſi quis tres. l. 2. l. Spadonem. §. fin. d. tit.* à tutela quarta excuſare ſolent, propter difficultatem conficiendarum rationum & adminiſtrationis gerendæ, *§. item tria. & ibi Dd. Inſt. h. tit.* modò affectatæ tutelæ non fuerint, *l. unic. C. Qui num. tut. d. §. item tria. l. Spadonem eod. tit.* Affectatum enim ut odioſum eſt, ſecundum proverbium, non ſic etiam oneroſum: neque intra tres menſes finituræ, *l. non tantùm. ff. h. tit.* Nec refert, an tertiam Tutor adminiſtret nec ne, modò de illius periculo obnoxius ſit, *l. ſi is, qui Tutores. verſ. nec me movet. ff de admin. tut.* Imò etiamſi à tertia appellavit, interim quarta non eſt onerandus, *l. 4. in princ. h. eod. tit.*

9 Septima excuſationis causſa Paupertas eſt, *§. ſed &*
10 *propter. Inſtit. h. tit. l. paupertas. ff. eod. tit.* Pauperi enim paupertas ipſa per ſe, ſatis eſt oneris, *ut innuit text. & gloſſ. in d. §. ſed & propter*, nec voluit lex alienis curis gravare eum, qui victum quotidianum ſibi laborando cogitur quærere. Et pauper etiam in ſeipſum crudelis eſſet, qui tutelam ſuſciperet, & pupilli causſam ſequeretur, & res ſuas proprias negligeret, Quilibet namque ſibiipſi proximus eſt. In conſiderationem tamen & hic venit favor pupilli: Cùm utile non eſt, Tutorem habere pauperem, qui impar ſit oneri injuncto. Et nota, non omnem paupertatem excuſationem præbere, *arg. §. ſed & propter Inſtit. h. tit. l. ſuſpectum. ff. De ſuſpect. tutor.* Quis autem

autem dicatur pauper, *videatur Bertach. in ſuo repert. in verb. Pauper. gloſſ. Porc. & alij Dd. & Schneidvv. in d. §. ſed & propter. n. 2. & ſeq.* Et quamvis quis pauper præſumatur, niſi probetur dives, *Bertrand. in d. repert. in verb. Dives. & in verb. Pauper. contradicente VVeſenbec. in d. §. ſed & propter*, ubi dicit, Divitias & paupertatem ut mera accidentia non præſumi, tamen cum quilibet probare debeat id, quod fundamentum eſt ſuæ intentionis, credo Tutori alleganti paupertatem, etiam incumbere ejus probationem, facit ad ſpeciem *text. d. §. ſed & propter, ibi poſſit docere, Inſtit. h. tit.* 11

Octava cauſſa morbus eſt vel adverſa valetudo. Morbum intellige non quemvis, ſed ſonticum, quo quis ita affectus ſit, ut ea imperitia ſocordiaque animi laboret, ut quòd etiam propriis negotiis ſupereſſe non poſſit, *§. item propter. Inſtit. h. tit. l. 1. C. Qui morb. ſe excuſ. l. poſt ſuſceptum. ff. h. eod. tit.* Impoſſibile enim eſt, ut alterius tutelam vel curam ſuſcipere & gerere debeat: imò & pupillo damnoſum, *l. pen. in fin. h. tit.* Et ſunt hi in illa cauſſa, ut illis ipſis Curator dari debeat, *§. ſed & mente. ſupr. de curat. arg. d. §. item propter h. tit. l. 4. C. De poſth.* Tantum abeſt, ut hoc munus aliis præſtare poſſint, *VVeſenbec. in d. §. item propter in verb. locum habet, Inſtit. h. tit.* Ideoque ſi perpetuus ſit morbus, ut furor eſt & fatuitas, dabitur alius Tutor, & perpetuam excuſationem præſtat, Quinimò datio hoc caſu ipſo jure non tenet, *ſecundum Aldobrand. in §. item propter. n. 14. & 15. Inſtit. hic*, ubi tenet, quòd abuſivè & impropriè hîc dicantur, morbo excuſari poſſe, *n. 16.* 12

De cœcitate an excuſat, hîc dubitat *VVeſenbec. in §. item propter, motus per legem Etiamſi. ff. De aucl. tut.* ſeipſum

tamen explicat, ut ibi videre est. Nec etiam habet difficultatem hæc quæstio. Cùm cœcus sine dubio perpetua valetudine laboret, & plerique cœci non ita commodè suis rebus superfint, quinimò & miseri sint, secundum vulgatum, **Ein blinder Mann ein armer Mann.**

An verò ipso jure tutus sit, & executione non indigeat, moveri potest. Quod videtur prima fronte negandum, potissimùm cùm lex expresè dicat, cœcum tutorem esse posse cæteris paribus, *& in l. post susceptum. ibi, disponere potest. ff. hoc tit. facit etiam. §. item propter. Instit. h. tit. l. etiamsi tutor. ff. De auct. tut.* Sed in hoc contrarium tenent alii, distinguentes, Si eo tempore, quo quis datus est tutor, jam sit cœcus, dationem non valere, nec excusatione aliqua opus esse, cùm ne volens quidem admittatur: Sin verò impedimentum superveniat, præstare cœcitatem volenti excusationem, *Sylvest. Aldobr. in d. §. item propter. n. 15. & 16. Schneidewv. ibid. n. 1. Instit. h. tit.* Cujus sententiæ colorem facit, *l. 1. §. secundo loco, in fin. ff. De postul. & probat. l. luminibus. C. qui dar. tut. vel curat. poss. l. 1. C. Qui morb. se excus.*

13 Nona excusationis causa, est literarum imperitia, si nimirùm quis nesciat literas pingere & legere, ille enim cùm inventarium & rationes nec legere nec scribere possit, sed per alium hoc facere teneatur, à tutela se excusare potest, ne ex hoc & auctor ipse & pupillus lædatur, *§. similiter, & ibi gloss. Aldobrand. & Dd. Instit. h. tit.* Verùm si non sit expers negotiorum ejus excusatio admitti non debet, *ut dicitur in l. Athletæ, in fin. ff. h. tit.* Huic tamen repugnare videtur *text. in §. similiter eos, Instit. h. tit.* qui præsupponit illum, qui literarum nescius est habere excusationem, etiamsi non sit expers nego-

negotiorum. Contrarietatem hanc pauci hic considerant, & difficulter tolli potest. Nefas siquidem est dicere, malè à Triboniano relatum fuisse Pii Antonii rescriptum, nefas item erasse Ulpianum & Paulum cum æquitati maximè conveniat, quòd non sit admittenda excusatio eorum, qui literas nesciunt, si alias negotiorum non sint expertes. Nam si omnis literarum ignarus se excusare posset, quis apud rusticos saltem legitimus esset tutor, qui communiter literas nesciunt legere & scribere, & tamen & bona & pupillos relinquunt, Diligenter hoc considerat Aldobrand. judicans hanc contrarietatem hoc uno distinctionis fœdere conciliari posse, ut dicamus, quòd in hoc summopere versetur officium judicis ad dignoscendum, num ea sit literarum imperitia, vel ea rerum experientia & usus, ut probari vel improbari, admitti vel non admitti, excusari vel non excusari debeat: Et si literarum nescius sit, neque aliud appareat, admittatur excusatio, ut hìc, si verò non sit expers negotiorum, non admittatur, *Aldobrand. in d. §. similiter. n. 2. 6. 7. & seq. facit gloss. ibid. & doctrina Baldi, quam sequitur Decius in c. super literis. col. 4. De rescript.* ut scilicet rusticus sagax non excusetur. Hanc difficultatem aliter tollere nititur *Vvesenb. in d. §. similiter. in verb. esse excusandum. dum l. Athletæ. §. 1. intelligit*, quòd ibi imperitus literarum à procuratione negotiorum non excusetur, cum reliquis tutoribus veluti administer adjungi possit. Sed an textus hanc interpretationem admittat, aliis examinandum relinquo.

Decima causa inimicitia est, puta, si pater testa- 14
mento aliquem tutorem dederit illius odio, ut nimirùm ipsi tanquam inimico molestiam & periculum vexa-

tionis & vindictæ sumendæ causſa, in explicata tutela creet, §. *item si. & ibi Dd. Instit. hic.* Sed unde hoc æstimabitur? Putant nonnulli, in dubio censeri & præsumi inimicum sic datum, *Bart. in l. 1. C. Si propter inimic.* quem ibi sequitur *Ioan. de Platea. Ioh. Fabr. in d. §. Item si. & ibi Ang.* Quemadmodum testis inimicus in dubio præsumitur inimicitiarum causſa contra inimicum deposuiſſe, *l. 3. in princ. ff. de testib.* sed hanc sententiam improbat *Aldobrand. in d. §. item si. n. 2. & 3. considerando text. in l. Athletæ. § dat remißionem. ff. De excusat. tut.* Et existimat id totum arbitrio judicis committendum, *per text. in l. 1. ibi præsidis æquitas faciet. C. Si prop. inimic.* Qui ex conjecturis hoc dijudicabit, si ex aliis constare poteſt vel non poteſt, quod mutaverit animum offensus & inimicus, *ut dicit gloſſ. in d. l. Athletæ. §. dat remißionem*, quam notabilem celebrat *Aldobrand. hic. & Hippol. de Marſil. poſt Bald. in l. 1. §. præterea. col. 3. ff. De quæſt.* Sed quid si judex excusationem admittet, judicans propter inimicitiam Tutorem quem esſe datum? Puto, quod excusatus actionem habeat contra heredem dantis, ad omnia damna & expensas litis, prout expresſè & in specie tenet *Sylveſt. Aldobrand. in sæpè d. §. item si. n. 6. allegans ad hoc gloſſ. in terminis. in c. honoratus. diſtinct. 74. in pr. quam sequitur Præpoſ. & alij ibid. facit text. in l. severiter. C. de excusat. tut. vel curat.* Insuper hoc loco notandum, quod non nisi capitalis inimicitia in consideratione, quoad excusationem à tutela habeatur, & ejusmodi inimicitiæ excusant à qualibet tutela, §. *inimicitiæ. & ibi gloſſ. & Dd.* 35 *Instit. h. tit.* Quæ autem dicantur inimicitiæ capitales, *vide poſt gloſſ. & alios Dd. hic apud Schneidevv. in §. item propter. n. 8. maximè verò Aldobrand. in §. inimicitiæ. n. 29.*

30. 31.

30. 31. 32. 33. Inſtit. h tit. Et pro cautela hìc notant, Quòd is, qui ſe excuſare vult propter inimicitias, neceſſe habeat inimicitias capitales & allegare & probare, vel ſaltem tale quid, ex quo manifeſtè reſultet, quòd inter eos fuerit interpretatione juris capitalis inimicitia, *Aldobr. d. loc. n. 12. 13. 14. per multa iura ibi allegata.* Non tamen neceſſe habet probare, quòd non fuerit ſecuta reconciliatio. Nam licet ex naturali illa cognatione, quam inter homines natura conſtituit, *l. ut vim. ff. De iuſtit. & iur.* præſumatur in dubio amicitia inter homines: tamen inimicitia ſemel exorta præſumptione, juris præſumitur duraſſe, & huic præſumptioni ſtandum, donec contrarium probatur, *l. in ipſius. ubi Bald. per illum text. C. famil. herciſc. Petr. de Anchor. Conſ. 247. Bald. l. ex perſona, col. 3. C. De probat.* Reconciliatio verò quomodo probetur, & an reconciliatio in mortis articulo facta, ſit attendenda, *tractat Aldobrand. in d. §. inimicitiæ. n. 21. 25. 26. 27. Inſt. hìc.* Ubi, quoad primam quæſtionem multum tribuit judicis diſcretioni: quoad alterum verò concludit negativè, non exiſtimans pro reconciliatione habendam, videri enim remiſſum quoddam odium conſcientiam lædens, metu mortis, & ſæpè revireſcere injurias infirmis convaleſcentibus, poſt alias auctoritates, *ibid. add.* cætera, quæ de inimicitiis, earumque effectu ab aliis cumulantur, aliena ſunt, longumque eſſet, hæc omnia hìc recenſere.

Undecima cauſſa excuſationis eſt controverſia ſta- 16
tus, §. *item qui Inſtit. h. tit.* Capitalis enim inimicitia eſt, quando quis de ſtatu quæſtionem movet, *ut dicit hìc gloſſ. Idemq; voluit Bart. in l. 3. §. Non ſolùm. ff. De adimend. legat. facit text. in l. Qui cùm maior, in princ. per tot. & ibi*

Bart. ff. De bon. liber: Et habet hic tutor justam causam offensionis, & pupilli interesse ne talis admittatur. Metuendum siquidem ut injuriam à patre sibi factam filio rependat, *VVesemb. in § Item qui, Inst. h. tit.* Nam:

Et vindicta bonum vita jucundius ipsa,

secund. Iuvenal: Satyr. 3.

17 Duodecima causa est Aetas, eaque vel major vel minor. Minor ætas facit quem ipso jure tutum, §. *Item major, Instit. hoc tit.* cum juribus concordant. Si quis enim sub alterius tutela vel cura esset, & esset nihilominus tutor vel Curator alterius, confunderentur non solum nomina, sed & res ipsæ, cum idem tutor & pupillus esset, contra naturæ ordinem; *Aldobr. in d. §. Item maior in princip. Inst. hoc tit.* Major verò septuaginta annis se excusare potest, *d. §. Item maior. l. 2. ff. h. tit. l. 3. ff. de jur. immun. l. vinc. C. qui at at. se excus.* Cujus decisionis duplex affertur ratio, una ingravescens senectus, quæ per se species morbi, est, & magis quietem desiderat, quàm aliquas extraneas perturbationes, *Aldobr. in d. §. Item maior, in princ. & ibi Schneidevv. n. 3. facit civitatibus, ff. de Legat. c. magna de vot. & not. redempt. ubi Abbas refert*, statutum de infirmo disponens, in sene verificari. Accedit, quod *Aristoteles*

18 *tradit lib. 2. Polit:* Ubi senectutem morbum & mentis & corporis dicit, & quidem per se ipsum morbum naturalem esse, idem *Aristot. lib. 5. de generat. animal.* Item illud Plauti, senex cum ex templo est, jam neque sentit neque sapit, quo innuit in senibus sensum plerunque deficere. *Ruland. de commiss. lib. 1. cap. 12. & 13.* Altera quod Romani Magistratuum privilegia senibus concesserint *l. semper. ff. de iure immun. Aldobr. & Schneidevv. d. loc. Ioach. à Beust, in l, Ad personas egregias. n. 13. ff. de Iureiur.* faciunt huc

quæ

quæ *Aul. Gell. lib. 2. cap. 15.* & quæ Scipio adversus Fabrum differit, Itemque illud Juvenal:

Credebant hoc grande nefas & morte piandum
Si juvenis vetulo non assurrexerat.

Hæc verò immunitas quàm senes quo ad tutelam & curam habent ad testimonij dictionem an extendatur, vide *Rutg. Ruland. de commiss. lib. 2. part. 2. cap. 5. n. 3. 5. 6.* Et de cæteris senectutis privilegijs, quæ tamen huc non spectant, videte *Felin. in c. in nostra, col. fin. De Testib. Andr. Sicul. cons. 23. col. pen. vers. accedat, lib. 1. Porc. in princ. Instit. de Testam. Felin. in c. Quoties. not. 3. de Testib. & Purpurat. in l. cum quid, ff. si cert. pet. pro parte quoq; Aldobr. & Schneidevv.*

Decimo tertio, Militia vacationem præbet, usque adeo, ut miles nec volens ad tutelæ munus admittatur, §. *Idem est in milite, Inst. hoc tit.* cujus ratio redditur in *l. 4. C. Qui dar. tut. l. Ab administratione. C. de legat. l. milites C. de loc. cond.* Et latius persequitur ICtus in *l. sed & milites, per tot. ff. hoc. tit.* Quid in veteranis sit vide *l. fin. C. de Excus. veter.* qui non ipso jure tuti sunt, sed excusationem habent. 19

An verò milites nostri temporis à tutela vacationem habeant ut olim, quærit *Angel. in d. §. Item & in milite*, & post illum *Sylvest. Aldobr. ibid. n. 27.* Et distinguendum puto, inter milites qui armis vacant, & in obsequio Principis sunt, & pro Repub. vel imperio in prælium descendant, & inter milites auratæ, ut vocant, militiæ, Ita nimirum, ut hi immunitatem habeant, ex pari ratione, quod non debeant privatis negotijs abduci ad Reipub. operis militiæ præstandis, *d. l. 4. C. qui dar.*

dar. tut. d. l. ab administratione. C. De legat. d. l. milites. Alteri non item habeant, cùm non re, sed solo nomine sint milites, & militum atque militiæ laboriosæ & miseræ privilegiis non gaudeant, *Aldobrand. post al. in d. loc.* In quorum collegium sæpè sartores, lanii, sutores, coqui asciscuntur, quinimò & illi, qui vilissimam mercaturam exercuerunt. Quemadmodum de quodam Simone Baldo, porcorum mercatore, qui empto militiæ cyngulo, monilibus inter quadratos Coridones splendens, videntibus se deridendum præbuerit, refert *Aldobrand. in d. loc. n. 28.*

Et quòd de milite hîc disponitur, an etiam ad Clericos, Monachos & Ecclesiarum ministros extendatur, *videatur Schneidevv. in d. §. & in milite. Angel. Aretin. Cons. 26. col. 5. vers. circa secundum dubium*, ubi affirmat, dicens, Clericos non posse esse Tutores vel Curatores, *Borgnin. Cavalcan. in Tract. de tut. & curat. n. 288.* ubi declarat hoc dictum, vel potiùs contrarium sentit, concludens, Clericos non posse cogi, sed benè posse cum licentia superioris tutores esse, pro hoc allegat *Bart. in Cons. 143. vol. 1. Bald. Cons. 45. n. 1. in secunda parte. Bertr. Cons. 116. n. 1. vol. 2. Angel. Aret. in §. item maior. n. 3. Instit. Quib. mod. tut. fin. & in §. sed hoc iure. n. 3. vers. Qui autem. supr. de Attil. tut. plenius decidit Ludolph. Schrad. de feud. part. 10. sect. 20. n. 27.*

Decima quarta excusationis causa, Professio est. Et habent Romæ Grammatici, Rhetores, Medici, & qui in patria sua has artes exercent, vacationem, si intra numerum sunt legitimum ac definitum, *l. si duas. §. 1. cum §§. seq. ff. h. tit.* Grammatici primi sunt, Nam maximum onus eorum est, qui in prima illa ætate & pulvere

vere ſcholaſtico, præceptores ſe pueris exhibent, teſtabitur hoc expertus. Utilitas quoque hujus profeſſionis quinimo & neceſſitas maxima eſt. Sine Grammatica enim, ne umbra quidem eruditionis alicujus poteſt exiſtere. Nec ferendi ſunt, qui hanc artem ut tenuem ac jejunam cavillantur. Nam rectè Quintil. dixit: Si quis Grammatices fundamenta non fideliter jecerit, quicquid ſuperſtruxerit, corruet.

Grammatica neceſſaria pueris, & Oratoribus inprimis, jucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes, quæ vel ſola in omni ſtudiorum genere plus habet operis & utilitatis, quàm oſtentationis, *Quintilian. lib. 1. cap. 4. & alibi rectè dicit Ioachim. Camer.* Neceſſariam eſſe Grammaticam ad omnem doctrinam & eruditionem, facit ille trivialis verſiculus:

Fruſtrà Doctores, ſine me coluêre ſorores.

Quinimò ſecundum *Cornel. Nepot.* titulus & nomen eru- 21
ditionis illis ſolùm deberi, qui Grammatici ſunt. Hinc inter tria mala, id eſt, oneroſa à Socrate relata eſt Grammatica, non modò reſpectu diſcentium, ſed & docentium illam, *Athen. lib. 12.*

Rhetores ſecundo loco recenſentur. Quid enim prodeſſe poſſit Reipublicæ Orator, id *Cicero & Appius Claud.* docuerunt. Et certè ſi ſapientia ipſa, ſine qua tamen vita humana non regitur, ſine eloquentia parùm confert, *ut poſt Ariſtotel. refert Cæſar. Raco. in diſcurſib. ſuis de Eloquent. & Rutg. Ruland. de commiſſ. lib. 1. cap. 15. n. 3.* Rhetorices profeſſionem maximoperè neceſſariam nemo non judicabit. Et licet *Chilo* optimam illam Rempublicam dixerit, quæ Oratores minimè audiret,

& alii multi itidem variis allatis rationibus Rhetoricen damnarint, quòd nimirùm fontes pœnis eripiat contra utilitatem publicam, cùm publicè interſit, ne delicta maneant impunita, quòd ſæpenumerò contra juris præcepta bonos in diſcrimen adducat, ſeditiones & turbas in Republiça excitet, &c. His tamen abundè reſpondet *Fabius lib. 2.* Et hi abuſus ſunt, rei ſubſtantiam non tollentes, Si enim hæc hujuſmodi ratione perpendatur, damnabitur Rex ipſe, & omnis Magiſtratus, non ſemper bonus, ſed quandoque pernicioſiſſimus, Medicus Jureconſultus tolletur. At non ideò ſub dio habitare debemus, quòd aliquando domus corruerit & inhabitantes ruinà oppreſſi ſunt, *Sylveſt. Aldobr.* §. *item Roma. n. 1. h. t.*

Similiter & Medici eodem privilegio gaudent, & non immeritò, cùm utilitas & commodum eorum in aperto
22 ſit. Liberos enim homines in civitate utiles, conſervant, atque in vitam quaſi ſua virtute ſecundum DEUM ſæpè reſtituunt, *Aldobr. hîc.* Verùm cùm extra controverſiam ſit, maximam malorum partem à Medicis proficiſci, ſi vel imperiti ſint, vel negligentes, *Eraſm. in Apopht. lib. 1. fol. mihi 153.* Medicum hoc loco non debemus intelligere ejusmodi, qualem Diogenes olim perſtrinxit, qui nimirùm priùs fuerat Paleſtrites, at ignavus, cui dixit, An eos, qui te hactenus dejecerunt, nunc viciſſim dejicies. Dejicit luctator, quem ſuperat, & dejicit Medicus, quos in lectum conjicit, aut in ſepulchrum. Sentiens illum tàm malum eſſe, & ignarum Medicum, quàm fuerit ignavus Palæſtrites, *refert Eraſm. in Apopht. lib. 3. fol. mihi 332.* Sed talem, qui eruditus ſit, ſecundum artis præcepta experiatur, & diligens ſit, *Anton. de Butr. in c. ad aures de stat. & qual. Ioan. Monach. in Rubr. de hæret. lib. 6. Sylveſt. Aldobr. in d.* §. *item Roma. n. 8. Inſtit. h. tit.*

Juris-

Jurisconsulti non fit mentio à Triboniano, *in d. §. item Romæ.* Neque etiam excusatur ille, nisi Romæ profiteatur, *in l. sed & reprobari. §. fin. ff. h. tit.* & nisi fuerit Principi à consiliis, *l. Iurisperitos. ff. eod.* Quod interprètes etiam ex identitate rationis extendunt ad illum casum, si in aliis civitatibus, ubi publicum est Gymnasium jura quis profiteatur, *Aldobr. & Schneidevv. post alios Dd. in d. §. item Romæ, Instit. h. tit.* Sed Jurisconsulti cur non æquè excusentur, ut Medicus, Rhetor & Grammaticus, multis ex cauſſis dubitari potest. Cùm nulla sit illustrior 23
scientia, quàm Jurisprudentia, *de qua in l. Quidquid. C. De advoc. diverſ. iud. l. 1. C. de aſſeſſ. domeſtic. l. laudabil. C. de advoc. diverſ. iud. Rutg. Roland. de commiſſ. lib. 1. c. 14. n. 2.* De cujus etiam utilitate, quinimò & neceſſitate nulli non constat. Quid enim Respublica? Quid Mundus sine Lege? Ut corpus hominis sine mente, sine nervis, sanguine & membris: *Respondet Cic. pro Cluent. & meminit Quintil. lib. 5. cap. 11.* & rectè etiam *Demoſthenes* dixit, Le- 24
ges esse animam civitatis. Accedit, quòd Jureconsulti dicantur Sacerdotes Justitiæ, *l. operum. ff. De iuſtit. & iur.* & militare dicantur, nec minùs providere generi humano, quàm si præliis atque vulnèribus patriam parentesque salvarent, *l. advocati. C. De advoc diverſ. iud.*

De Philosophis non est, quod dubitetur, *text. est in l. si. duas. §. fin. in l. sed & reprobari. §. 1. §. sunt autem cum ſimilib. ff. h. tit.* Et nota, quòd olim Philosophi, Sophistæ appellati sunt, *ut de Pythagora ſcribit Cic. lib. 1. de nat. Deor.* 25
Nunc in invidiam abiit nomen, ut hi propriè Sophistæ dicantur, qui fictam quandam sapientiæ speciem jactant, quique ostentationis, aut quæstus gratia philosophantur. Cùm & illi fallacibus & contortis ludunt conclusiunculis, *Faber Soran. in theuſ. erudit. fol. mihi 777.*

26 Geometræ & Arithmetici non habent excusationem, *l. Geometra. ff. h. tit.* Licet Geometria & Arithmetica etiam suas habent laudes, de quibus post alios *Rotg. Ruland. de commiss lib. 1. c. 16. & 17.* Ingenium enim acuit & ad omnes scientias addiscendas juvat, & quasi regit res omnes, quæ in vita humana accidunt, *Cæsar Raue. in discurs. de laud. Geometr. fol. 196 l. 2. C. De malefic. & mathem.* Hinc Plato voluit, ne quisquam accederet ad investigationem aliarum artium & disciplinarum, nisi Mathematica priùs instructus, *refert Octa. Mag. in Tract. de legat. cap. 1. fol. 40. Cæsar Rau. d. l. Rutg. Roland. de commiss. lib. 1. cap. 17.* Hinc item Geometria, præsertim apud Græcos in summo honore fuit, *ut testatur Cic. 3. de Orat.*

27 Decima quinta caussa excusationis Absentia est, & distantia locorum & bonorum, Licet Tutor datus simpliciter à Testatore, ad universum patrimonium pupilli datus intelligatur, quocunque locorum id etiam situm sit, *§. Datus autem. Instit. h. tit. l. propter litem. §. licet. l. non solùm. §. & qui in testamento. ff. eod. l. testamento. C. d. tit.* & hoc quoad Tutorem testamentarium nullum habet dubium, sed dubitatio est in dato simpliciter à judice: Et communis opinio est etiam à judice simpliciter datum, intelligi datum ad universum patrimonium, *Angel. Aldobr. Schneidewv. & Dd. hic. Socin. post alios in Cons. 36. col. 4 lib. 1. facit text. d. §. datus autem*, qui generaliter & indefinitè loquitur *Instit. h. tit.* Excusare se tamen potest, ut modo dictum est. Qualiter verò & quatenus videatur, *l. propter litem. §. licet. & §. fin. ff. h. tit. §. Qui autem. Instit. eod. l. non solùm. §. & qui testamento. ff. eod. & l. testamento. C. eod.*

28 Circa quod notandum, quòd Tutor teneatur administrare in eadem Provincia, etiamsi patrimonium divi-

divisum sit etiam ultra centum milliaria: In diversa vero Provincia excusetur, dummodo distet per centum millia passuum, ut expresè dicit *text. in d. l. propter litem. §. licet* Et quod de Senatoribus in eadem lege dicitur, hoc speciali favore introductum est, ne videlicet longiùs abesse cogantur incommodo Reipubl. *ita tenet Dyn. quem sequitur Nicol. de Neapol. & Alberic. in d. l. propter litem. & Sylvest. Aldobrand. in d. §. datus autem. n. 4.* Et centum milliaria non à finibus Provinciæ, sed à domicilio, si in alia Provincia administratio erit facienda, numerabuntur, *Aldobr. in d. §. Datus autem.* Milliaria hîc intellige Italica, à mille passibus dicta, *gloss. in l. mille passus. ff. De verb. signific. Spieg. in lexic. in verb. miliare*, quorum miliariorum Italicorum centum, constituunt milliaria Germanica & Hispanica viginti, Gallica quinquaginta, secundum scalam juxta mappam Europæ oper. Theat. orb. terrar. Petri Plami insertam. 29

Decima sexta causa est tutelæ gestio. Nam qui gessit tutelam alicujus, non cogitur ejusdem esse Curator, *§. Qui tutelam, Instit. h. tit.* etiamsi testamento fuerit datus, *l curator. C eod. tit.* Quia videtur & patri & filiis sufficere debere, si tutor ut amicus suo labore in aliquibus amici officium expleverit, *gloss. & Dd. communiter. in d. §. Qui tutelam per text. in l. tutori. C. De negot gest.* Hac tamen excusatione liberti uti non possunt, *l. liberti C. hoc tit.* Ideò, quòd libertatem rem inæstimabilem à patrono consecuti sunt, quæ facit, ut nullâ excusatione juvandi sint, quin persolvant gratitudinis officia illi, à quo tanto beneficio affecti sunt, *Aldobr. in d. §. Datus autem n. 5. in fin facit text. l. si quis à liberis. §. solent judices cum alijs. §§. seqq. usq. ad fin. ff. De agnosc. liber.* 30

31 Decima ſeptima cauſſa excuſationis, matrimonium eſt, propter quod maritus excuſare ſe poteſt à cura uxoris, etiam poſtea ſuſceptum, §. *idem reſcripſerunt, Inſtit. h. tit. concord. text. in l. fin. ff. eod.* imò ſi velit, non poteſt eſſe Curator, *l. 2. C. Qui dar. tut. poſſ. l. virum. ff. De curat. furioſ.* ſed tenetur ſub pœna infamiæ alium Curatorem petere, *l. ampliſſimi. C. eod.* Et quamvis hoc videatur durum, cùm maritus præſumatur benè erga res uxoris affectus, & caput ſit uxoris, ejusque procurator eſſe poſſit, *l. maritus. C. De procurat.* & inter Procuratorem & Curatorem parum differre videatur, Lex tamen prohibens ſuas habet rationes, *quas vide apud gloſſ. in d. §. idem reſcripſerunt Schneidevv. & alij D. ibid.*

Et hactenus de cauſſis excuſationum, quæ tàm Curatoribus quàm Tutoribus communes ſunt, *Rub. tit. Inſtit. h. tit. cum concord.* Præter has plures *vide in l. Nec Senatorum. & l. humanitatis. C. h. tit. l. non tantùm. §. eos. & §. fin. ff. eod. l. adminiſtrantes. l. cùm ex oratione. l. 1. ff. eod. l. licet. C. eod.* De modo verò & tempore excuſandi, *vide §. Qui*
32 *autem. & ibi Dd. Inſt. h. tit.* Eſtque hîc notandum, Quòd is, qui excuſationem habet, ſi ea neglecta tutelam ſuſcipiat, & ſe negotiis gerendis immiſceat, excuſatione, cui renunciavit, uti non poteſt, *l. 2. C. Si tut. falſ. alleg. l. non tantùm. §. 3. ff. h. tit.* De quo vide diſtinctionem *Cuiac. in l. 7. & 8. de excuſ. tut. & VVeſenb. in d. §. idem reſcripſerunt*, item
33 & illud, quòd is, qui ex falſis allegationib. excuſationem meruit, onere tutelæ non ſit liberatus, *d. §. ijdem, & tot. tit. C. Si ex falſ. allegation.* Decreta enim ex falſis allegationib. lata, per ſe & ipſo jure nulla ſunt, *l. Seia. ubi Bart. ff. De tut. & curat. dat. ab his. l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. De transact. Dd. in l. iure poſſidet. ff. de acquir. poſſ. text. in l. cui agnitis. ff. de exceptio.* Et is tutor, qui ex cauſſa falſa excuſationem etiam per decre-

decretum judicis obtinuit, nihilominùs ab eo tempore, quo cognovit se tutorem datum, perinde tutelæ judicio obnoxius est, ac si is nullam omninò excusationem impetrasse t, §. *fin. & ibi Ioan. Fab. Ang. Aldobr. & Dd. 1 ſt. h.tit, l. qui teſtamento. & ibi Dd. ff. eod. facit l. Seia egreſſa. & ibi Bart. ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. magis puto.* §. *ſi as alienum. ff. de reb. eor. Bart. Iaſ. & Dd. in l. ſi is, ad quem. ff. de acquir. hered. Bart. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſſ.* Et qamvis in hoc contrarium teneat *gloſſ. in l. quidam decedens.* §. *fin. ff. de admin. tut.* Ejus tamen opinio communiter est rejecta & improbata, nisi in casu, ubi tutor vel curator simul causam veram & falsam in judicio proposuerit, *Rom. Conſ. 235. n. 3. Schrad. de feud. part. 10. ſect. 20. n. 19. facit text. l. qui teſtamento ff. h. tit.* Notandum & illud est, Quòd tutor datus favore pupillorum à decreto nominationis appellandi potentiã non habeat, sive à lege, sive à judice, sive à testatore sit datus, § *qui autem, Inſt. hic. l. tutores. C. eod. tenet Alberic. in d. l. tutores. facit text. clarus in l. 1.* §. *ſi quis tutor, ibi, non oportet appellare. ff. Quand. appell. ſit.* Quamvis nihil vetet, quo minùs à sententia rejectæ excusationis appellare possit, *d. l. tutores. & l. ſcire oportet. ff. h. tit. l. quinquaginta. C. eod.* sumpto argumento à contrario sensu, *l. ſi quis tutor.* §. *fin. ff. de rit. nupt.* Porrò & hoc notandum, quòd tempus 34
ad excusationem præsentium incipiat currere à die scientiæ, *l. ſive oportet.* §. *ſufficit. verſ. ſi enim quis ff. h. tit.* Ignorantia enim non currit, etiamsi ignorans per annum vel 35
ulterius onus tutelæ agnoscere neglexerit, *l. etſi ſciſces. cir. fin. & ibi Dd. C. de admin. tut. l. ſi tutor petitus. C. de peric. tut. & curat. Tyraq. in Tract. de utroq. retr. part. 1.* §. *35. gloſſ. 4. n. 1. & ſeq.* Crassa verò, supina vel affectata ignorantia ipsi 36
non patrocinabitur, *l. ſi tutor. & ibi gloſſ. & Dd. C de peric. tutor. Anton. Gab. Roman. in Tr. reg. lib. 6. Tit. de reg. iur.*

Insuper

37 Insuper & hoc tenendum, Si tutor intra legitimum tempus tutelæ administrationem nec susciṗiat, nec se excuset, quòd nihilominùs ab eo tempore, quo cognovit sibi tutelæ munus delatum, onus tutelæ curæve non administratæ ad eum spectet, & is tutelæ periculo obnoxius reddatur, in tantum ut pupillum, vel minorem indemnem servare, eique damna omnia, omneque interesse restituere teneatur, præter jam dictos omnes tenet *Socin. Cons. 2. n. 4. lib. 1. Ruin. Cons. 108. n. 15. lib. 1. Aldobr. §. suspectus. n. 7. Instit. de suspect. tutor. Azo in sum. C. De admin. tut. Schrad. de feud. part. 10. sect. 20. n. 6. 36. 37. & seqq.* Et hæc damna & interesse per juramentum in litem probari possunt, *Ioh. Plot. in Tract. de in lit. iurand. §. 5. n. 16. Schrad. d. loc. n. 13.*

Præterea quomodo hæc scientia alicui nimirùm Tutoris vel Curatoris munus injunctum esse, quoad hoc, ut illud agnoscere cogatur, vel se excusare, & si hoc non fecerit, periculo tutelæ obnoxius sit, ad notitiam deduci debeat, *vide Schrad. d. loc. n. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. & seqq. usq. ad n. 66. post infinitos alios Dd. allegat. ibid. Tyraquell. in Tract. de utroq. retract. part. 1. §. 1. glos. 1. n. 20. usq. ad n. 24. & §. 36. glos. 2. n. 30. 31. 32. & seqq. l. in totum. & ibi Dd. ff. De reg. iur. Bart. in l. Quidam decedens. §. fin. ff. De admin. tut. Ias. in l. 1. ff. Per quem fact. fuit. glos. l. si tutor petitus. & ibi Bart. & Bald. Salic. & Dd. C. De peric. tut. Anton. Gabriel. Roman. in Tit. Regul. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 5. & 6. & Tit. de probat. concl. 5. & 6.*

DE

In Titulum XXVI.

DE SUSPECTIS TUTORIBUS VEL CURATORIBUS.

Summaria.

1. *Suspecti crimen ex L. XII. Tabular. descendit, originem habet & in forum deductum est.*
2. *Suspecti postulatio est utilis & necessaria.*
3. *Utilius est jura pupillorum illæsa servare, quàm post vulneratam causam remedium quærere.*
4. *Suspecti postulatio dupliciter intenditur: Civiliter & criminaliter.*
5. *De suspecto qui cognoscant, eosq; removent.*
6. *Nihil tam naturale, quàm eo jure quodq; dissolvi quo colligatum est.*
7. *Tutores suspecti quomodo postulari possint.*
8. *Suspecti postulatio, est quasi publica & popularis.*
9. *Impuberes ipsi Tutores suos suspectos postulare non possunt: nec etiam ratione administrationis ante tutelam finitam contra illos agere, secus est in pubere ibid.*
10. *Suspectus quis dicatur.*
11. *Pauper alias honestus, non est vilis nec rejiciendus.*
12. *Paupertatem magistram morum esse & efficacem in universum exercitium virtutis, rectè dixerunt Antisthenes & Plutarchus.*
13. *Idoneus reputatur esse is, quem virtus probat, licet pauper sit.*
14. *Suspicionis justæ causæ in Tutore quæ sint, remissivè.*
15. *Tutor antequam gerere incipit, ut suspectus removeri potest.*
16. *Pœna Tutoris suspecti quæ?*
17. *Dolus in quacunq; actione infamat.*
18. *Dolus ab effectu, ut arbor ex pomo, conjecturis nimirum & indicijs probatur.*

19. Tutor remotus ob culpam, etiamsi ea latæsit, non æquè sit infamis.

20. Culpa lata non æquiparatur dolo, ubi lex expresse dolum exigit.

21. Ob culpam remotus Existimatio & fama laborat apud probos viros.

22. Suspecto postulato statim interdicitur Administratio, quoad cognitio finiatur: Et quidem ipso Iure, nec Iudicis interlocutoria exigitur.

23. Suspecti postulatio morte Tutoris extinguitur, nec ad hæredes transit.

1 CIRCA hunc Titulum primò inquirendum, suspecti crimen unde descendat, vel quæ ejus causa sit efficiens? Et respondetur, crimen hoc ex Lege XII. Tabul. descendere, originem habere & in forum deductum fuisse. Ex hujus enim Legis dispositione delictum esse cognoscimus. Et cùm aliæ actiones nominatæ ex maleficiis descendentes non poterant habere locum, ideò, quòd nulla earum comprehenderet hoc crimen, fuit introducta hæc specialis postulatio, quâ pernicioſissimum hoc suspecti delictum coërcetur. Estque hæc postula-
2 tio utilis & necessaria, *ut dicit text. in l. 1. ff. h. tit.* Quia facit, ne Tutor vel Curator (qui sub specie patris vel custodis vulpeculæ mores induit, *ut inquit Aldobr. in princ. n. 4. h. tit.*) abutatur potestate sibi à jure civili data & per-
3 missa, Quandoquidem utilius sit, jura pupillorum illæsa servare, quàm post vulneratam causam, & bonis dilapidatis remedium quærere, *l. 1. C. Quand. lic. unicuiq. sin. iud. se vind. l. fin. C. in quibus causis. restit. in integr. necess. non est.* Et magis consulendum iis personis, quibus majus periculum intenditur, *facit text. in d. l. 1. ff. hoc tit.*

Dupli-

Dupliciter autem hæc postulatio intenditur, Civili- 4
ter & criminaliter. Civiliter, quibus casibus intenditur, & quando & quomodo criminaliter docet post alios, *Aldobr. in princ. Instit. hoc tit. n. 9. 10. 11. & 12. Schneidevv. ibid. n. 4.* De suspecto verò cognoscunt, & suspectos re- 5
movent Romæ Prætor, in Provinciis Præsides, & Legati Proconsulis, §. *Datum est autem, Instit. hoc tit.* Ex mandato Proconsulis, *l. 1. ff hoc tit. l. pen. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* quo casu non legatus, sed ipse Proconsul cognoscere videtur, *l. 3. ff. de offic. eius*, Præsidis verò Legatus non cognoscit, cùm præses ut Legatus Cæsaris, Legatum non habeat, *Vvesenb. in princ. Instit. hoc tit. & in Paratit. de offic. Præsid.*

Et cùm nihil tàm naturale sit, quàm eo jure quod- 6
que dissolvi, quo colligatum est, *l. Nihil. ff. de reg. iur.* generaliter concludendum existimo, omnes judices de suspecto cognoscendi facultatem habere, qui tutores dandi potestatem habent, ita argumentatur *gloss. in d. §. datum est, & sequitur Aldobrand. ibid. n. 3. & Schneidevv. n. 1. facit §. non habentem, Auth. De defens. civit.*

Quoad illud verò, Quomodo Tutores suspecti po- 7
stulari possint, constituenda est regula, Quemlibet Tutorem ut suspectum posse postulari, §. *ostendimus Inst. hoc tit. l. 1. & l. 3. §. 2. ff. eod.* Quod hodiè multò magis obtinet in omnibus Tutoribus etiam Testamentariis, vel ex inquisitione datis, cùm ex constitutione novissima Imperii etiam satisdatio ab iis exigatur, *ut suprà ostensum est.*

8 Estque postulatio suspecti quasi publica & popularis, hoc est, omnibus conceditur; qui pietatis officio fungi voluerunt, *ut hic. & l. 1 §. consequens. ff eod.* favore enimirùm pupillorum, quorum causa quodammodò publica est, & esse debet, cùm etiam Reipubl. interfit, non negligi hujus ætatis curam, à cujus conservatione dependet conservatio civitatis, *l. proponebatur. ff. De iudic. VVesenbec. §. consequens Inst. hoc tit.*

Hinc Tutor Contutorem ut suspectum allegare potest, *l. 3. in princ. ff. hoc tit.* Item, non solùm mater, avia, nutrix & soror, sed & alia mulier, *§. consequens Inst. h. tit. l. 1. & l. pietatis. C. eod.* quæ tamen aliàs accusare non potest, *l. 1. ff. De accusat.* Quinimò & servus, licet & is non possit accusare, admittitur tamen in hoc judicio, ut judicem de fraudibus tutorum instruat, *l. fin. in princ. ff. hoc tit.* Et quod amplius est, Prætor ex officio sine aliqua accusatione suspectum removere potest, si ipsi de suspicione ex apertissimis rerum argumentis liqueat, *l. 3. §. præterea. & §. si tutor. ff. eod.*

9 Quòd autem impuberes ipsi non possint suos Tutores suspectos postulare, *§. consequens. l. impuberibus. ff. h. tit.* Id eò fit, quòd absque Tutore non habeant legitimam personam standi in judicio, præsertim in hac actione, quæ quodammodo est accusatio publica, *ut supr. dictum, & probatur l. 1. §. suspecti. ff. ad Turpil. l. 1. & l. 2. C. Qui hab. leg. pers.* nec etiam possint ex ratione administrationis ante tutelam finitam cum Tutore agere, *l. 3. & l. qui accusare. ff. de accusat. l. actus. ff. De admin. tut. l. 4. ff. De tut. & rat. dist.* Quod secus est in pubere, qui etiam manente administratione cum Curatoribus agere potest, maximè propinquorum consilio adhibito, *l. pietatis. C. h. tit.*

C.h tit l. cum curatore. ff. de admin. tut. §. consequens. & ibi VVesenbec. Instit. h tit. Non enim existimaverunt jura propinquos & necessarios consilium accommodaturos, nisi accusatio sit è re adolescentis, *Aldobr. in §. impuberes in princ. h.tit. arg. l. transactionem & ibi Dd. C. de transact.*

Et notandum hîc est, Quòd ille dicatur suspectus, 10
qui non ex fide tutelam gerit: tunc enim eum moribus esse talem dicimus, ut meritò suspectus æstimari possit, *l. suspectum. ff. h. tit. §. suspectus. Inst. h. tit.* sive hoc fiat socordia, aut culpa aut dolo, satis est, illum non, ut oportet, administrare, *Aldobr. d. §. suspectus. n. 3.* Et quia meliùs est antevertere damnum ipsis pupillis etiam dives, qui aliàs solvendo est, non suspectus modò dicitur, sed & ut suspectus removeri potest, si non ex fide tutelam gerat, etiamsi satisdationem offerat, *§. novissimè Inst. h. tit.* Animum namque leges attendunt, & mores non divitias tutoris. Unde fit, quòd pauper si fidelis sit & diligens, non habeatur vel removeatur ut suspectus ex sola paupertate, *§. fin. Instit. h. tit. l. 5. & 6 C. eod.* Cùm vilis non sit, nec rejiciendus pauper aliàs honestus, *l. humilem. C. de nat. lib.* Nec rectè dixerit *Horat. lib. 3. carm.* 11
Od. 24. Magnum pauperies opprobrium. Nec rectè *Mantuan. Eclog. 1.* Pauperies inimica bonis est moribus, &c. sed rectiùs *Antisthenes & Plutarchus* dixerunt: Pau- 12
pertatem magistram morum esse, & efficacem in universum exercitium virtutis. Posse tamen eum quasi minùs idoneum removeri, tenet *VVesenb. in d. §. fin. Inst. h. tit.* de quo ego subdubito, *propter text. in l. si quis stipulatus. §. fin. ff. de verb. obligat.* ubi dicitur, Quòd idonei 13
plerumque non tàm patrimonio quàm fide æstimentur, tum etiam ideò, quòd Dd. tradant, illum etiam idoneum

esse & reputari, quem virtus probat, licet pauper sit, *Tyraq. post alios in Tr. de pœn. causs. 51. n. 42. arg. l. 1. C. de cond. in pub. hor.*

14 Suspicionis verò justæ caussæ in tutore quæ sint, enumerat *text. in l. 3. §. nunc videamus. & §. severus. & l. quoniam hæ, aliàs. Hæ enim. ff. eod. tit. & Schneidevv. in §. suspectus, Instit. eod. ubi post Plat. tradit etiam, ex quibus caussis suspicio probetur.*

15 Notandum item, quòd tutor etiam antequam gerere incipiat, ut suspectus removeri possit, *d. §. suspectus autem. l. 2. l. 3. & l. 6. C. eod.* Nam quemadmodum is, qui satisdare debet, & non satisdat, vel compellitur ad satisdationem, *§. pen. supr. de satisdat.* vel removetur quasi suspectus, sine infamia, si inopiæ gratia hoc facit, cum infamia, si dolo malo, *l. 1. & l. 2. C. de tut. & curat. qui sat. non ded.* Ita & is, qui cessat, vel compellitur ad administrationem, vel si in eadem pertinacia perseveret, removetur tanquam suspectus, *d. l. 2. & 3. C. h. tit.* videlicet cùm administrare debet, & non administrat, *Cuiac. in Paratit. C. de suspect. tut. vel curat.* licet hîc mirè se torqueant *Dd. propter d. l. hæ enim. §. fin. ff. hoc tit. l. Quidam decedens. §. fin. cum l. seq. ff. de admin. tut. l. 2. C. de per. tut. l. Præses. C. h. tit. quas leges conciliat Aldobr. hîc in d. §. suspectus autem. n. 7.*

16 Pœna verò tutoris suspecti est, quòd remotus ob dolum fiat infamis, *§. suspectus Instit. hoc tit. concordat text. in l. fin. C. eod.* Namque nullâ ratione dubitari potest, quin meritò infamia laboret ille, qui pupillum fidei suæ commissum, dolo spoliat, cùm & aliàs in quacunque
17 actione dolus infamet, *l. 1. ff. de his, qui not. infam. VVesenb. in Parat. ff. de dol.*

18 Dolus autem quia extra non apparet, ideoque ab effectu, ut arbor ex pomo, conjecturis nimirùm & indi-

ciis

ciis probabitur, *l. dolum. C. de dol.* Quoties ergò tutor machinatione aliquà vel fallaciâ utitur, ad decipiendum & circumveniendum, *iuxta l. 1. §. 1. ff. de dol.* semper dicitur dolo facere, & esse in dolo, veluti si evidens damnum pupilli evitare noluerit, aut apertum commodum sequi, *l. 2. & l. 3. C. de suspect. l. 3. §. is tutor. ff. eod.* vel si impediat distrahatve animum alicujus à benefaciendo ipsis pupillis, *Aldobr. in d. §. suspectus. arg. l. si legatarius. ff. de dol.* Si in rebus pupilli grassetur, *d. l. 3. §. Nunc videamus*, aut palàm in suos usus vertat, *Aldobr. d. loco l. 1. §. severus. ff. eod.* Si lateret, ne pupillo decernantur honesta, non modò ad eum alendum, sed & instituendum moribus & doctrinis, aut præsens falso contendet, non esse undè decernantur, *§. si quis tutor. & ibi Aldobr. VVesenbec. in verb. puniendum. & Dd. Instit. hoc tit.* Si corruptis judicibus vel eorum ministris, per sordes tutelam comparavit, *d. § si quis tutor, ibi, remittitur. l. 3. ff. de offic. praf. urb. l. 3. §. tutor. ff. hoc tit.* Ex qua lege etiam plures casus elicere poteris.

Remotus ob culpam non æquè fit infamis, *d. §. suspectus. l. 3. §. fin. ff. eod. & l. fin. C. eod.* Etiamsi lata sit, *Ang. & Dd. in §. suspectus hoc tit. & in l. impuberibus. §. si fraus. ff. eod. VVesenbec. in d. §. suspectus*, ubi hanc sententiam communem esse attestatur. 19

Et licet aliàs lata culpa dolo æquiparetur, *d. l. impuberib. §. si fraus. & ibi Dd.* Id tamen, ut hoc passu, quo ad removendum, sic non quoad infamandum procedit, *VVesenbecius d. §. suspectus*, ubi hoc firmat duabus urgentibus rationibus: facit quod Dd. communiter tradunt, culpam latam non æquiparari dolo, ubi

20 ubi lex expreſsè dolum exigit, *Bart. & Dd. in l. Quòd Nerva. ff. depoſitt.* Niſi velis aliquam facti infamiam hîc remanere, quemadmodum vult *gloſſ. in d. §. ſuſpectus.*

21 Et ſane negari non poteſt, quòd ob culpam remot⁹ exiſtimatio & fama laboret apud probos viros, quòd non eam diligentiam adhibuerit in rebus pupilli ejus fideicommiſſi quam aliàs diligens adhiberet, & ob quam, ſi pupillus aliquid detrimenti paſſus eſſet, ipſe conventus & condemnatus actione tutelæ infamaretur, *l. Quidquid tutoris. C. arbit. tutel. §. ex quibuſdam Inſtit. de pœn. tem. litig.*

22 Porrò, poſtulato ſuſpecto ſtatim interdicitur adminiſtratio, quoad cognitio finiatur, *d. §. ſuſpectus. l. eum qui. C. eod.* Et hoc favore pupillorum introductum eſt, cùm aliàs videri poſſet, poſtulatum ſuſpectum, durante cognitione poſſe adminiſtrare, ſi enim agitur, ut per ſententiam removeatur, ea expectanda videtur, non ex ſola poſtulatione vel accuſatione removendus, *arg. eorum, quæ habentur in c. venerabilem per ill. text. de offic. delegat.* Et quidē ipſo jure ei adminiſtratio interdicitur, nec judicis interlocutoria exigitur, *Aldobr. VVeſenb. & alij d. §. ſuſpectus. per l. ipſo iure. l. Quod ſi fortè. ff. de ſolut. l. eum qui. C. eod.* Intelligitur autem à die litis conteſtatæ interdicta, *ſecund. Angel. in d. §. quem ſequitur Aldobr. ibid.* Et notandum, quòd ſuſpecti poſtulatio morte Tutoris extinguatur, nec ad heredes tranſit, *d. §. ſuſpectus, l. 1. C. eod l. pen. ff. eod.* Nam poſt finitam tutelam, quæ morte tutoris finitur, cognitio ſuſpecti ceſſat, *l. poſt finitum. ff. eod. d. l. 1.* ideoque actum ageret ulterius ad remotionem agens. Quamvis aliàs poſt litem conteſtatam crimen morte non ſoleat extingui, *l. 1. C. ex del. def. Bart. & Dd. l. 1. ff. de privat. delict.*

INDEX

INDEX MATERIARVM IN hoc Commentario contentarum. Et designat prior numerus paginam; Alter vero numerum marginalem.

A.

Arbiter in decidenda causſa quid ſequi debet. pag 9. num. 11.

Alterum exemplum iuris naturalis liberos procreare, & quæ huc referantur. 23. 13. ibid. & num. 21.

Alimentis ne cum juramento quidem renunciari poteſt. 28. 32.

Applicatione iuris ciuilis ſimpliciter prolatâ ius ciuile Romanorum intelligi. 73. 3. declaratur itidem & limitatur ibid.

Appellatione iuris communis ſimpliciter, quando ius Romanorum tantùm comprehendatur? 76. 6. & num. ſeq.

Alium vulnerans quando impenſas in vulnus curandum factas & damnum operarum amiſſarum reſarcire non teneatur. 91. 18.

Alium defendere nemo cogitur. 98. 31.

Actus vnicus notorius & tractum temporis habens ad conſuetudinem inducendam non ſufficit contra quoſdam. 183. 10. Quot vero & quales ſufficiant? 183. 11. Et quo qualiq; tempore illos celebratos eſſe neceſſe ſit? 184. 12. Quoq; animo? ibid. num. 13.

Actus animo conſuetudinem inducendi geſtos quomodo probetur? 184. 14.

Actus non poſitiui ſed priuatiui eſſe debent. 185. 15. Et conformes non diffor mes. ibid. num. 16. Et limitatur quinq; caſibus. 186. 17. Nec meræ facultatis eſſe debent. 187. 18. Limitatur ibid. Nec violenti. 187. 19.

Ex Actibus legitimis qualiter indiſtincte conſuetudo inducatur. 187. 20.

Appellatio à ſententia nulla, eam non confirmat. 213. 3.

In Actu aliquo non neceſſario requiſita, ſi vitioſè interveniant actum non vitiant. 216. 3. Illuſtratur hoc exemplis ibid. nu. 4.

Auctoritas ſuperioris nec actum vitiet in illo non legitimè adhibita. 217. 9.

An Acta iudicij irritentur, ſi iudex ubi ſolennis proceſſus non requirebatur, ſolenniter ſed non legitimè proceſſerit. 217. 10.

In Actu aliquo conſtruendo ſuperflua adhibita: non vt cætera, in actu diſſolvendo requiruntur. 218. 18.

Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates ratum eſt. 226. 7.

Argumentum à contrariis quando procedat vel non 227. 2.

Autor cur præmittat tractationem ſponſaliorum. 241. 2.

Adulterium cum ſponſa alterius non committitur. 246. 10. Niſi ſit de præſenti. 250. 37.

Actio rerum amotarum etiam aduerſus ſponſam datur. 251. 30.

Appellatione ſponſaliorum ſponſalia de præſenti, & appellatione ſponſi & ſponſæ, ſponſus & ſponſa de præſenti proprie non comprehenduntur. 252. 45.

Alimenta ſibi ſtipulans etiam vxori ſtipulatus intelligitur. 406. 163.

Adoptionis definitio, & eius explicatio. 411. 2. vſq; ad num. 37.

Auctoritas Imperatoris in qua adoptione & quanto pere requiratur. 412. 3.

Arrogatio fieri debet cauſſa cognita. 414. 5.

Ad Arrogationem qui citandi? 414. 7.

Agnatorum conſenſus an & quando in arrogatione requiratur? 415. 8.

Auctoritas iudicis coram tribunali ſedente in arrogatione requiritur. 415. 9.

In

In adoptione ſimplici id ſecus eſt. ibid. nu. 10.
Arrogatio tàm, quàm Adoptio inter præſentes fieri debet. 416. 12. Per procuratorem fieri nequit. ibid. nu. 13.
Adoptionis effectus. 417. 15. & nu. ſeqq.
Arrogatus vel Adoptatus ab Aſcendentibus patri adoptiuo adquirit. 417. 16. Ei defuncto qualiter ſuccedat? 418. 17. & num. ſeq. an & quomodo in feudis. ibid. 18.
Adoptiui qualiter & quando à patre adoptiuo ali & ſuſtentari debeant? 420. 23.
Adoptio originem & patriam propriam non mutat. 424. 33.
Adoptio quomodo naturam imitetur? 425. 34. & nu. 36.
Adoptari & Adoptare qui poſſint vel non? 437. 37.
Adoptio quotuplex & quid Arrogatio? 428. 38.
Adoptio in ſpecie quid? 428. 39.
Inter Adoptionem hanc & arrogationem quàm multa & quæ differentia? 429. 40.
Adoptio quocunq; loco fieri poteſt, idoneo & honeſto. 463. 45.
Arrogatio curatelam finit. 553. 5. quod & deportatio. ibid. nu. 6.
In Acie amiſſi per gloriam in perpetuum viuere intelliguntur. 574. 3.
Adminiſtratio rerum fiſcalium itidem præbet iuſtam excuſationem à tutela. 574. 4. Sicut & abſentia Reipublicæ cauſſa. ibid. nu. 5.

B.

Bona filij arrogati qualiter patri arrogatori acquirãtur? 420. 24. Etiam liberi arrogati, arrogatoris poteſtati ſubijciuntur. 421. 25.
Bannitum an, quatenus & quando Imperator poſſit parte aduersâ non conſentiente à banno abſoluere? 441. 11. & nu. ſeq. 12. & 13.
Tàm in Banni ſuſpenſione, quàm abſolutione à banno, cauſſa & omnis facti qualitas exprimenda. 443. 16.

Bannitum quis restituere & à banno absoluere possit? 444.17. De iure Saxonico quid iuris de Bannitis, ibid.num. 18.

Bona vxoris quomodo communicentur marito? vbi de triplicibus bonis vxoris. 407.167.

C.

CAsus quo honestas & integritas vitæ alicui non patrocinatur. 15.11.

Contractus dotis, qui accessorius ad matrimonium est cuius iuris sit: Itemq; contractus arrharum, & sponsalitia largitas. 23.11.

Causſa partus: itemq; leges de sobolis procreatione latæ quàm fauorabiles. 26. 20.

Consuetudo pronũciãdi quod moderamen inculpatæ tutelæ excedens si hominem interfecerit, pœnâ amissionis manus puniatur, ad quem casum restringenda. 132.61.

Casus quo duobus testibus negantibus tantum creditur quantum duobus affirmantibus. 136.69.

Contractus ex quo iure. 145. 77. itemq; distractus ibid. num. 78.

Contractus ab imperatore vel alio celebrati qualiter & quomodo legis generalis vigorem habeant. 156.8.

Consilia jureconsultorum qualiter, quem & quando excusent? 168.7.

Cuius ætatis esse debeat doctorum insignis decorandus? 175.21.

Consuetudo quàm varie accipiatur. 179.2.

Consuetudinis de qua hic agitur definitio eiusq; explicatio. 179.2. & nu. seq.

Consuetudo in scripturam redigi potest: 180.4. Consuetudo nisi tacito populi consensu interveniente, introducitur. ibid. num. 5. Qualiter autem sic indistinctè. ibid. num. 6.

Consensus populi quomodo probetur? 182.7. Non omnis consensus sufficit: at qualis? ibid. num. 8.

Consensus ex moribus colligi debet, vt consuetudo inducatur. 183. 9.

Ad Consuetudinem inducendam quod tempus requiratur? 190. 23.

Consuetudo decennij lapsu quando indistinctè inducatur? 192. 24. Quo casu tempus requiratur cuius in contrarium non extat memoria. ibidem num. 25. Et quando 40. anni vel triginta. ibid. num. 26. Quod tempus de iure Saxonico requiratur? ibid. num. 27.

Ex consuetudine quod remedium oriatur, & quomodo consuetudo in iudicium deducatur? 194. 30.

Consuetudo etiam notoria in iudicio allegari debet, contra quosdam. 194. 31. Et ab allegante probari plenè, nisi in casibus. ibid. num. 32.

Consuetudo quomodo probanda? 196. 33. quot testes, & qui & qualiter consuetudinem probent. ibid. nu. 34.

In Consuetudinis probatione, in defectu semiplenæ probationis iuramentum non defertur. 198. 35. Quomodo consuetudo non probetur? remissiuè. ibid. num. 36.

Censiti, Adscriptitij, Coloni, Monachi liberi sunt. 203. 2. Et vasalli, licet horum obligatio seruitutis imaginem habeat. ibid. nu. 3.

Commendatio glossæ & inde pulchræ & notabiles illationes. 216. 2. & nu. seqq.

Captura debitoris fugitiui non vitiatur si à iudice incompetenti facta fuerit. 216. 5.

Casus quo testibus inhabilitatis exceptio opponi non possit. 217. 8.

Ex Corruptione superflui sigilli, instrumentum aliàs solenne, suspectum non redditur. 217. 11.

De confugientibus ad sacram statuam. 229. 8.

Cuius loci statuta & consuetudines in repetenda dote inspiciantur? 251. 42.

Consensu interueniente quomodo

modo indistinctè sponsalia contrahantur? 253. nu. 47.
Consensus quorum in sponsalibus & nuptiis & qualiter requiratur secundum legitimas & canonicas sanctiones? 261. 54.
Consistoriis nostris quid placeat hîc? 262. 55.
Concubitus inter sponsos secutus quid efficiat? 284. 87.
Consensus contrahentium in nuptiis requiritur. 314. 31.
Consensu interueniente qualiter Nuptiæ indistinctè contrahantur. 317. 40.
De consensu parentum in nuptiis; remissiuè. 320. 44.
Consensus spontaneus & liber esse debet, ibid. nu. 45.
Consensus in nuptiis legitimis requiritur. 324. 52.
Conditione existente, matrimonium sub conditione contractum purum efficitur, licet de nouo coniuges non consentiant. 327. 57. Quod tamen sex modis notabiliter limitatur, ibid nu. 58. & nu. seq. Quid si adiecta sit conditio, contraho tecum, si parentibus vel amicis meis placuerit. 329. 59.
Cognatio quotuplex? 331. 61.
Cognatio naturalis quæ? ibid. nu. 64.
Cognatio spiritualis quæ, & quomodo matrimonij contractum impediat, & quo iure? 335. 68. & nu. 70. Hæ cognatio inter quas personas contrahitur? 336. 69.
De cognatione hac spirituali quid in Ecclesiis reformatis? 337. 70.
Ciuilis cognatio quæ, & quibus casibus & quando demum nuptiis impedimentum præstet? 338. 71.
Coniunx sanus quomodo coniugi contagioso morbo laboranti cohabitare cogatur? 393. 39.
Calamitas vni coniugum eueniens vtrique communis est, 398. 146.
Creditor pupilli cedens tutori actiones, quas aduersus pupil-

papillum habet, cur & quibus casibus ius actionis cessæ amittat vel nõ? 482. 19.

Confirmatio inutiliter dati tutoris in testam: qualiter rata sit. 497. 56.

Casus quibus propter ingratitudinem Libertus in seruitutem non revocatur. 525. 10.

Curatela quando finiatur? 556. 14.

Cautela pro illis, qui cum tutoribus vel curatoribus contrahere volunt. 456. 7.

Culpa lata non æquiparatur dolo, vbi lex expresse dolum exigit. 600. 20.

Ob culpam remotus Existimatio & fama laborat apud probos viros. ibidem nu. 21.

D.

DEVS ipse optimam Reipubl. formam in populo Israelitico eligens, legi illam astrinxit. 5. 7.

Disciplinæ quomodo facilius percipiantur; & Auctoris in huius libri materia proponenda methodus & modus. 4. 9.

Defensionis definitio, plenaque eius explicatio. 88. 11.

Defensio nullo statuto, alioue iure ciuili, ex absoluta etiam pontificis vel Imperatoris potestate tolli potest; nisi in casibus. ibid. num. 13.

Defensio alterius personæ permissa, vt & rei alterius. 96. 29. & num. 43. etiam extranei & capitalis inimici, contra. Gand. 97. 30.

Defendere alium nemo cogitur. 98. 31. quod ampliatur ibid. num. 32.

Defensio cuiuis, omni loco & tempore qualiter permissa. 106. 44. contra quamcunque personam ibid. num. 45. qualiter tamen & quibus casibus contra magistratum. 108. 46. itemque contra Socium quolibet modo opem vel auxilium præstantem offendenti. 109. 47.

Defensio contra parentem, Dominũ, Abbatem, Maritum, Præceptorem & similes, quando licita sit vel non sit, 117. 53.

Defensio vt licita sit, requiritur, vt fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. 118. 55. *Moderamen illud qualiter varietur*. ibid. num. 56.

Depositio testium, quorum quidam deponunt, reum animo offendendi, quidam animo defendendi læsisse, quomodo concordanda? 135. 66.

Defensio an & qualiter probetur testibus qui simpliciter deponunt reum tertium vulnerasse vel occidisse ad defensionem factam. 135. 67. *Et quid si deponant de credulitate defensionis*. 136. 68. *Quidq; si dicant potius reum defendendi, quàm offendendi animo læsisse*. ibid. num. 70.

Defensio quibus præterea modis sufficienter probetur. ibid. num. 71. & num. seq. *Et quid si quis alterum vulnerauerit, vel occiderit in loco remoto præsentibus nullis?* 139. 72.

Ad defensionem qui testes & quando admittantur? 140. 73.

Domuum, castrorum & ciuitatum constructio & munitio quàm licita in suo. 143. 76.

Doctoris publicè promoti opinio quando probabilis? 167. 5.

Doctoris alicuius demortui magnæ auctoritatis opinione motus litigans si succumbat in expensas non condemnatur. ibid. nu. 6.

In Doctorem vt quis promoueri possit, quæ ad hoc requirantur. 174. 15.

Doctores quæ habeant priuilegia, & num militibus præferantur? remissiuè. ibidem. num. 16.

An Doctor, cui prætermisso rigore examinis ab Imperatore vel Papa Doctoralis dignitas collata est doctorum priuilegiis fruatur? ibid. num. 17.

Non

Non Doctor pro Doctore se gerēs, quâ pœnâ tenetur? 175. 19.

Doctoratus vtrum sit dignitas? remiss. ibid. num. 22.

Doctor indoctus, an doctorum priuilegiis vtatur. remiss. 176. 24.

Doctor an, ut alicui consulat, inuitus cogi possit? ibid. num. 25.

Doctor quando & ad quid ob malum consilium teneatur? ibid. nu. 26.

Doctor ex quibus causis degradari possit. 176. 27.

Doctori semel degradato quo casu insignia doctoralia iterum concedi possint? ibid. num. 28.

Doctoralia insignia alicui collata esse, vnico teste probatur. 177. 30.

Doctor moriens in principio anni, num salarium totius anni longioris ue temporis ad haeredes transmittat? remissiue. ibid. num. 31.

Doctor professor publicus utrum per substitutum legere posset? remissiue. ibid. 32.

Dominus non cogitur à Vasallo in necessitate constituto feudum suum emere, vel ut alius ab eo emere possit cōsentire: & hoc casu vasallo feudum vendere nequit. 224. 5. comprobatur id pulchris rationibus contra Bald. & Affl. ibid. Num vero idem in agnatis. 226. 6.

Dispositū de marito & vxore ad Sponsum & Sponsam non nisi in casibus extenditur; regulariter contra. 244. 11. aliud in sponso & sponsa de praesenti. 249. 33.

Dispositio l. fin. C. De sponsal. an & quando locum habeat in arrhis datis à parentibus pro sponsalibus à filiis infantibus contractis. contra Socin. 278. 79.

Dispositio l. hac edictali. C. de secund. nupt. an procedat tantùm in illis, quæ prioris matrimonii liberis vltra legitimam relicta sunt. 312 30.

Dispositio de matrimonio loquens, an & quando ad mat-

trimonium contra iuris impedimenta contractum extendatur? 372. 111.

Dispositum de liberis & parentibus, quibus casibus extendatur ad liberos ex illicito matrimonio natos. 377. 118. & num. seqq.

Diuortium iure canonico ex quibus causis permittatur? 398. 147. & qualiter propter adulterium vel fornicationem alterius coniugis? ibid. nu. 148.

Diuortium secund. Canon. peti potest, si alter coniugum ad hæresin alium trahere volet. 401. 150. vel si maritus vxorem ad aliud horrendum secus trahere nitatur, & ab hac insolentia compesci nequeat. ibidem num. 151. Idem est, si coniugis vita insidietur. ibid. 152. An verò & quando propter desertionem alterius coniugis diuortium petatur? ibid. num. 153.

Desertor quis censendus? 402. 154.

Deportatum inter & relegatum plures differentiæ. 445. 20.

Damnatus in opus publicum quando ius patriæ potestatis amittat? 447. 21. & an Excommunicatus. ibid. nu. 22. Quidin reducto ad seruitutem & quidem damnato in metallum. 448. 23. Ad perpetuos carceres. ibid. num. 24. ad vltimum supplicium simpliciter vel alternatiue. ibid. num. 25. Quidq; in eo, cui supplicij causa membrum aliquod amputatum est? 450. 26. Item in eo, qui se ad precium participandum vendi passus fuit; vt & liberto in seruitutem ob ingratitudinem reducto. ibid. nu. 27. Quidin patre ab hostibus capto. 451. 28.

Dispositum de tempore, an & quando in re quoq; locum habeat? 505. 14.

Definitio capitis diminutionis hîc, vnde desumpta? 520. 2.

Dispos-

Diſpoſitio facta in vno ex æquiparatis etiam in alio obtinet. 541.6.

Debitor an poſſit eſſe tutor? 548. 5.

Dolus in quacunq; actione infamat. 598.17.

Dolus ab effectu, vt arbor ex pomo, coniecturis nimirum & indiciis probatur. ibid.nu. 18.

E.

Exempla regulam non reſtringunt, nec alterant, ſed declarant. 22.5.

Effectus patriæ poteſtatis. 233.7.

Epiſtolam abſque proteſtatione ſimpliciter accipiens intelligitur conſentire omnibus, quæ in ea ſcripta ſunt, etiam in præiudicium illius. 258. 51.

Effectus ſponſaliorum iuratorum. 284.88.

Error perſonæ quantopere matrimonium impediat. 314.32. & num.34. contra Kling. Qualiter quis in perſona errare intelligatur. ibid.num.33.

Error conditionis, quando matrimonium vitiet vel non. 315.35.

Quid in Errore literæ, ſyllabæ, nominis, patriæ, fortunæ 316.36. Qualitatis. 317.37. & nu.ſeq.

Effectus matrimonij. 409.175.

Effectus adoptionis. 417.15. & nu.ſeqq.

Emancipationis definitio, & eius explicatio vſq; adfin. 457.32.

In Emancipatione quæ requirantur ſolennitates. 458.33. & num.ſeqq. vſq; ad nu. 44.

Emancipatio cuius iurisdictionis. 459.37.

In Emancipatione præſentia requiritur vtriuſq; partis. 460.38. fallit ibid:

Emancipationis effectus. 464.49. & nu. ſeqq.

Emancipator quid iuris in bonis filij emancipati conſequatur? 465.50.

Emancipati an patri sui hæredes esse desinant? 467.51.

Expositio verbi Vis & Potestas; in definitione tutelæ prolos. cõtra Doct. 479.16. Alia horum verborum expositio. 480.17.

Expositio verbi Status; in definit. contra Angel. 520.3.

Emancipatus cur capite minui dicatur, non dignitate vel morte patris à potestate patris liberatus 520. 4. & num. 17.

Exempla, definitiones & regulas non restringunt, sed illis lumen addunt. 521.5.

Emancipans impuberem eius, exemplo patroni, legitimus est tutor. 540.1.

Exemplum Exempli an sumi possit. 541.5.

Eruditionis titulus & nomen illis deberi, qui Grammatici sunt. 585.21. vbi plura de laude Grammat. & Rhetor.

Excusationem Tutelæ habens si eã neglecta tutelam suscipit & se negotiis gerendis immiscet, eã excusatione postea uti non potest. 590.32.

Excusationem ex falsis allegationibus merens, onere tutelæ non liberatur, etiamsi id per decretum iudicis obtinuerit. ibid. num. 33.

F.

FAeminarum præcipua virtus concipere & tueri conceptum. 28.16. Fœmina sterilis infames reputantur. ibid.

Filia etiã dotata, à patris successione per statutum exclusa à parente eiusq; hæredibus ali debet. 28.30.

Filius ad uberiorem fortunam prouectus, an patrem ob olim denegata alimenta exhæredare possit? Contra Corn. 28.34.

Filij utriusq; sexus qualiter parentes qualiter vicissim parentes alere teneantur? 32.38. Et quibus casibus nõ teneantur. ibid. num. 39.

Furiosi mente capti, infantes mino-

minores, vtrum ex dispositione statuti obligentur? 46.20.

Forenses vtrum ligentur statutis loci alicuius. 47. 22. decidituribid. & nu.23.

Forenses contra dispositionem statuti loci, in quo contraxerunt, ex capite iustæ ignorantiæ restitutionem in integrum habent. 54,30.

Famina à feudi successione excluſa, etiam à legitimæ petitione ex feudo excluſa intelliguntur. 202.7. Adeò vt ne ex æstimatione noui feudi eam petere possunt. ibid.nu.8.

Filius secundum quid etiam ex matre nobilitatem sortitur. 216.10.

Filius etiam à matris nomine denominari potest. 211. 21. & quam vtile illud interdum sit. ibid nu.13.

Filia grauida in adulterio deprehensa, à patre impunè occiditur. 212,18. Et mulier bannita, quæ ex permissione statuti interfici potest etiam grauida licitè occiditur ibid.nu.19.

Filij num ob patris delictum feudo rectè priuentur. ttij demremisivè. 212.21.

Filius adoptivus patris adoptiui dignitatem cõsequitur. 420.22.

An Filius adoptiuus viuo patre adoptivo, debitores illius ipso non consentiente liberare possit? 421.26.

Filius arrogatus vel adoptatus quando & quibus vinculis, agnatis adoptiui patris coniungatur, iisq; succedat? 422.29. Quodq; cognatis illius nullo modo. ibid.nu. 30.

Fraternitas iurata quid efficiat? vbi notabilia. 425.35.

Filius quando legitimè emancipatus præsumatur. 464. 48.

Filia nupta in cuius potestate sit? 476.9. Quid de iure Saxonico? ibid.

Fiduciaria vnde nomen habeat & cur rectè legitima tutela vocetur. 537.5. Sicut & ea, quæ cognatis hodiè lege defertur. ibid.nu.6.

Tàm fœminæ, quàm mares usque ad 25. annum curatorum auctoritate reguntur. 557.2.

Furiosis & similibus quomodo curatores dentur? 559.5.

G.

GAlli & similes an liberos in potestate habeant? contra gloss. 233.6.

Geometriæ & Arithmeticæ laudes. 588. 26.

Gulosi, & qui quotidiè ad taxillos ludunt cur à testimonio perhibendo repellantur? 15.12.

H.

HOnestè viuere quis dicatur? 11.2.

Hoc præcepto quantopere obligemur. ibid. nu. 3. ad hoc præceptum quæ pertinent: vbi septem notabilia. 12.4. De Honestis ius omne bonum præsumit de prauis prauum. 13.5. & num. 12.

Honestissimæ vitæ homines, à iudice etiam potè renunciationem testibus à partibus factam ad testimonium admitti possunt. ibid. num. 6. In causa sua suorumq; iudices, esse queunt, & testes, nec vt suspecti repelli. ibid. num. 7. item à satisdando releuantur. 14. 8. nec tàm facile propter iudicia torturæ subduntur vt alij. ibid. num. 9. In iudicio succumbentes in expensas litis nunquam condemnantur. ibid. nu. 10.

Hostes captos an & quando interficere liceat? 203.5. Et quid sit in Bannitis & similibus ibid. nu. 6.

I.

IVstitia quanta virtus, & eius denominatio, iurisq; nomen vnde descendat. 6.1.

Iustitiæ definitio ex Vlp. eiusque confirmatio. 7. 2.

Ius sæpè mutatur & variatur, ratio nunquam. ibid. nu. 3. & seq.

Imperator cur rectè iuris interpretationem à iure naturali ordiatur? 21. 2.

Ius naturale à iure gentium quomodo differat. 22.4.

Iudæi in aliquo loco degentes vel

vel habitantes, vtrum statutis & consuetudinibus loci obligentur & fruantur? 59. 36.

Ius gentium quotuplex? 82. 2.

Ius gentium primæuũ quod? ibid. num. 3. Secundarium quod. ibid. nu. 4.

Ex iure gentium primæuo quæ descendant? 83. 5. & nu. seqq. & nu. 10. vsq; ad nu. 72. inclus.

Ictus primus non expectandus. 98. 32. ampliatur & illustr. ibid.

Ex iure gentium secundario quæ originem trahant. 141. 74. & nu. seq. nu. 75. 77. 79. 80. 81. & 82.

An Imperator vel Papa, vt non directum sic nec vtile dominium absq; iusta causa alicui auferre possit? 142. 75.

Ex iure ciuili quæ descendant? 148. 83. & an & quatenus Exceptiones & ea quæ processum iudicij respiciunt? 149. 84.

Imperator etiam solus quod ordinat, legis vim obtinet. 155. 2. Qualiter verò si quid per Epistolam vel sententiam interlocutoriã. ibid. nu. 3. vel definitivam. ibid. nu. 5. & 6.

Quid sit in inferiore ab Imperatore, qui tamen legis condendæ potestatem habet. 155. 4. & nu. 7.

Imperator vtrum contra ius naturale, gentium & diuinum leges condere vel priuilegium concedere possit? omnia remissiuè. 158. 15.

Iureconsultorum nostri temporis responsa legis vigorem non obtinent. 166. 1.

Iudex in iudicando opinionem communem sequi debet. 168. 8. Quod limitatur & declaratur valdè notabiliter nouem modis. 170. nu. 11. & 12.

Iudex sequendo singularem præceptoris sui opinionem contra communem iudicans, qualiter nullam pœnam incurrat. 169. 10.

Instrumẽtũ Notarij nõ legitimè creati, etiãsi pro Notario se gesserit, publ. instrumenti

menti vim non obtinet. 213.2.

Iudex etiam non seruatâ solennitate iudiciorum aditus à domino permittere ei potest, *vt Emphyteutam suum, canonem non soluentem expellat.* 216.6. *Ratio ibid.*

Iudex quando à se citatum expectare non teneatur. 218.13.

Inquisitio criminis quando prætermissa fama inquisitione procedat? 218.15.

Iudici quando laudabile & licitum sit mediam viam eligere? 222.9.

Iudicibus num licitum sit cadauera punitorum Medicis ad anatomiam concedere. remissiuè. 220.3.

Inuidiæ non indulgendum. 223.2.

Ad Inuidiam vel æmulationem alterius qualiter nihil faciendum, vel extruendum, etiam in re sua, ibid. nu. 3.

Iudex ob nimiam sæuitiam ab officio remouetur, 229.6.

Et vasallus feudo priuatur ibid. nu.7.

Ius canonicum an discrepet à iure ciuili, in hoc, quod differentiam *statuat inter Sponsalia de præsenti & de futuro.* 240.1.

De Iure Saxonico Sponsus Sponsæ, vt maritus vxori in omnibus mobilibus succedit. 252.43.

Iure eodem vt vxor sine mariti, ita & sponsa de præsenti, sine sponsi consensu nihil donare potest. ibid. num. 44.

Initiatum quod dicatur, quod *que consumatum.* 296.3.

Impedimentum propter quod matrimonij cõtractus prohibetur, duplex est: iuris & facti. 331.62.

Impedimenta iuris quæ? ibid. nu.63. & de his usq; ad nu. 91.

De impedimento statuti & consuetudinis remiss. 359. 91.

De impedimentis facti. ibid. num.92. vsque ad num. 109.

Inhabilem & impotentem ad cocun-

coeundum contrahere non posse matrimonium. 359. 93. ampliatur. 11. modis & nu. seq. & nu. 98. 100. 102. At limitatur num. 103. 105. 106. & 107.

Inhabilitatem allegare alteri coniugum licet, & ob eam petere, declarari matrimonium nullum. 360. 94. Etiam in articulo mortis. ibid. num. 95. Et mortuo coniuge altero vel utroq; idem heredibus licet. ibid. num. 95.

Inter impedimentum manifestum & occultum quid interst, quò ad separationem theri? 364. 100.

Impotentia si post contractum Matrimonium superveniat quid iuris? 367. 103. Et num hoc præsumaturin dubio? 368. 104.

Iurans se quam ducturum: indotatam tamen ducere non cogitur. 382 124.

Incestas nuptias saltem approbantes infames sunt. 388. 135.

Incestæ siue nefariæ nuptiæ quæ? 408. 172.

Inutiles quæ? ibid. nu. 173.

Imperator suspendens sententiam banni ad suum beneplacitum, hæc suspensio quando euanescat? 440. 8.

Inuitus an & quando quis emancipari possit? 491. 44.

Impuberi testamento tutor dandus. 492. 44. declaratur ibid.

Si Iudex à tutore inutiliter in testamento dato, requisitus vt ipsum confirmet, id facere neglexerit, quid iuris? 447. 55.

Impubes etiam infans emancipari potest. 541. 4.

A iudice quis tutor dandus? 546. 6. qualiter is & quando rationem de Administratis reddere debet. ibid. num. 7.

Inuitis curator non datur. 558. 3. an vero regi vel principi? 559. 4.

Iudex siue Magistratus etiam ex officio Tutores & curatores ad præstandam hanc satisdationem compellere

pellere potest & debet. 505. 4. Et Iudice hoc non exigente vel recipiente actio subsidiaria aduersus ipsum competit. ibid. nu. 5.

Inimicitiæ capitales quæ dicantur. 580. 15.

Iurisprudentiæ scientia illustris. 587. 23.

Ignorantia non currit. 591. 35.

Ignorantia crassa, supina vel affectata non patrocinatur. ibid. nu. 36.

Iura pupillorum illæsa seruare vtilius est, quàm post vulneratam causam remedium quærere. 594. 3.

Impuberes ipsi tutores suos suspectos postulare nō possunt; nec etiam ratione administrationis ante tutelam finitam contra illos agere; 396. 9. Secus est in pubere ibid.

Idoneus reputatur esse is, quem virtus probat, licet pauper sit. 597. 13.

L.

LEges scriptæ quàm vtilis thesaurus sint: quàmque periculosum sit, imperia administranda, & causas decidendas legibus non committere. 2. 1. & num. seqq.

Lex secund. Demosth. Donum & inuentum Deorum. 22. Secund: Chrysipp. rerum omnium, tàm diuinarum quàm humanarum regina ibid. nu. 33.

Leges benè positæ omnia determinare debent, secund. Arist. 3. 5.

Lex Theodosii omnia etiam ipsum principatum legibus submittit.

Leges Romanæ, omnium humanarum legum æquissimæ sunt & iustissimæ. 4. 8.

Leges correctas vel abrogatas sub pœna falsi ad causas decidendas allegare prohibitum est. 2. 4. Quod in ratione correctæ & abrogatæ legis secus est. ibid. num. 5.

Laus materiæ defensionis. 87. 10.

Læsio vel occisio, vt res per se mala

mala non præsumitur ad defensionem facta.132.62. ampliatur. ibid. & num. seqq.

Licentiati, in quibus Doctorum appellationes veniãt, ijsdemq; cum his priuilegiis fruantur? 367.4.

Lex plures intellectus habens ad causarum decisionem allegari nequit. 174.14.

Licentiatus suscipiens post insignia doctoralia utrum præferatur illis, qui antea Dd. creati sunt. remiss. 174. 18.

Legitima parentibus ex bonis filiorum debita statuto actione ciuili iure tolli penitus potest. & ratio. 198. 1.

Legitimæ quantitas etiam descendentibus debitæ cur & qualiter augeri minuiue possit? 199. 2. & nu. seqq.

Legitima filiis debita statuto cur tolli non possit penitus, nisi in casu ibidem. 200.4.

Lex ciuilis prohibens inter tutorem & pupillam matrimonium, rata non est. 301.20. An verò illa valeat, qua prohibet, vt rapta raptori nubat, & contrafacienti pœnas irrogat? ibid. nu. 21.

Ligamen quo iure & quanto opere matrimonij contractum impediat? 350. 81. Et quâ pœnâ afficiatur is, qui, viuente vxore primâ, cum alia matrimonium contrahit. ibid. num. 81.

Libellus quo petitur propter facti impedimentum, thori separatio qualiter procedat? 371. 109.

Licitarum nuptiarum subdiuisio. 409. 174.

Liberorum appellatio diuersimodè extenditur. 488. 35.

Liberis non nisi in potestate tutor datur. ibidem. num. 36.

Lex Legem declarat, pars statuti statutum. 534. 35.

De Lege correcta & eiꝰ allega-

tione. 544.3.
Lex tollitur per non vſum. 545.40.
Lite orta inter pupillum & tutorem quis nunc tutor eſſe debeat? 550.8.
Liberorum numerus præbet iuſtam excuſationem à tutela, & quomodo. 573.2.
Literarum imperitia: Nec non inimicitia: Item controuerſia ſtatus: Aetas: Militia: Profeſſio: Abſentia: Tutelæ geſtio: Matrimonium; itidem præbent excuſationem à Tutela. 577.12.
Legem eſſe animam ciuitatis ſecund: Demoſth. 587.24.

M.

MAgiſtratus ſi mandet, vt in aliqua cauſſa iuſtitia fiat, quid mandaſſe intelligatur. 8.10. & num. ſeqq.
Matrimonium qualiter iuris diuini? 22.7. Quatenus iuris naturalis & gentium. ibid. num. 8. Ciuilis. 23.9. Canonici ibid. nn. 24.
Matrimonium contractum ſub ea conditione vt mulier generationem euitet, nullum eſt. 25.17.
Mater qualiter filium alere debeat? 31.36.
Moderamen inculpatæ tutelæ transgrediens, an quando, & qua pœnâ afficiatur. 129.60. & nu. ſeq.
Magiſtratibus temporalem iuriſdictionem habentibus qualiter ſtatuta condere permiſſum ſit? 163.6.
Mulier prægnans antequam partum edat, torqueri non poteſt, nec pœna corporali affici. 211.16. Quid vero ſi eam torqueri iuſſerit? 212.17.
Minor 25. annis quando poſſit eſſe procurator? 221.6.
Matrimonium contractum abeo, qui in carceribus detinetur, quando ratum ſit vel non ſit? 266.58.
Matrimonio contracto arrhæ non fiunt accipientis, quæ eiusdem contemplatione datæ ſunt. 279.80.
Matrimonij diuiſio bimembris. 295.2.

Matrimonium *solo* consensu initum consumatum & perfectum dicitur quoad essentiam ibid. num. 4. & num. 10. Nec dissensu dissoluitur. ibid. num. Quod ampliatur. ibid. & num. seq.

Matrimonium iuris diuini est. 299. 14. Inde inferuntur ibid. & nu. seq.

Matrimonium errore vitiatum quando conualescat? 317. 39.

Mulier marito suo nubens dote non expresse constituta, an & quando intelligatur marito suo bona omnia vel partem illorum in dotem dedisse? 319. 43.

Metus non presumitur sed probari debet. 321. 47.

Matrimonium contractum sub conditione de futuro legibus non reprobatâ qualiter & quando vitiet & nullum reddat? 324. 53. Et quid sit in conditione non impossibili licet falsa vel vera sit. 326. 54.

Matrimonium contractum sub conditione de futuro legibus non reprobatâ, in euentum huius conditionis suspenditur. 326. 55. Fallit septem casibus ibid. num. 55.

Matrimonium est vnius maris & vnius fœminæ coniunctio. 391. 137. Est individua vitæ consuetudo. 392. 138. Quod ampliatur ibid. & num. seqq. 140, 141.

Maritus qualiter vxorem alere, & ægrotanti in medicinis reliquisq; perspicere debeat, & vicissim. 396. 142.

Matrimonium quot quibusque modis soluatur? 398. 145. Et qualiter morte. ibid. num. 146.

Matrimonio per fornicationem vel similem causam soluto, num vinocenti parti permittatur matrimoniũ cum alio cõtrahere nocẽte parte inuẽte? 402. 155.

Matrimonium utrum hac casu ipso iure, an vero per sententiã separetur? 403. 156.

Matrimonium est diuini humanique iuris communicatio. 405. 161.

Minima capitis diminutio quomodo contingat? 532. 16. Et quid hodie obtineat in emancipato. ibid. nu. 17.

Multitudo Imperatorum Curiam perdidit, & Medicorum turba Cæsarem. 571. 17.

Morbus & cæcitas quomodo itidem præbeant excusationem à tutela. 577. 12.

Medici liberos homines in ciuitate vtiles conseruant, atque in viam quasi suâ virtute secundum DEVM sæpè restituunt. 586. 22.

Milliaria Germanica, Italica, Hispanica & Gallica inter se quomodo differant? 589. 29.

N.

NEmo aggressus fugere tenetur. 94. 26.

Non abstinens ab eo, quod ad opem, consilium vel auxilium iniuriæ inferendæ spectat punitur. 101. 36. Illustratur exemplis. ibid.

Nemo regulariter in suo quid pati cogitur. 224. 4.

Nimia sæuitia Domini in seruos prohibita est. 228. 5. Et nimia sæuitia patris in filium & præceptoris in discipulum. ibid. nu. 4.

Nuptiarum definitio, & plena eius explicatio? 298. 11. & nu. seqq. vsque ad nu. 170.

Non dos sine matrimonio esse potest. 383. 28.

Nuptiarum diuisio: & illicitarum subdiuisio. 408. 171.

Nomina debent rebus conuenientia esse. 485. 29.

Non Entis nullum accidens. 533. 20.

Nihil tam naturale, quàm eo iure quodque dissolui, quo colligatum est. 595. 7.

O.

OPinioni tamen Doctoris innitendum. 166. 2.

Opinioni non Doctoris vel Licentiati ne probabilis

lis

lis quidem est. ibid. nu. 3.
Oculi plus vident, quàm oculus. 570. 16.

P.

PApa Regi Neapolitano rescribens de Nobili sanguine Iusticiam fieri posse, præcepit eoipso Cunradum Cunradi Imperatoris filium decapitari. 9. 12.
Pœna fœtum abigentium. 24. 14.
De Præmiis & honoribus ob liberorum procreationem. ibid nu. 15.
Priuilegia mulieris grauidæ; & Pœna iudicis torquentis grauidam vt abortum faciat. 25. 9.
Pœna eius, quæ non malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat decessit. 26. 21.
Pater liberos alere officio cogitur. 26. 22. Etiam Emancipatos. ibidem num. 23. Utemque liberos ex damnato complexu natos, etiam in foro ciuili secund. commun. ibid. num. 24. Et adoptivos 27. 25. Et liberos seorsim habitantes. ibid num. 26. Quid vero si filij legitimam à patre ipsius assignatam dolo vel culpâ perdiderint? contra Bald. & Alex. ibid. num. 27. Quid sit in extraneo hæredc patris. ibid. num. 28. Itimq; domino feudi. 28. 29.
Pater denegans alimenta filio eum quodammodo necare intelligitur. 28. 31.
Patria quàm chara nobis esse debeat, & quæ quantaque patriæ debeamus: vbi etiam de defensione patriæ multa notabilia. 84. 6.
Parentibus an magis quàm patriæ, & quando parendum. 85. 7.
Patria an absq; venia in ius vocari possit, contr. Bald, & Aluar. 87. 8.

Præparans se ad offendendum qualiter & quando impunè offendi, & occidi possit. 93. 24. Et quando quis propter minas solas. 94.25.

Priuilegium quid sit, in quibus differat à beneficio, rescripto dispensatione, Mãdato. 156.8. A quo tempore commodo eius quis frui incipiat. 157.10. Vtrum ad successores & alios extendatur. ibid. num. 11. Vtrum debitori concessum fideiussoribus eius prosit. 158.12. Et concessum alicui at q; filiis & filiabus, opituletur fœminis aliis nuptis. ibid: num. 13.

Priuilegium quomodo amittatur? ibid.

Tàm præfectus Prætorio & similes quàm inferiores Magistratus iurisdictionem perpetuam habentes, quomodo statuta condant 159.2. & num. seq.

Pœna iudicantis contra communem. 169.9.

Parentes à liberorum successione excluſi statuto, etiam à petitione legitimæ excluſi sunt, Et ratio ibid. 202.6.

Partus, matris conditionem sequitur. 209.2. fallit in filius murileguli. ibid. num. 3. In filiis serui Reipublicæ. ibid. num. 4. In familia, quam à patre partus habet, & cognomine. ibid. num. 5. & num. 11. In patria idem est. ibid. nu. 5. Vt & in insignis ibid. nu. 7. In nobilitate. 210. 8. Quid vero si statutum disponat, vt in nobilitate filius matris cõditionem sequatur. ibid. num. 9.

Pignora auctoritate iudicis minus legitimè adhibita occupans, quando nihil delinquat. 217. 7.

Patria potestas cuius iuris. 230.2.

Parentes liberos in sua potestate habere, ampliatur sex modis. ibid. num. 3. & num. seq.

Promissio de sponsalibus contrahendis sponsalia non inducit,

ducit, & ratio. 242.5,
Præses prouinciæ cum femina ex prouincia durante officio, sponsalia contrahere potest. 245.16.
Pœna temerè renunciantium sponsaliis. 285.89.
Papa cur non possit dispensare vt Rex vel Dux Reginam vel Ducissam sterilem dimittat, vel eâ retentâ aliam ducat. 300.15. An vero dispensare possit, vt ad certum tempus quis vxorem ducat contr. Bald. ibid. nu. 16. Et num permittere meretricis blanditiis inducto ad matrimonium contrahendum, vt primâ dimissâ secundam ducat. cont. Soc. & alios ibidem num. 17.
Persona addita personæ per propagationem mutat gradum & non genus affinitatis. 346.75.
Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus & non gradum. 346. 76.
Publica honestas an & quando prohibeat contrahere matrimonium. 347.77.
Pœna mariti non quærentis ægrotæ vxori medicum, vel nullum vel indoctum. 396.142.
Pœna denegantis vxori alimenta aliaque necessaria. contr. Alex. & Ias. 397. 143. Expellentis vxorem de dom. absq; iusta caussa, ibid. 144.
Pater adoptiuus à filio adoptiuo sine venia in ius vocari nequit. 419. 20.
Pater adoptiuus qualiter & quando filio arrogato succedat? 421. 28.
Patriâ potestate qui liberari & quomodo dicantur? 433. 2.
Patria potestas qualiter morte naturali patris soluatur? 434. 3. Qualiter deportatione? 435. 4.
Patria potestas qualiter dignitate soluatur? 456. 30. Et emancipatione. 457. 31.
Patris dominiuè potestati subiectis tutor non datur. Ratio ibid. 472. 3. an vero

& quando filiis Banniti & deportati? 473. 4. Quidque hoc casu de iure Saxonico ibid. 5.

Priuatio habitum præsupponit. 533. 19.

Patronus tutor an & quando Satisdet. remiss. 539. 13.

Pater emancipans quomodo aequiparetur patrono quo ad tutelam. 540. 3.

Pupillus qualiter suae tutoris auctoritate meliorem suam conditionem facere possit. 547. 1.

Pupillus emptor rem emptam petens precio non soluto doli exceptione repellitur. ibid. 2.

Pubertas quomodo tutelam finiat, & an ipso iure? 551. 2. & nu. 4. 553.

Pupillus an possit vltimo supplicio affici? 7.

Pupillus ob ingratitudinem redigi potest in seruitutem. 554. 8.

Pauperi paupertas ipsa satis est oneris. 576. 10. Pauper quis dicatur? 577. 11.

Pauper aliàs honestus, non est vilis nec reiiciendus. 597. 11.

Paupertatem magistram morum esse & efficacem in vniuersum exercitium virtutis, rectè dixerunt Antisthenes & Plutarchus. ibid. 12.

Pœna tutoris suspecti quae? 598. 16.

Q.

Qvaliter & Quando seipsum interficere conans puniatur, etiamsi scelus non perfecerit. 16. 17.

Qui & à quibus & quando capti serui fiant vel non fiant de iure gentium. 205. 1.

Quod q; in bello inter Christianos etiam ab Imperatore vel Papa gesto capti ex recepta consuetudine serui non fiant, contra quosdam. 206. 2.

Quando demum dictum testis factum plenè non narrantis probationem nullam faciat? 218. 16.

Quæ per dat is, cuius dissensu sponsalia absq; iusta caussa dissoluta fuerint? 285. 91. Et num cat enas aureas, pretiosas vestes, & cætera maximi momenti si donaria contr. Bald. & Affl. 186. 92.

Quibus casibus matrimonium inter Christianum & Ethnicam vel hæreticam ratum est, mulier illa non gaudet priuilegiis & commodis mulieribus legibus indultis. 349. 79.

Quando tamen illa recuperet. 350. 80.

Quæ requirantur ad hoc, vt liber homo, qui ad pretium participandum se venundari passus fuit, seruus efficiatur. remissiue. 326. 11.

Quomodo hæc cura furiosorum & similium finiatur? 561. 7.

Quando pupillis curator detur. ibid. nu. 8.

R.

Respublica melius per vnum regitur. 154. 1.

Relegati quid & cur ius patriæ potestatis non amittant? 444. 19.

Res semel extincta non reuiuiscit. 534. 26.

Regressus à priuatione ad habitum non datur. ibidem, num. 27.

S.

Statutum vel consuetudo non valet, vt quis innocens pro alio puniatur corporaliter. 16. 14.

Statutum offenso permittens, vt se propria auctoritate vindicare possit, quomodo intelligendum. 16. 16.

Statuta laicorum prohibentia matrimonium sub pœna contrahi cum certis personis: vel requirentia certam solennitatem in matrimonio, vtrum sint rata. remissiue. 23. 12.

Statutum non valet, ne Pater filios alat; contra Dec. 28. 33.

Statutum quis condere possit. 35. 2. & num. seqq. Et qualiter *populus* etiam iurisdictione carens. ibid. num. 3. Item singula collegia in ciuitatibus. 36. 4. Singulæ familiæ. 37. 5. pars *ciuitatis*. ibid. nu. 6.

Statutum vt ratum sit, quibus solennitatib. seruatis condi debeat. 38. 7. Et super quibus *rebus*. 39. 8.

Statuta laicorum cur et qualiter non valeant super rebus spiritualibus condita? 39 9.

Statutum iuri diuino contrarium qualiter valeat, vel non valeat. 40. 10. Et qualiter iuri naturali vel gentium *contrarium*. 42. 11. Et qualiter ciuili contrarium. ibid. *num.* 12.

Item q statuto vetustiori. ibid. *num.* 13. Bonis moribus contrarium. 44. 14. Ad delinquendum homines inuitans. ibid. nu. 15. Iuri superioris derogans ibid. nu. 16.

Singularis personæ odium respiciens. 45. 17. Et contra libertatem Ecclesiasticam *conditum*. 46. 18.

Statuta quas personas *obligent*. ibid. num. 19. vsq; ad nu. 41.

Scholares *in* loco aliquo studiorum gratiâ degentes obligentur statutis vel consuetudinibus loci *in* quo degunt contra *glossam*. 46. 21.

Statutum Forenses expresse respiciens, ratione rerum, quas ipsi *in* territorio statuentium possident, etiam *in* personam conceptum valet. 58. 35.

Statuta vtrum extendantur, ad casus præteritos vel futuros remissiuè. 70. 42. Vtrum recipiant interpretationem correctoriam, restrictiuam, item & extensiuam, remiss. ibid. nu. 43.

Statuta quomodo in iudicium deducantur. 71. 45.

Statuti appellatione ius commune regulariter & propriè non continetur. 77. 9.

Lar-

Largè tamen & impropriè statuti vocabulum ad ius commune extenditur. 78.10.

Statutum pœnam etiam pecuniariam statuens in eum qui se vel res suas defendendo alium occidit vel vulnerat, ratum non est. 80.14.

Senatus in quibus totius ciuitatis vitem repræsentet. 153.6.

Sententia inferioris lata contra principis sententiam, quando demum nulla sit? 156.6.

Scholaris propter insciticm repulsam semel passus, peritior factus reprobari iterum non debet. 176.29.

Statutum prohibens filium detrahere legitimam, saltem de certis quibusdam bonis an & quando indistincte procedat? 190.3.

Superflua non nocent. 218. 14.

Superflua in actu aliquo construendo adhibita: non vt cætera, in actu dissolvendo requiruntur. 218. 18.

Sponsaliorum etymon. 242.3.

Sponsaliorum definitio, & plenissima eius explicatio. ibid. nu. 4. usq. ad num. 69. exclus.

Sponsalia non nisi per verba vel consensum de futuro contrahuntur. 242.7. At quomodo & per quæ verba de futuro. 243.8.

Sponsalia de futuro quibus casibus matrimonij effectum non sortiuntur, nuptiæ proprie dici nequeunt. 244.9.

Sponsum sponsa lugere non tenetur. 245. 13. nisi sit de præsenti. 250.35.

Sponsum absentem sponsa sequi non tenetur. 245. 15.

Sponsa non habet in bonis sponsi tacitam hypothecam. 245. 18.

Statutum vt vxore mortua maritus dotem vel partem eius lucretur ad sponsam de futuro non extenditur. ibid. nu. 19.

Sponsalia quibus verbis in dubio

bio contractu præsumantur. 248. 28.

Sponsalia de præsenti propriè Nuptiæ dicuntur. 249. 31.

In sponsalibus quantopere utriusq; consensus requiratur. 252. 46.

Sponsalia inter absentes qualiter contrahantur. 255. 48.

Sponsalia sub conditione quomodo contrahi possint, deque horum efficacia, pulchrè 259. 52.

Sponsalia tàm de futuro quã de præsenti, quando in nuptias transeant. 260. 53.

Sponsalia cum incertis personis contracta, in quantum nulla sint? 267. 59.

Sponsalia & matrimonium, quæ qualesq; personæ contrahant vel non ibid. num. 60.

Sponsalia quos effectus producant. 273. 69.

Ex sponsalibus an & quando publicæ honestatis iustitia oriatur & qualiter nuptias impediat. ibid num. 70. & 71.

Stipulatio facti alieni in sponsalibus & matrimonijs valet indistinctè. 283. 83.

Stipulatio pœnalis non vitiat Sponsalia vel nuptias postea contractas. 284. 85.

Secunda sponsalia contrahens antequàm prima soluta fuerint infamis fit. ibid. nu. 86.

Sponsa quàmdiu absentem Sponsum expectare non teneatur. 285. 90.

Sponsalia quibus modis dissolui possint remiss. 287. 94.

Statutum non valet vt furoris amore contractum matrimonium absque dotalibus instrumentis ratum nõ sit. 300. 18.

Sententia contra matrimonium lata in rem iudicatam nunquam transit, nec matrimo-

trimonium per se legitimum soluit. 301.19.

Statutum loquens de filio legitimo, quomodo etiam in adoptato ab extraneo locum obtineat? 423.31.

Statuto vel consuetudine cur introduci possit, vt in potestate constituto tutor vel Curator dari possit. 426.8.

Servus de iure ciuili, non vt homo consideratur, nec caput habet. 533.21.

Senator dignitatem habet, illustris & clarissimus dicitur. 534.23.

Senatus ex turpi caussa moti pœna. ibidem. num. 24.

Satisdatio an sit de substantia tutelæ & curæ. 569. 12.

Satisdationem rem pupilli salvam fore, an per æquipollens adimpleri possit. 570.14.

Suspecti crimen ex L. XII. Tab. descendit, originem habet, & in forum deductum est. 594.1.

Suspecti postulatio est vtilis & necessaria. ibid. nu. 2.

De Suspecto qui cognoscant, eosque removent. 595. 5.

Suspecti postulatio, est quasi publica & popularis. 595. 8.

Suspectus quis dicatur. 597. 10.

Suspicionis iustæ caussæ in Tutore quæ sint remiss. 598. 14.

T.

TEstamenta an & qualiter ex iure gentium. 147. 80. *Et quid sit quo ad ius succedendi iam ex testamento, quam ab intestato. ibid. num.* 81.

Turcis arma & id genus alia deferentes, quo iure serui capientium fiant. 207. 5.

Testiculis carens vel aliter semen non emittens licet fœminæ commiscerì possit, an matrimonium rectè contrahat? 363. 98. Et quid sit infœmina sterili, apta tamen. 364. 99.

Testibus deponentibus signis impotentiæ, quodq; mulier separationem petens ob viri impotentiam cognita non sit, non nisi iuratis creditur. 366. 101.

Tutela quid, deq; definitionis veritate. 478. 14.

Tutelæ causa. { Efficiens. Formalis. } 479. { Materialis. Finalis. } 15.

Tutela in quibus à patria potestate discernatur. 483. 22. In quibus à cura. 484. 23. Et quomodo à curatione furiosi. ibid nu. 24.

Tutoris datio facta à parentibus liberis in potestate constitutis, qualiter indistinctè rata sit. 491. 142. & num. seqq. vsque ad num. 49.

In Testamento vt Tutoris datio valeat, hæreditas debet esse adita. 494. 48.

Tutor confirmandus non impedit, quin alius à iudice etiam motu proprio dari possit, & dato confirmandus adiungi. 497. 54.

Testamento Tutores qui dari possunt. 499. 2. vsq; ad nu. 11. Et qualiter filiusfamilias. ibid. nu. 3. Item seruus tàm proprius, quàm alienus. ibid. nu. 4. Furiosus & mente captus. 501. 5. Minor 25. annis. 502. 6. Persona in dignitate constituta. ibid. num. 7. Alterius ciuitatis ciuis. ibid. nu. 8. An & qualiter mutus & surdus. 503. 9. An & quando fœmina. ibid. nu. 10.

Tutoris datio in Testamento quomodo fieri potest? 504. 12. & nu. seqq. vsq; ad. 10.

Tutor in Testamento personæ dari debet. 505. 13.

In Testamento certus tutor certæ personæ dari debet. 508. 18.

Tutoris datio in Testamento facta, quomodo intelligenda

di explicatur septem conclusionibus ibid. nu. 19.
Tutore Testamentario non existente, qualiter legitima tutela locus sit. 511. 3.
Tutelam legitimam proximioribus agnatis tantùm deferri, ampliatur quatuor modis. 517. 12.
Tutela defertur ad proximiorem agnatum. 535. 28.
Tutela legitima quotuplex? 536. 1. Quæ q; deferatur ex mente & verbis L. XII. Tabul. ibid. nu. 3. &c.
Tutela legitima liberti ad patronum spectat. 537. 8, Extenditur id. 538. 12.
Tutor & Curator quot annos ad minimum habere debeat? 542. 3.
Tutoris auctoritas quando & quomodo interponi debeat? 548. 4.
An Tutor cum pupillo contrahere possit? 550. 9.
Tutores & Curatores qui satisdare cogantur. 564. 2.
Tutor & Curator ante administrationem susceptam satisdationem præstare coguntur. 565. 5.
Tutores vel Curatores qui satisdare non tenentur. 566. 8.
Tutor Testamentarius secundum constitutionem sacri Romani Imperij: Item Tutor, cui redditio rationis remissa est, satisdare tenentur. 567. 9.
Tutor & Curator legitimus, cui ex inquisitione administratio à Maiori Magistratu decreata, an satisdare teneantur? 568. 10.
Tutor vel Curator semel idoneè satisdans, an iterum satisdare cogi possit? 569. 13.
Tutores inuiti cogi non possunt, vt vnum eligant, qui solus administret. 571. 18.
Tutor vel Curator, antequam administrare vel gerere incipit, cogitur munus iniunctum statim at q; cognouit se Tutorem vel Curatorem constitutum agnoscere & Tutelam suscipere. 573. 1.
Tutor tenetur administrare

in eadem prouincia, etiamsi patrimonium diuisum sit, secus in diuersa. 588.28.

Tempus ad excusationem præsentium incipit currere à die scientiæ. 591.34.

Tutor intra legitimum tempus tutelæ administrationem nec suscipiens nec se excusans, nihilominus ab eo tempore, quo cognouit sibi tutelæ munus delatum onus tutelæ curaeue non administratæ ad eum spectat, & tutelæ periculo obnoxius redditur. 592. 37.

Tutores suspecti quomodo postulari possint? 595. 7.

Tutor antequam gerere incipit, vt suspectus remoueri potest. 598.15.

V.

VTrum is qui in aliquo loco vbi parentes eius domicilium non habent casu fortuito, Mistræ per istum locum transeunte, nascitur, ibi patriam sortiatur? Remiss. 87.9.

Vxorem interficiens qui de non lucro dotis, nec alium occidens commodo successionis occisi priuetur. 90.16.

Vxorem interficiens quando aliam ducere possit? ibid. nu. 17.

Verbaliter læsus quando se defendere non possit? 118. 54.

Vtrum casu vel alio modo legere impeditus salarium suum petere nihilominus possit? remiss. 177. 33. *Vtrum is cui aliquo in loco licentia concessa est alio in loco promoueri possit? remiss. ibid. nu.* 34.

Vasallus cum defuncti Domini viduarem habens feudo priuatur. 220.3.

Verba in dispositionibus quomodo accipienda. 244.12.

Vidua intra annum luctus non vt nubendo, sic & sponsalia contrahendo infamis efficitur. 245.14.

Vxorem absq; dote parentibus non consentientibus ducens dotem petere non prohibe-

hibetur. 382. 125.

Vtrum querela adulterij vel fornicationis commissa ab vxore ad hæredes mariti & contra, transeat? remiss. 401. 149.

Vxor & maritus vna caro & persona. 406. 162.

Vxor consequitur genus, dignitatem & domicilium mariti, ibidem. nu. 165.

Vxor & maritus simul cum tertio contrahentes, quilibet pro rata tantum, non in solidum obligatur. 407. 69.

Valet argumentum à sufficienti partium enumeratione. 478. 12. An vero & quibus casibus argumentum à contrario? ibid. nu. 13.

Verba in definitione Data & Permissa quid respiciant? 484. 25.

Valet argumentum à coniugatis. 485. 28.

Vtrum secundum iuris communis dispositionem Bannitus impunè interfici possit? 557. 14. Et an statuto id introduci possit & quando? ibid. num. 15.

FINIS.

LIPSIÆ
Sumtibus Henningi Grosij.

ANNO M. DC. VI